









Joh. Bapt. Ailinger Cath. Sc. A. V.

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S.S. THEOLOGIÆ, ET S.S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S.S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS IV.

CONTINENS OPERA
ORIGENIS PRESBYTERI
DOGMATICA, MORALIA, ET EXEGETICA
IN VETUS TESTAMENTUM.
UNA CUM
INDICE HORUM OPERUM ORIGENIS
IN
HOC TOMO CONTENTORUM.



SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.
MDCCLXXXII.



INDEX
OPERUM ORIGENIS,
QUÆ
IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Origenis Epiſtolæ. Pag. 5
Epiſtola ad Africanum de hiſtoria Suſannæ. 7
Origenis Fragmenta de Reſurrectione. 15
Fragmenta ex libris Stromatum. 17
Origenis Periarchon, id eſt, de Principiis Libri quatuor. 18
Origenis libellus de Oratione. 121
Origenis exhortatio ad Martyrium. 159
Origenis octo libri contra Celſum. 176
Origenis XVII. Homiliæ in Geneſin. 403
Origenis XIII. Homiliæ in Exodum. 474
Origenis XVI. Homiliæ in Leviticum. 527
Origenis XXVIII. Homiliæ in Numeros. 586
Origenis XXVI. Homiliæ in librum Jeſu Nave. 662

INDEX.

Origenis IX. Homiliæ in librum Jud

Origenis II. Homiliæ in librum regnc

Origenis V. Homiliæ in Psalmum XX

Origenis II. Homiliæ in Psalmum XXX

Origenis II. Homiliæ in Psalmum XXX'

Origenis II. Homiliæ in Canticum Canti rum.

Origenis libri IV. in Canticum Cant rum.

Origenis IX. Homiliæ in Isaiam.

Origenis XXI. Homiliæ in Jeremiam.

Origenis XIV. Homiliæ in Ezechielem.

Nota. Indicem Punctorum dogmaticorum, & m lium, & Indicem rerum memorabilium exhil Tomus sequens.



LIB

LIBRI

IN EADEM OFFICINA LIBRARIA REPERIBILES.

Schram, *P. Dominici, O.S.B.* Compendium Theologiæ dogmaticæ, ſcholaſticæ, & moralis methodo ſcientifica propoſitum, III. Tom. 8. maj. 1768.

- Inſtitutiones Juris Eccleſiaſtici publici, & privati hodiernis Academiarum moribus accommodatæ, III Tom. maj. 8. 1774.

- Epitome Canonum Eccleſiaſticorum ex Conciliis Germaniæ, & aliis fontibus Juris Eccleſiaſtici Germanici collecta, ac ordine Alphabeti ſecundum materias diſtincta, maj. 8. 1774.

- Inſtitutiones Theologiæ myſticæ ad uſum Directorum animarum, Curatorum, omniumque perfectioni chriſtianæ ſtudentium. Ex S. Scriptura, Conciliis, SS. Patribus, Myſticis primariis, & theologicis Ratiociniis adornatæ, II. Tomi, maj. 8. 1777.

- Analyſis Operum SS. Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum, Tom I. continens Opera S. Barnabæ, Hermæ Paſtoris, S. Clementis Papæ, S. Ignatii Epiſcopi, & Martyris, S. Polycarpi Epiſcopi Smyrnenſis, & Martyris, S. Dionyſii Areopagitæ, S. Juſtini Philoſophi, & Martyris, Tatiani Aſſyrii, Athenagoræ Philoſophi Chriſtiani, S. Theophili Epiſcopi Antiocheni, Hermiæ Philoſophi, maj. 8. 1780.

Schram,

Schram, *P. Dominici*, *O. S. B.* Analysis, Tomus II. continens Opera S. Irenæi Ep. Lugd. & Mart. Item S. Clementis Presb. & Catech. Alexandr. 8. 1780.

- - Analysis, Tom. III. continens Opera Q. S. F. Tertulliani, M. Minucii Felicis, S. Hippolyti Ep. & M. & Ammonii Alexandr. 8. 1781.

- - Analysis, Tom. IV. continens Opera Origenis in vetus Testamentum, 8. 1782.

- - Analysis, Tomus V. continens Opera Origenis in novum Testamentum, 8. sub prælo.

Carranza, *Bartholom. Ord. Præd.* Summa Conciliorum dudum collecta cum additionibus Franc. Sylvii, nunc vero in novum ordinem redacta, residuis Conciliis omnibus aucta, usque ad modernum summum Pontificem Pium VI. continuata, succinctis notis historicis, theologicis, & canonicis illustrata, triplici Indice Pontificum, Conciliorum, & Canonum instructa, & in IV. Tomos distributa a P. Dominico Schram, O. S. Ben. maj. 8. 1778.

Richard, *Caroli Ludovici*, Analysis Conciliorum generalium, & particularium, continens eorum Canones super Dogmate, morali Doctrina, ac Disciplina tam veteri quam recentiori, eruditissimis adnotationibus illustratos, & cum novo, nominatim vero cum peculiari Galliarum Jure, collatos, quos antevertit, procemii loco, de Conciliis in universum tractatus. Opus Clero sæculari, & regulari, itemque Jurisconsultis utilissimum, V. Tomi, maj. 8. 1778. 82.

Concordantiæ Sacrorum Bibliorum juxta Exemplar vulgatæ Editionis Sixti V. P. M. jussu recognitum, & Clementis VIII. authoritate editum, editio novis curis revisa, fol. 1776.



ORI-



ORIGENIS
OPERA.

§. I.
De Gestis, & Scriptis Origenis.

1. Origenes patria Alexandrinus, circa annum Christi 185. natus, S. Leonidis Martyris Filius, ab eoque a puero sacris litteris imbutus, sublimis ingenio, & laboris usque adeo patiens fuit, ut ob indefessam in scribendo & legendo constantiam *Adamantius* vocatus fuerit. Castitatis tam rigidus cultor fuit, ut Scholæ Alexandrinæ post suum Præceptorem S. Clementem Alexandrinum præfectus, & fœminis rudimenta fidei explicare coactus, ad submovendam omnis mali suspicionem seipsum eviraverit. Nominis sui fama indies crescente sub Antonino Imperatore, & Zephirino Pontifice Romam venit, & in urbe Tyro teste S. Epiphanio, Tetrapla, id est, Biblia sacra in quatuor columnis versionem LXX Interpretum, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis exhibentia scripsit, quibus deinde duas alias versiones anonymas, & septimam Psalmorum Jerichun- *Origenis gesta.*

te in dolio repertam addidit, quæ versiones una cum Hebræo characteribus Hebraicis & Græcis exarato opus componunt, quod Hexapla vocamus, quæ D. Bernardus Montfaucon O. S. B. Congr. S. Mauri anno 1713. duobus Tomis in folio evulgavit. His operibus magis inclaruit, & Alexandriæ multos discipulos habuit, inter quos Ambrosium quemdam Valentinianum hæreticum convertit. In Arabiam accersitus Præfectum Christianis præceptis imbuit; dumque in Palæstina versaretur, ab Alexandro Hierosolymitano & Theoctisto Cæsareensi Episcopo anno ætatis 44. vel 42. Presbyter creatus est, quam ordinationem ægre ferens Demetrius Episcopus Alexandrinus Origenis celebritati invidens, eum anathemate perculsum Alexandria expulit, non vero ob thus immolatum, uti contra S. Epiphanium Huetius in Origenian. *l.* 1. *c.* 2. *&c.* demonstrat. Origenem tamen a sua communione Episcopi Palæstinæ numquam separarunt apud quos muniis Ecclesiasticis maxima cum laude persungebatur. Anno 238. Bostram venit, ubi Beryllum Episcopum in mysterio S. S. Trinitatis male sentientem ad rectam fidem reduxit. Dein jam sexagenario major anno 247. rogatus a Synodo Arabiam denuo petiit ubi errorem immortalitatem animæ negantium profligavit. Denique anno 250. Decii persecutione sæviente Origenes constanti & infracto animo multa graviaque perpessus est supplicia, vincula, cruciatus, & ærumnas ex quibus tamen ereptus tandem anno Christi 253. ætatis suæ 69. juxta Basnagium an-

ni

vel. fen. 2. vitæ ſuæ curſum complevit. De Scriptis Origenis prolixe & erudite diſputat D. Huetius Epiſcopus Abrincenſis in ſuis libris Origenianis.

Opera ejus teſte Epiphanio hæreſi 64. *Scripta.* ad ſex millia, forte homilias, Epiſtolas, & breviores tractatus numerando, aſcendunt, & Vincentius Lirinenſis in ſuo commonitorio ait, ea non ſolum perlegi, ſed ne inveniri quidem poſſibile eſſe; quæ tamen ad nos pervenerunt, certum eſt, multis eſſe fœdata erroribus. Hinc S. Baſilius *l. de Spir. S. cap.* 20. Origenem ſanas de Spiritu S. non habuiſſe doctrinas aſſerit. S. Epiphanius eum inter hæreticos recenſet. S. Hieronymus in libris Periarchon a ſe in Latinum verſis plures errores oſtendit. Synodus Generalis V. Origeni & Scriptis ejus anathema dixit. Gelaſius P. in Concilio Romano an. 494. omnia Origenis Opera a S. Hieronymo reprobata proſcripſit. Nihilominus variæ jam olim & noſtra ætate pro Origene Apologiæ editæ fuerunt; inter veteres illius Apologetas eminet Euſebius Cæſareenſis, & Rufinus Aquilejenſis, inter recentiores Halloixius in libro: *Origenes defenſus:* & D. Tillemontius *Tom.* 1. *hiſt. Eccl.* fatetur maximam ſpem nobis affulgere Divinæ erga illum miſericordiæ. Sed his Apologiis non obſtantibus, ultro tamen etiam fatendum eſt, Origenem Platonis Philoſophia deceptum, quam cum Chriſtiana Religione perperam conciliare ſtuduit, in multos errores impegiſſe, ut merito Caſſiodorus de eo dixit: *ubi bene, nemo melius: ubi male, nemo pejus.*

Editiones. Opera Origenis latine primus edidit Jacobus Mœrlinus Parisiis in fol. II. vol. an. 1512. & 1519. Alteram editionem adornavit Erasmus Basileeæ anno 1536. in fol. II. vol. Perfectiorem dedit Gilbertus Genebrardus Parisiis an. 1574. in fol. II. vol. & D. Huetius Commentarios Origenis in scripturam ex Græco versos vulgavit anno 1679. in fol. II. vol. Parisiis. Denique D. Carolus de la Rue Benedictinus Congr. S. Mauri absolutissimam Editionem omnium operum Origenis in III. Tomis adornavit, quorum primus Parisiis anno 1733. editus, nonnulla fragmenta epistolarum, IV. libros Periarchon, sive de Principiis, Libellum de oratione: Exhortationem ad Martyrium, Libros VIII. contra Celsum continet. His adjuncti sunt nonnulli tractatus Origeni falso attributi, scilicet: de recta in Deum fide: & Philosophumena, sive libri contra hæreses. Tomus II. Homilias in Genesin, Josue, Judicum, Ruth, libros Regum & Psalterium, & opus spurium in Job complectitur. Tomus III. 1736. editus fragmenta in Proverbia Salomonis, homilias in Cantica, & IV. libros in illa. Item homilias in Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, & Oseam, & tractatus in Matthæum, & Lucam exhibet. Tomus IV. a Vincentio de la Rue, Carolo mortuo an. 1759. Parisiis evulgatus tractatus in Joannem, Acta Apostolorum, Epistolam ad Romanos, fragmenta in Epistolam ad Galatas, Ephesios, Colossenses, Thessalonicenses, Titum, Philemonem, & Hebræos complectitur. Quibus variæ Apologiæ pro Origene,

gene, & D. Huetii origeniana accedunt. Atque ex hac Editione præsens Analysis confecta est.



ORIGENIS EPISTOLÆ.

§. I.

Argumentum Epistolarum.

1. Eusebius *l.* 6. *Hist. cap.* 2. narrat, se quocunque Origenis Epistolas reperire potuerit, ultra centum collegisse, ex quibus nonnisi paucæ ad nos pervenerunt reliquiæ, & fragmenta, una forte ad Africanum excepta. Et 1. quidem ex epistola Origenis ad patrem suum Leonidam in carcere ob fidei causam detentum Eusebius *l. c.* hæc pauca nobis asservavit: *Cave, ne nostra causa sententiam mutes.* 2. Cedrenus *pag.* 253. fragmentum epistolæ refert ad quemdam de Ambrosio, quem ob fervorem in studio S. Scripturæ deprædicat. 3. Eusebius *l.* 6. *Hist. c.* 19. meminit epistolæ Origenis adversus eos, qui nimium ejus studium erga Philosophicas & Græcanicas disciplinas reprehendebant, in qua se exemplo Pantæni, Heraclæ, & Ammonii defendit. 4. S. Hieronymus *l.* 2. *contra Rufin.* & Rufinus *in Apolog.* memorant, & fragmenta referunt Epistolæ Origenis, quam contra adversarios suos an. 231. vel 232. post suum ex Alexandria discessum ad amicos suos Alexandrinos scripsit, in qua conqueritur, quod scripta sua a quodam hæretico corru-

Origenis Epistolæ. *Ad Leonidam.* *Ad quemdam de Ambrosio.* *Adversus reprehensores Græcarum literarum.* *Ad Alexandrinos.*

pta fuerint. 5. Accedit his aliud fragmentum epistolæ Alexandri Hierosolymorum Episcopi ad Origenem, in qua suam erga eum amicitiam contestatur. 6. Magno numero videntur fuisse illæ Origenis epistolæ, quas teste Eusebio *l.* 6. *Hist. c.* 36. & ad Fabianum Romanum Pontificem, & ad alios Episcopos de recta fidei suæ ratione circa annum 236. scripsit, sed jam dudum interciderunt. 7. Extat etiam epistola ad Gregorium Thaumaturgum, in qua illum hortatur, ut contempto Philosophiæ studio totum se scripturæ sacræ tradat. Scripta est circa annum 240., & integra in Philocalia reperitur. 8. S. Hieronymus *de scrip. Eccl. c.* 60. commemorat Origenis litteras ad Beryllum Arabiæ Bostrenum Episcopum scriptas circa annum 240., quæ tamen injuria temporum perierunt. 9. Eusebius *l.* 6. *Hist. c.* 36. memorat Origenis epistolam ad Philippum Imperatorem, & alteram ad ejus conjugem Severam, vel juxta S. Hieronymum *de script. Eccl. cap.* 54. ad ejus matrem datam, quæ etiam jam dudum perierunt. 10. Idem S. Hieronymus *de script. Eccl. cap.* 17. ait, sua adhuc ætate nonnullas extitisse ad Tryphonem ejus auditorem epistolas, de quibus modo nihil superest. 11. Denique integra ad nos pervenit græce Origenis epistola ad Africanum de historia Susannæ, cujus Analysis hic sequitur.

Ad Fabianum R. P. & alios.

Ad S. Gregorium Thaumaturgum.



ORI-

ORIGENIS EPISTOLA
AD AFRICANUM
DE HISTORIA SUSANNÆ.

§. II.

Argumentum.

1. Africanus ad Origenem epistolam scripsit, in qua historiam Susannæ in libro Danielis relatam spuriam & commentitiam esse suspicatur; „Quia Daniel alia semper ratione „prophetat; nempe post visiones, & insom„nia atque Angeli conspectus ei obtingit, sed „non inspiratio prophetica. 2. Quia insolito „prorsus senes redarguit modo, quo ne Philli„stion quidem mimus uteretur. 3. Quia Græce „quidem accidit, ut is lusus verborum sit πρίνω „(Ilicis) & πρίσαι (secabit) & σχίνω (lentisco) „& σχίσαι. (scindet) sed hebraice hæc distant „penitus. 4. Quomodo, qui Babylone apud „Chaldæos captivi erant. . . sententiam mor„tis ferebant, idque contra uxorem Regis sui „Joacim, quem throni sui consortem fecerat „rex Babyloniorum? Quodsi non fuit iste alius „quispiam e plebe Joacim, undenam captivo „tantæ ædes . . . & spatiosus hortus? 5. „Pars ista cum aliis duabus, quæ in fine sunt, „non extat in Daniele, quo Judæi utuntur. „6. Nullus e posterioribus Prophetis senten„tiam præcedentis iisdem verbis usurpavit: „hic autem commemorat Dominum dicentem: „in-

Africani Epistola contra historiam Susannæ.

„*insontem & injustum non occides.* *Exod.* 23, „*v.* 7. 7. Sed & dictionis stylus differt„. Ad hanc Africani epistolam Origenes copiose respondet, historiæ Susannæ veritatem defendit, & allata argumenta dissolvit in præsenti epistola ad Africanum, cujus Eusebius *l.* 6. *Hist. cap.* 31. S. Hieronymus *de script. Eccl.* Photius *in Bibl. cod.* 34. &c. meminerunt, quæque Nicomediæ scripta fuit circa annum 240. Utramque epistolam Africani & Origenis Leo Castrius latine edidit Salmanticæ an. 1570. deinde Gilbertus Genebrardus an. 1574. Easdem græce & latine evulgavit Basileæ an. 1674. Rodolphus Wetsthenius, qui argumenta contra Canonicam historiæ Susannæ auctoritatem contra solidas Origenis solutiones ubique elevare conatur. Proinde D. Carolus de la Rue magis defœcatam interpretationem tomo I. operum Origenis notis illustratam adornavit, quæ demum etiam in novam Venetam Bibliothecam Patrum a Galandio translata fuit.

§. III.

Analysis Epistolæ Origenis ad Africanum.

Cur historia Susannæ in Hebræo non extet. Tom. I. n. 2. Ed. De la Rue.

3. Origenes canonicam authoritatem historiæ Susannæ contra objectiones Africani vindicaturus, Nicomediæ, ut ipse ait *n.* 1. hanc ad eum epistolam scripsit, & *Primo* ad quintam ejus objectionem respondet, scilicet quod in Hebræo non extet: „Scias, ait, quid nobis agendum sit non solum de Su-

„san-

æ historia, quæ in græco Græcorum
mplari per totam Christi Ecclesiam cir-
fertur, licet apud Hebræos non extet,
folum de aliis partibus, quæ in fine libri
descriptæ, nempe de Belo & de Draco-
quæ pariter in Hebraico Danielis textu
lerantur, sed & de aliis innumeris, quæ
modulo nostro, dum exemplaribus Heb-
comparareimus nostra, plurimis in locis
nimus. Id quod Origenes exemplificat
suis Hexaplis comparando Versionem
K. Aquilæ, & Theodotionis, in quibus
ta occurrunt, quæ in Hebræo non haben-
obelis notata, sicut rursus asteriscis no-
ur, quæ in Hebræo quidem exstant,
d nos vero non inveniuntur. ... Et hæc
lem dico, non quod præ desidia recusem
tari scripturas, quæ apud Judæos sunt,
que cum omnibus nostris comparare, ac
re, quid inter eas sit discriminis. . .
conamur non ignorare, quas habent
pturas, ut cum Judæis differentes non
feramus ea, quæ in eorum exemplaribus
unt. . . Si enim ejusmodi fuerit noster
ea, de quibus nos inter & ipsos contro-
sia est, apparatus, non contemnent, ne-
, prout solent, irridebunt eos, qui cre-
it ex gentibus, quod vera, & quæ apud
s exstant scripta, ignorent.

Secundo. Origenes ad tertiam objectio- *Significatio vocum πρῖνος &c. apud Hebraeos. n.6.*
Africani, quantum ad illam derivatio-
ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσις, & ἀπὸ τοῦ σχίνου
, quæ græce quidem consonant, hebrai-

ce autem penitus distant, respondet: „Et ego
„de hoc loco sollicitus, cum & ipse dubius
„haererem, non paucos Hebraeos consului, sci-
„scitans, quomodo apud ipsos nominetur
„πρῖνος & πρίσειν, σχῖνος & σχίσειν. Illi autem
„dicebant, ignorare se Graecas voces πρῖνος, &
„σχῖνος. Et ipsas sibi poscebant ostendi arbo-
„res, quibus eis ostensis alius dicebat, quae
„nusquam nominata sunt in scripturis, se non
„posse affirmare, quemadmodum dicantur
„hebraice, in promptu autem esse, ut qui
„dubitat, Syriaca utatur voce loco hebraicae.
„Item dicebat etiam a sapientissimis dictiones
„nonnullas aliquando quaeri. Si ergo, in-
„quiebat, alicubi potes ostendere nominatam
„in aliqua scriptura *Primum* vel *Schinum*, ib
„certe invenietur, quod quaerimus, & ea
„quae inde quaeritur, nominum derivatio: s
„vero nullibi nominatae sunt, id quoque no
„latet. Haec igitur cum ab Hebraeis, quibus
„cum consuetudinem habui, historiam no
„agnoscentibus dicta sint, religio mihi est
„pronuntiare, utrum apud Hebraeos simili
„nominum derivatio servetur, nec ne. .
Seniorum nomina. „Memini certe me cum studioso Hebraeo, .
„perinde ac si Susannae historia vera sit, dic
v. 7. „cisse etiam seniorum nomina, prout exstant
„Jeremia *cap.* 29. *v.* 22. & hoc modo se h
„bent: *Te faciat Dominus ut Sedeciam, &*
„*Achiab &c.* Quomodo vero alter ab Ange
„secatur, alter autem scinditur: dicendu
„est, non in praesenti saeculo futura haec e
„praedici, sed in Dei iudicio post eorum hi
v. 8. „decessum. . . Alium quoque novi Hebraeu

„c

nine progignere Christum. Hinc spe
li Christum decepta mulier, sui cor-
decipienti copiam faciebat; & sic ci-
xores stuprabant seniores Achiab, & Se-
. Uti colligere volunt ex *Dan.* 13.

Sed inquies fortasse, cur ergo apud
ion exstat in Daniele hæc historia, *Cur Judæi Susannæ historiam non habeant. n. 9.*
dicis, talia de ea sapientes illo-
adunt? Respondeo, ex iis, quæ Se-
, Principum, & Judicum vituperium
l continebant, illos, quæcumque po-
t, sustulisse a cognitione populi, quæ
n servantur in apocryphis,,. Uti quod
uerit Isaias ad *Hebr.* 11. *v.* 37. Oc-
icifixi, flagellati Prophetæ &c. *Matth.*
9. ,,Ubinam autem scriptum est ali-
ujusmodi de Isaia &c. Quamobrem
ntiquius fuisse puto iis, qui sapientes
ant, & Principibus Senioribusque po-
quam ut ea adimerent, quæ sui accu-
m ad populum continebant. Nihil

„e Scripturis . . . Nihil ergo repugnat, quo
„minus hæc historia contigerit, & quæ li
„bidinose simul & crudeliter adversus Susan
„nam perpetrarunt seniores, qui tunc erant
„ea quidem providente Spiritu scripta sint
„sed postmodum a principibus Sodomorum
„ut dixerit idem Spiritus, clam sublata.

Deus multifariam Prophetis loquitur. n. 10.

6. *Tertio.* Origenes primam objectioner
Africani de modo prophetandi Danielis po
visiones solvit, dicens: „Tu mihi videris no
„admodum observasse, multifariam, multis
„que modis olim Deum Patribus locutum e
„se in Prophetis, non solum omnibus, sed d
„singulis: si autem observaveris, invenies ii
„dem sanctis, & divina obtigisse somnia, d
„apparitiones angelicas, & inspirationes. Sa
„tis est autem adhibere pro testimonio ea
„quæ scripta sunt de Jacob, qui de divin
„somniis hæc narrat: *Et factum est, cum ov*
„*coitum appeterent, & vidi oculis meis eas*
„*somno* &c. *Gen.* 31. *v.* 10. *sqq.* Quod att
„net autem ad apparitionem, quæ visior
„præstantior est, hæc de illo dicta sunt: *R*
„*mansit autem Jacob solus, & luctabatur hon*
„*cum ipso usque ad mane* &c. *Gen.* 32. *v.* 2
„*sqq.* Quod vero etiam ex inspiratione pro
„phetet, ex his est perspicuum: *Congregi*
„*mini, ut annuntiem vobis, quæ ventura sint v*
„*bis*, filii &c. *Gen.* 49. *v.* 1. *sqq.* Nihil igiti
„mirum, Danielem quoque interdum ex in
„spiratione locutum esse, ut cum seniores r
„prehendit; interdum post insomnia, ut tu
„ais, vel visiones, alias vero Angeli appar
„tionem ei obtigisse.

7. Qua

7. *Quarto.* Ad secundam Africani objectionem Origenes respondet: „Aliæ tuæ dubitationes indecentius a te propositæ mihi visæ „sunt . . . tempus enim est, ut cum Philistionis mimo compares aliud non absimile e „libro tertio Regnorum, quod tamen & ipse „fateberis recte fuisse litteris mandatum 3. „*Reg.* 3. *v.* 16. *sqq.* . . . Enimvero si liceret „de iis, quæ in Ecclesiis feruntur, pronun„tiare cavillatorie, potius duarum meretri„cum, quam venerabilis Susannæ historia „Philisthionis mimo comparanda esset . . . „Nam etiam hæc, quæ a Daniele gesta sunt, „mihi videntur similia judicio Salomonis, de „quo testatur scriptura *l. c.* vidisse populum, „sapientiam Dei in illo fuisse ad faciendum „judicium. *Modius arguendi Danielis non est insolitus. n. 11.*

8. *Quinto.* Ad lusum verborum πρῖνον, πρίσει, & σχῖνον, σχίσει objectione 3tia propositum reponit Origenes: „In nostris scripturis „quasdam exstare etymologias, quæ apud „Hebræos quidem affinitatem inter se habent, „sed apud nos non item. Nihil ergo mirum „iis, qui Susannæ historiam interpretati sunt, „hanc fuisse curam, ut invenirent nomen ali„quod derivatum, quod aut cum Hebræo con„sonaret, non enim id pro certo habeo, aut „cum consonante Hebræo analogiam servaret„. Id quod ex voce *Essa* mulier, quæ etiam *sumpsi* significat, apparet. *Lusus verborum χῖνον &c. solvitur. n. 12.*

9. *Sexto.* Ad quartum argumentum Africani respondet Origenes, quod ex libro Tobiæ, *Tempore captivita-*

quo

tis Ju-dæi divi-tes extite-runt. quo utuntur Ecclesiæ Catholicæ, licet eum cum libro Judith Hebræi inter apocryphos nu-merent, constet: Etiam in captivitate non „nullos captivos divites fuisse, beneque r „suas gessisse, uti patet de Tobia, *Tob.*

n. 13. *Liber Tobiæ.* „*v.* 10. *sqq.* qui erat dispensator Nemessari, „deposuit apud Gabelum fratrem Gabriæ „Regis Mediæ argenti talenta decem. . . Se „& alius captivus Dochiacharus, Anani „lis fratris Tobiæ filius, præfectus erat cunct „rationibus regni Regis Acherdonis. *Tob.* „*v.* 22. Jtem Mardochæus versabatur in au

Liber Esther, „Regis. *Esther* 2. *v.* 19. Nehemias erat poc „lator Regis Artaxersis. . . Quid ergo m „rum, hortum, domum, ac prædium habu „se quemdam nomine Joakim, sive ampla ill „sive mediocria fuerint, nihil enim hujusc „modi aperte indicat scriptura. . . Nihil eti „insolitum accidit, si magnis gentibus sub „ctis a Rege concessum fuit, ut suis legib „& judiciis utantur captivi. Certe num „quantam nunc concedente Cæsare in Judæ „habeat authoritatem Ethnarcha, ut ni „differat ab eo, qui regnum obtineret in ge „tem, scimus, qui fumus experti. Fiu „etiam judicia latenter secundum legem, „nonnulli morte damnantur, non quid „cum plena ex omni parte libertate, sed „men non inscio Imperatore, idque pro ce „accepimus. Verumtamen sub Romanis d „solum referuntur esse tribus, Juda nempe „Benjamin, esto & Levitica. At Israel pr „ter populum Juda decem erat tribus, v „risimileque est Assyriis satis fuisse, quod i

„pe

„pectio suo subditos illos haberent, caeterum „propria eis concessisse judicia.

10. *Septimo.* Ad sextum argumentum ait Origenes: „Miratus sum, quod cum mul„tum sis versatus in examinandis & meditan„dis scripturis, non observaris, Prophetas „Prophetarum uti sermonibus iisdem prope„modum verbis. Quis enim & e vulgo fide„lium ignorat id, quod scriptum est in Isaia „cap. 2. v. 1. sqq. *Erit in extremis diebus ma„nifestus mons Domini* &c. His omnibus plane „similis est, ac iisdem verbis conceptus hic „Michaeae locus *cap.* 4. *v.* 1. *sqq. Et erit in „novissimis diebus manifestus mons Domini* &c. „Denique dixisti, stylum dictionis esse diver„sum, quod mihi nequaquam visum est. *Prophetae posteriores priorum verbis utuntur. n.* 15. *Resp. ad* 7. *n.* 16.



ORIGENIS FRAGMENTA LIBRORUM

DE RESURRECTIONE.

1. Eusebius *l.* 6. *Hist. cap.* 24. inter opera Origenis recenset duos libros de Resurrectione; & S. Hieronymus in quodam libro a Rufino citato ait, eum etiam duos alios de Resurrectione dialogos scripsisse. Contra hos Origenis libros scripsit Methodius Episcopus insignem de Resurrectione Dialogum, ex quo egregia fragmenta refert S. Epiphanius in haeresi Origenistarum. Item Hammon Hadrianopolita, cujus libri perierunt, & Huetius *l.* 2. *Origen.* alios enumerat Scriptores, juxta quos

vario-

variorum & fere oppositorum errorum Origenes arguitur. Verum Pamphylus M. in sua apologia pro Origene eum de resurrectione omnino catholice sensisse demonstrat, nonnullis quæstiunculis exceptis, quibus luxurians Origenis ingenium nimium indulsit, id quod ex sequentibus fragmentis patebit.

In nostris propriis corporibus resurgemus.

2. *Primo.* Enim S. Pamphilus in sua apologia hæc verba Origenis ex libro 1mo de Resurrectione citat: „Quomodo enim non videtur absurdum, ut hoc corpus, quod pro „Christo pertulit cicatrices . . . tantorum certaminum præmiis defraudetur? Quippe si „sola anima, quæ non sola certaverit, coronetur . . . & caro velut indigna rejiciatur, illa veniat ad coronam: hæc res sine „dubio aut injustitiæ alicujus Deum, aut impossibilitatis accusat.

3. *Secundo.* Idem S. Pamphilus ex *l.* 2. *Origenis* de resurrectione hæc affert: „Nos „post corruptionem mundi eosdem ipsos futuros esse homines dicimus, licet non eodem „statu, neque in iisdem passionibus: non „enim iterum ex conventione viri & mulieris „erunt . . . Et qui beatius hic vixerit: corpus ejus in resurrectione diviniore splendore „fulgebit, & apta ei mansio beatorum tribuetur locorum: huic vero, qui in malitia „consumserit tempus sibi vitæ præsentis indultum, tale dabitur corpus, quod sufficere, & „perdurare tantummodo possit in pœnis.

ORI-

ORIGENIS FRAGMENTA.

EX LIBRIS STROMATUM.


4. Sanctus Hieronymus ex *ep.* 83. ait ; „Clementem Alexandrinum imitatus Origenes decem scribit Stromateas, Christianorum „& Philosophorum inter se sententias comparans, & omnia Religionis nostræ dogmata de „Platone, & Aristotele, Numenio, Cornutoque „confirmans.„ Ex his sequentia solummodo fragmenta S. Hieronymus nobis asservavit.

5. *Primo* igitur S. Hieronymus *l.* 1. *adv. Ruf.* ex libro sexto stromatum Origenis refert: „Plato in 3tio de republica libro ait : *hominibus quandoque mendacium utile, ut utantur eo „quasi condimento atque medicamine* &c . . . Homo ergo, cui incumbit necessitas mentiendi ... „servet mensuram ejus, ne excedat terminos, „quibus usa est Judith contra Holofernem, & „vicit eum prudenti simulatione verborum : „imitetur Esther. *Esth.* 4. & Patriarcham Jacob. *Gen.* 27 . . . Ex quo perspicuum est, „quod nisi ita mentiti fuerimus, ut magnum „nobis ex hoc aliquod quæratur bonum, judicandi simus, quasi inimici ejus, qui ait : *Ego „sum veritas. Joan.* 14. *v.* 6.„ Verum mendacium numquam licere certa est sententia. *Mendacium an liceat.*

6. *Secundo* S. Hieronymus in Daniel. cap. 13. ex libro decimo stromatum Origenis refert succinctam explicationem moralem historiæ Su-

ſannæ, ubi tamen Origenis verba nonnulla de ſuo interdum addidit.

7. *Tertio* S. Hieronymus *com. in ep. ad Gal. cap.* 5. refert ex libro decimo Stromatum Origenis explicationem v. 13. cap. 5. *Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres; tantum ne libertatem in occaſionem carni detis.* Quod Origenes ita exponit: „Qui liber eſt, & altiori ſenſu ſpiritum „& veritatem ſequitur, præcedentes & typos „contemnit & litteram, non debet idcirco mi„nores deſpicere, & occaſionem dare his, qui „non poſſunt ſentire ſublimius, de ſe penitus „deſperandi; licet enim infirmi ſint, & caro „comparatione ſpiritus appellentur, caro ta„men Chriſti ſunt . . . Oportet etiam ſpiritu „ambulantem, & ſpiritu verba ſcripturarum „ſectantem non perficere deſiderium carnis ea„rum . . . Multorum enim malorum occa„ſio eſt, ſiquis in ſcripturæ carne permaneat &c.



ORIGENIS PERIARCHON

ID EST

DE PRINCIPIIS

LIBER PRIMUS.

§. I.

Argumentum.

Controverſia de libris Periarchon.

1. Origenes ante annum Chriſti 231. quo ex Alexandria Cæſaream Palæſtinæ ſe recepit, Alexandriæ quatuor libros περὶ ἀρχῶν, ſive

ire de Principiis composuit, quorum græcus extus, nonnullis fragmentis exceptis, jam idum interiit. Photius, qui hos libros græ- adhuc habuit & legit, *Bibl. cod.* 8. quid ntinerent, hisce verbis explicavit: „Lecti unt Origenis de Principiis libri quatuor: horum primus de Patre & Filio & Spiritu S. git; quo in libro plurima blaspheme scriit, ut Filium a Patre factum, Spiritum a ilio. Patrem per omnia, quæ existunt, peradere; Filium per ea duntaxat, quæ raione prædita sunt; Spiritum per ea tantum, uæ salva facta sunt. Tradit & animarum nigrationes, & animata sydera . . . Secundo libro disserit de mundo, rebusque in n eo conditis: præterea unum eumdemque esse Deum Veteris & Novi Testamenti; de Salvatoris Incarnatione; de anima, de resurrectione, de pœnis & præmiis. Tertio libro de arbitrii libertate, qua ratione diabolus contrariæque potestates adversus humanum genus pugnent: mundum ortum habere, & corruptioni obnoxium. Quarto libro de fine, Divinas esse Scripturas, denique quomodo legendæ & intelligendæ sint.„ Hi libri maximam criminum invidiam Origeni concitarunt: eos impugnarunt Methodius, Eustathius, Theophilus, Epiphanius, & præsertim S. Hieronymus *ep.* 38. 40. 94. & in tribus libris adversus Rufinum. Econtra Didymus in his Scholiis catholice & diverse ab Arianis Originem sentire propugnavit, teste S. Hieronymo *ep.* 41. Rufinus vero plurima in his libris recte de Trinitate fidei adversari non ne-

 gabat

gabat, sed ea ab hæreticis & malevolis inserta fuisse contendebat; unde quando anno 398. ad instantiam Macarii nobilis Romani hos libros in Latinum vertit, ea, quæ rectam fidem de Trinitate in his libris offendebant, vel ut adulterata prætermisit, vel ad Catholicum sensum revocavit, & loca obscuriora ex aliis clarioribus illustravit, ut ipse in sua præfatione testatur. Hinc patet, nec fidelem nec accuratam esse Rufini interpretationem, uti S. Hieronymus l. 1. adv. Rufin. demonstrat, qui proinde anno 399 tum amicorum Pammachii & Oceani litteris, tum propriis oculis certior factus, libros Periarchon fraudulenter sine sufficiente lectoris de erroribus eorum præmonitione cum summis Origenis encomiis a Rufino translatos esse, aliam eorum versionem ad græci textus fidem aggressus est, quam Pammachio transmisit, qui illam cuidam fratri communicavit, qui eam furtim vitiose descripsit. Unde S. Hieronymus ep. an. 409. Avito aliud exemplar submisit, & illum simul præmonuit quid in hisce libris potissimum cavendum sit: mox e singulis libris maxime repudianda profert, quæ etiam in novissima Origenis edition adjuncta sunt: integra enim S. Hieronymi interpretatio jam dudum injuria temporum intercidit. Rufiniana igitur interpretatio nobis solum superest, quam emendatam, cum fragmentis Hieronymianis, & Græcis cum nova versione, ubi Rufiniana deficit, D. Carolus de la Rue in citata novissima Origenis edition exhibet.

§. I

§ II.

ANALYSIS LIBRI I.

Praefatio.

Origenes in sua Praefatione in libros Pe- *Veritates*
riarchon ostendit, unde veritates divi- *Divinae*
potissimum cognoscendae sint, & ait: „Om- *ex S.*
, qui credunt, & certi sunt, quod & gra- *Scriptura*
& veritas per Jesum Christum facta sit, *discendae.*
Christum veritatem esse norunt . . . Scien- n. 1.
n, quae provocat homines ad bene beate-
vivendum, non aliunde, quam ab ipsis
bis Christi doctrinaque suscipiunt. Christi
em verbis dicimus non his solum, quae
no factus docuit, & prius; namque Christus
Verbum in Moyse & in Prophetis erat,
n sine Verbo Dei quomodo poterant pro-
tare de Christo? . . . Cum vero multi sint, *Item ex*
se putant sentire, quae Christi sunt, & *Traditio-*
nulli eorum diversa a prioribus sentiant, *ne.*
etur ecclesiastica praedicatio per successio- n. 2.
ordinem ab Apostolis tradita, & usque ad
sens in Ecclesiis permanens; illa sola cre-
da est veritas, quae in nullo ab ecclesiasti-
Apostolica discordat traditione. Illud au- n. 3.
n scire oportet, quoniam sancti Apostoli de
busdam quidem, quaecunque necessaria
diderunt, omnibus manifestissime tradide-
nt, rationem scilicet assertionis eorum re-
quentes ab his inquirendam, qui spiritus
na exellentia merentur. . . . Ut studiosio-
s ex posteris suis, qui amatores essent sa-
entiae, exercitium habere possent, in quo

 „inge-

„ingenii sui fructum ostenderent, hi videlicet, „qui dignos se ad recipiendam sapientiam præ„pararent.

Præcipua fidei articuli. n. 4. 3. Fonte veræ sapientiæ ostenso Origenes ea recenset „quæ per prædicationem Apostolicam maniste traduntur: scilicet primo „quod unus Deus est, qui omnia creavit, qui„que cum nihil esset, esse fecit universa. . . Et „quod hic Deus in novissimis diebus, sicut „per Prophetas suos ante promiserat, misit „Dominum nostrum Jesum Christum primo „quidem vocaturum Israel, secundo vero etiam „gentes . . . Hic Deus justus & bonus Pater „Domini nostri Jesu Christi, legem & Prophe„tas & Evangelia ipse dedit, qui & Apostolo„rum Deus est, & Veteris & Novi Testamenti. *Æterna Filii generatio.* „Tum deinde, quia Jesus Christus ipse, qui „venit, ante omnem creaturam natus ex Pa„tre est, qui cum in omnium conditione Patri „ministrasset, *per ipsum* enim *omnia facta sunt* „Joan. 1. v. 3. novissimis temporibus homo fa„ctus incarnatus est, cum Deus esset, & ho„mo factus mansit, quod erat Deus. Corpus „assumpsit nostro corpori simile, eo solo diffe„rens, quod natum ex Virgine & Spiritu San„cto est. Et quoniam hic Jesus Christus natus „& passus est in veritate, & non per phanta„siam communem hanc mortem sustinuit, ve„re mortuus, vere enim a mortuis resurrexit „& post resurrectionem conversatus cum disci„pulis suis assumptus est. *Spiritus Sanctus.* Dum deinde honore „ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradide„runt Spiritum Sanctum. Sane quod iste Spi„ritus

„itus unumquemque vel S. S. Prophetarum „vel Apostolorum inspiraverit & non alius . . . „manifestissime in Ecclesiis prædicatur. Post „hæc, quod anima cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur . . . & „quia erit tempus resurrectionis mortuorum... „omnem animam esse liberi arbitrii & voluntatis: esse quoque ei certamen adversus diabolum . . . De diabolo : . . apud plurimos „ista habetur opinio, quod angelus fuerit, & „apostata effectus quamplurimos angelorum secum declinare persuaserit . . . Est præterea „in ecclesiastica prædicatione, quod mundus „iste factus est, & a certo tempore cæperit, „& sit pro ipsa sui corruptione solvendus: quid „tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid „post mundum erit, jam non pro manifesto multis innotuit. Tum demum quod per Spiritum „Dei Scripturæ conscriptæ sint, & sensum habeant, non eum solum, qui inmanifesto est; „sed alium quemdam latentem quam plurimos.„ Atque de his, sicut & incorporeis an dentur, & de Angelis, eorumque creatione, ac de syderum natura Origenes agere modo aggreditur.

n. 5. n. 6. n. 7.

Caput I.

De Deo.

1. De Deo Origenes docet *Primo*, quod sit incorporeus, id quod *inprimis* probat negative refutando eos „qui conantur secundum „Scripturas nostras dicere Deum corpus esse, „quoniam inveniunt, scriptum esse: *Deus no-*

Deus est incorporeus. n. 1.

„*ster ignis consumens*. Deut. 4. v. 24. In Evan„gelio vero Joannis : *Deus Spiritus est*. Joan. 4. „v. 24. ignis vero & spiritus non aliud apud „eos, quam corpus esse putabitur. Respondet „Origenes ad primum: Numquidnam quia Deus „lumen nominatur, simile putabitur solis hu„jus lumini ? Quid enim aliud lumen Dei di„cendum est, nisi virtus Dei, per quam quis „illuminatus vel veritatem rerum omnium per„videt, vel ipsum Deum cognoscit, qui veri„tas appellatur ? Si ergo fatentur, non posse „corpus intelligi Deum secundum luminis in„tellectum, similis quoque ratio de igne con„sumente dabitur . . . quippe Deus consumit „malas mentium cogitationes, consumit ge„sta turpia, consumit desideria peccati, cum „se credentium mentibus inserit, & eas ani„mas, quæ verbi ejus ac sapientiæ efficiun„tur capaces . . . omnibus eorum vitiis pas„sionibusque consumptis purum sibi eas seque „dignum efficit templum. Sed & his, qui per „hoc, quod dictum est, quoniam *Deus spi„ritus est*, corpus esse arbitrantur Deum, hoc „modo arbitror esse respondendum : consuetu„do est S. Scripturæ, cum aliquid contrarium „huic corpori crassiori designare vult, spiritum „nominare, sicut dicit : *littera occidit*, *spiri„ritus autem vivificat*. 2. Cor. 3. v. 6. in quo si„ne dubio per litteram corporalia significat, „per spiritum intellectualia, quæ & spiritualia „dicimus. . . . Sed & cum de Spiritu mul„ti sancti participant, non utique corpus ali„quod intelligi potest Spiritus S. sed virtus „profecto sanctificans est . . . . pro eo quod „Spiri-

Spiritus S. distincta Persona. n. 2.

„Spiritus S. subsistentia est intellectualis, & „proprie subsistit, & extat. . . . „Deinde illa verba, *Deus spiritus est*: dixit Jesus ad Samaritanam mulierem, „quæ putabat ex locorum cor- n. 3 „poralium prærogativa minus recte adorari „Deum aut a Judæis in Hierosolymis, aut a Sa„maritanis in monte Garizim, cui respondit „Salvator esse recedendum a præsumptione „corporalium locorum . . . & ad distinctionem „corporum nominavit Spiritum.

2. *Secundo*: Deum esse incorporeum Origenes probat ex eo, quia nonnisi intellectu manifeste cognosci potest „dicimus, ait, secun„dum veritatem Deum incomprehensibilem esse „atque inæstimabilem: siquid enim illud est, „quod sentire vel intelligere de Deo potueri„mus, multis longe modis esse ab eo, quod „sensimus, necesse est credi. . . . Quippe „mens nostra, cum intra carnis claustra con„cluditur . . . dum ad incorporea nititur, at„que eorum rimatur intuitum, tunc scintillæ „alicujus, aut lucernæ vix obtinet locum. . . . „Interim quasi radii quidam sunt Dei naturæ „opera Divinæ Providentiæ, & ars universita„tis hujus ad comparationem ipsius substantiæ „ac naturæ. Quia ergo mens nostra ipsum „per seipsam Deum, sicut est, non potest in„tueri, ex pulchritudine operum, & decore „creaturarum parentem universitatis intelligit. „Non ergo aut corpus aliquod, aut in corpo„re esse putandus est Deus, sed intellectualis na„tura simplex, nihil omnino in se adjunctionis „admittens, uti ne majus aliquid & inferius

Deus solo intellectu cognoscitur.

n. 4

n. 5

 „in

„in se habere credatur, sed ut sit ex om
„parte μονὰς, & ut ita dicam ἑνὰς & mens, a
„fons, ex quo initium totius intellectual
„naturæ, vel mentis est.

Deus ad operandum non eget loco corporeo, & est incompositus. n. 6.

3. *Tertio*: Ex eo quod Deus sit incorpo teus, sequitur, & simul ejus incorporeitas pro batur, eum ad operandum non egere loc corporeo, & esse incompositum: „Mens enii „ut moveatur & operetur, non indiget loc „corporeo, neque sensibili magnitudine, v „corporali habitu, aut colore, neque alio ull „quæ corporis vel materiæ propria sunt: pro „pter quod natura illa simplex & tota mens „ut moveatur, vel operetur aliquid, nihil dil „tionis aut cunctationis habere potest, ne p „hujusmodi adjunctionem circumscribi vel i „hiberi aliquatenus videatur divinæ natur „simplicitas, ut ne, quod est principium on „nium, compositum inveniatur & diversum „& sit multa, non unum. . . . Quod aute „mens non indigeat loco, ut secundum nat „ram suam moveatur, certum est etiam e „nostræ mentis contemplatione. Hæc enii „si in sua mensura consistat, nec ex qualib „causa aliquid ei obtusionis obveniat (e. g. i „navigio, vel morbo corporis) nihil umqua „ex locorum diversitate tardabitur, vel augme „tum mobilitatis acquirit. . . . Deum iten „qui omnium est principium, compositum ess „non est putandum, ne forte priora ipso prii „cipio inveniantur elementa esse, ex quibu „compositum est omne, quod compositum dic „tur. Sed nec magnitudine corporali me

„ind

„indiget, ut agat aliquid, vel moveatur, sicut „oculus, cum in majora quidem corpora in„tuendo diffunditur, ad parva vero coarctatur „ad videndum. Indiget sane mens magnitudi„ne intelligibili, quia non corporaliter, sed in„telligibiliter crescit: non enim cum corpore „usque ad vigesimum trigesimum annum ætatis „augetur, sed eruditionibus & exercitiis adhi„bitis acumen elimatur ingenii, ... quæ icirco „non statim a puero recipere potest, quia in„valida adhuc est membrorum compago, qui„bus velut organis ad exercitium sui mens „utitur.

4. *Quarto*: Deum non esse corporeum osten- *Anima hominis non est corpus. n. 7.* dit Origenes ex eo, quod etiam anima hominis imago Dei non sit corpus: „Nam siqui „sunt, qui mentem ipsam animamque corpus „esse arbitrentur, velim mihi responderent, „quomodo tantarum rerum tamque subtilium „rationes recipiat? Unde ei virtus memoriæ? „& unde ei rerum invisibilium contemplatio? „unde certe incorporalium intellectus rerum „corpori inest? unde etiam Divina dogmata, „quæ manifeste incorporea sunt, sentire ac in„telligere potest? nisi forte aliquis putet, quod „sicut ista forma corporea, & habitus ipse au„rium vel oculorum confert aliquid ad audien„dum & ad videndum: ... ita etiam habi„tus animæ vel mentis intelligi debere arbitre„tur, quasi apte formatum, ad hoc, ut de „singulis sentiat, vel intelligat. ... Verum „qualem colorem mentis, secundum hoc, quod „mens atque ut vitalibus molibus moveatur, „descri-

e eum intelligere atque cognoſcere ? . Cor ſane pro mente, id eſt, pro intellectu i virtute, nominari in omnibus Scriptu novis, ac veteribus abundanter invenies.

Caput II.

De Chriſto.

Origenes de Chriſto tractaturus præſupp nit, „quod aliud eſt in Chriſto Deita ejus natura, quod eſt unigenitus Filius P ris; & aliud humana natura, quam in n viſſimis temporibus pro diſpenſatione ſuſc it. Propter quod videndum eſt, quid unigenitus Filius Dei, qui multis quidem diverſis nominibus pro rebus vel opinionibu appellantium nuncupatur, „ſcilicet ſapienti atris, ejus Primogenitus, virtus, verbum a, veritas, vita, imago Dei inviſibilis, ſpler or Gloriæ, ſpeculum immaculatum virtuti ei, imago Bonitatis Dei.

2. *Primo* : Igitur Filius Dei *Sapientia* di tur : „*Prov.* 8. *v.* 22. *ſeqq. Dominus creavit m initium viarum ſuarum.* . . . Nemo tamen pu

„magnitudine deſignetur: & quis unquam ſa„ni ſenſus habitum vel colorem in Sapientia „requiſivit? Quomodo autem extra hujus Sa„pientiæ generationem fuiſſe aliquando Deum „Patrem, vel ad punctum momenti alicujus, „quis poteſt ſentire, vel credere. . . . Aut „enim non potuiſſe Deum dicet generare ſa„pientiam, antequam generaret, ut eam, quæ „ante non erat, poſtea genuerit, ut eſſet: „aut potuiſſe quidem, &, quod dici de Deo „nefas eſt, noluiſſe generare; quod utrum„que & abſurdum eſſe, & impium omnibus „patet. . . . Propter quod nos ſemper Deum „Patrem novimus unigeniti Filii ſui, ex ipſo „quidem nati, ſine ullo tamen initio, . . . „ne illo quidem, quod ſola apud ſemetipſam „mens intueri ſolet. . . . In hac ipſa ergo „ſapientiæ ſubſiſtentia, quia omnis virtus ac „deformatio futuræ inerat creaturæ, . . . „pro his ipſis, quæ in ſapientia velut deſcri„ptæ ac præfiguratæ fuerant, creaturis, ſe„ipſam per Salomonem dicit creatam eſſe Sa„pientia initium viarum Dei, continens ſcili„cet in ſemetipſa univerſa creaturæ vel initia, „vel formas, vel ſpecies.

Æternitas Filii Dei.

3. *Secundo*: Filius Dei *Verbum Dei* vocatur: „Hoc enim modo Verbum Dei ſapien„tiam eſſe intelligendum eſt per hoc, quod „ipſa cæteris omnibus, id eſt, univerſæ crea„turæ myſteriorum & arcanorum rationem, „quæ utique intra Dei ſapientiam continentur, „aperiat, & per hoc Verbum dicitur, quia ſit „tanquam arcanorum mentis interpres. . . . „Unde

Filius Dei Verbum. *n.* 3.

„Unde Joannes in initio Evangelii sui dicit
„propria definitione Deum esse definiens, Ver-
„bum dicens: *Et Deus erat Verbum, & hoc*
„*erat in initio apud Deum. Joan.* 1. *v.* 1. Qui
„autem initium dat Verbo Dei, intuere, ne
„magis in ipsum ingenitum Patrem impieta-
„tem suam jactet, cum eum neget, semper
„Patrem fuisse, & genuisse Verbum, & ha-
„buisse sapientiam in omnibus anterioribus vel
„temporibus, vel sæculis, vel siquid illud est
„quod nominari potest.

Verbi Divinitas.

4. *Tertio*: „Hic Filius etiam omnium, quæ
„sunt, *veritas* est, & *vita*: nam quomodo vi-
„verent, quæ facta sunt, nisi ex vita? vel
„quomodo veritate constarent ea, quæ sunt,
„nisi ex veritate descenderent? Vel quomodo
„rationabiles possent esse substantiæ, nisi Ver-
„bum vel Ratio præcederet? vel quomodo sa-
„perent, nisi esset Sapientia? Verum quoniam
„futurum erat, ut etiam deciderent aliqui a
„vita, & mortem sibi ipsi consciscerent, . . .
„& utique non esset consequens, ut ea, quæ
„semel ad vivendum fuerant procreata a Deo,
„penitus deperirent, oportuit, ut esset resur-
„rectio, quæ in Domino & Salvatore nostro
„formata est, quæ resurrectio in ipsa Dei sa-
„pientia, & Verbo, ac vita consisteret. Tum
„deinde quia futurum erat, ut aliqui ex his
„qui creati sunt, pro eo, quod non naturali-
„ter, id est, substantialiter inesset eis bonum
„sed accidens, non volentes. . . . Semper
„in eisdem bonis æqua ac moderata libratio-
„ne durare, sed mutati de statu suo decide-
„rent

Filius Dei veritas & vita. *n.* 4.

„rent, via factus est Verbum Dei, & Sapien-
„tia, quæ via idcirco dicitur, quod ad Pa-
„trem ducat eos, qui per eam incedunt. . .
„Porro in nulla harum vel levi opinione intel-
„ligi corporale aliquid potest. . . . Infandum
„autem est, & illicitum, Deum Patrem in
„generatione Unigeniti Filii sui, atque in sub-
„sistentia ejus exæquare alicui vel hominum,
„vel aliorum animantium generanti; sed ne-
„cesse est, aliquid exceptum esse, Deoque di-
„gnum, cui nulla prorsus comparatio non in
„rebus solum, sed ne in cogitatione quidem
„vel sensu inveniri potest, ut humana cogita-
„tio possit apprehendere, quomodo ingenitus
„Deus Pater efficitur Unigeniti Filii. Est nam-
„que ita æterna ac sempiterna generatio, si-
„cut splendor generatus ex luce; non enim
„per adoptionem Spiritus Filius fit extrinse-
„cus, sed natura Filius est.

5. *Quarto.* Filius Dei *imago Dei* invisibilis di- *Filius Dei imago Dei. n. 6.*
citur. *Col.* 1. *v.* 15. „Imago autem interdum
„dicitur ea, quæ in materia aliqua, id est,
„ligni vel lapidis depingi vel exsculpi solet: in-
„terdum imago dicitur ejus, qui genuit, is
„qui natus est, cum in nullo similitudinum
„lineamenta ejus, qui genuit, in eo, qui na-
„tus est, mentiuntur. Puto ergo posse priori
„quidem exemplo aptari eum, qui ad imagi-
„nem & similitudinem Dei factus est homi-
„nem: secundæ vero comparationi imago Fi-
„lii Dei, de quo nunc sermo est, comparari
„potest, etiam secundum hoc, quod invisibi-
„lis Dei imago invisibilis est, sicut secundum

„historiam dicimus, imaginem Adæ ejus fi-
„lium ejus Seth, quæ imago etiam naturæ ac
„substantiæ Patris & Filii continet unitatem
„Si enim omnia, quæ facit Pater, hæc & Fi-
„lius facit similiter . . . imago Patris in Filio
„deformatur, qui utique natus ex eo est, velut
„quædam voluntas ejus ex mente procedens:
„& ideo ego arbitror, quod sufficere debeat
„voluntas Patris ad subsistendum hoc, quod
„vult Pater; volens enim non alia via utitur
„nisi quæ consilio voluntatis profertur: ita
„ergo & Filii subsistentia generatur ab eo
„Quod necesse est inprimis suscipi ab his, qui
„nihil ingenitum, id est, innatum præter solum
„Deum Patrem fatentur. . . Imago ergo est
„invisibilis Dei Patris Salvator noster; quan-
„tum ad ipsum quidem Patrem veritas, quan-
„tum autem ad nos, quibus revelat Patrem
„imago est, per quam cognoscimus Patrem
„quem nemo alius novit nisi Filius, & cui
„voluerit Filius revelare: revelat autem per
„hoc, quod ipse intelligitur; a quo enim ipse
„fuerit intellectus, consequenter intelligitur
„& Pater. *Joan.* 14. *v.* 9.

Filius Dei splendor lucis. *n.* 7.

6. *Quinto.* „*Splendor lucis* & gloriæ Dei
„*Hebr.* 1. *v.* 3. est Unigenitus Filius ex ipso
„inseparabiliter velut splendor ex luce proce-
„dens, & illuminans universam creaturam
„ . . . per splendorem namque quid sit lux
„ipsa intelligitur, & sentitur. Qui splendor
„fragilibus se & infirmis mortalium oculis pla-
„cidius ac lenius offerens, & paulatim velut
„edocens, & assuefaciens claritatem luminis

„pate-

„pati, cum ab eis dimoverit omne, quod visum obducit & impedit, capaces eos efficit ad suscipiendam gloriam lucis, etiam in hoc velut quidam mediator hominum ac lucis effectus.

7. *Sexto.* Filius Dei *figura expressa* substantiæ Dei. *Hebr.* 1. *v.* 3. „Dicitur. Verbi gratia, si facta esset aliqua statua talis, quæ magnitudine sui universum orbem terræ teneret, & pro sui immensitate considerari à nullo posset; fieret autem alia statua membrorum habitu ac vultus lineamentis, specie ac materia per omnia similis absque magnitudinis immensitate, pro eo, ut qui illam immensam intueri non possent, hanc videntes illam se vidisse confiterentur . . . Tali quadam similitudine exinaniens se Filius Dei de æqualitate Patris, & viam nobis cognitionis ejus ostendens figura expressa substantiæ ejus efficitur, ut qui in magnitudine deitatis suæ positam gloriam miræ lucis non poteramus aspicere, per hoc quod nobis splendor efficitur, intuendæ lucis Divinæ viam per splendoris capiamus aspectum. Comparatio sane de statuis (quæ rem non plene nec proprie significat) ad nihil aliud recipitur, quam ad hoc, quod Filius Dei brevissimæ insertus humani corporis formæ ex operum, virtutisque similitudine Patris in se immensam ac invisibilem magnitudinem designabat.

Filius Dei figura substantiæ Dei. n. 8.

8. *Septimo.* Filius Dei dicitur *vapor virtutis Dei. Sap.* 7. *v.* 25. 26. „Ait autem sapien-

Filius Dei vapor virtutis Dei. n. 9.

„pientiam vaporem esse non gloriæ omnipo„tentis, neque æternæ lucis, nec inoperatio„nis Patris, nec bonitatis ejus, neque enin „conveniens erat, alicui horum adscribi va„porem; sed cum omni proprietate ait, vir„tutis Dei vaporem esse sapientiam. Intelli„genda est ergo virtus Dei, qua viget, qu „omnia visibilia & invisibilia vel instituit, ve „continet, vel gubernat, quæ ad omnia suffi„ciens est, quorum providentiam gerit, qui„bus velut uni, ita omnibus adest. Hujus er„go totius virtutis tantæ & tam immensæ va„por, & ut ita dicam, vigor ipse in propri „subsistentia effectus, quamvis ex ipsa virtut „velut voluntas ex mente procedat, tamen „ipsa voluntas Dei nihilominus Dei virtus eff„citur. Efficitur igitur virtus altera in su „proprietate subsistens vapor quidam prim „& ingenitæ virtutis Dei, hoc quidem quo „est, inde trahens, non est autem, quand „non fuerit: siquis enim voluerit dicere, quo „prius non extiterit, dicat causam, qua „qui eam subsistere fecit Pater, ante hoc no „fecerit . . . cum tamen quoniam semper p „terat Deus & volebat, numquam vel decu„rit, vel causa aliqua existere potuerit, „non hoc quod bonum volebat, semper h„buerit. Ex quo ostenditur, semper fui „vaporem istam virtutis Dei, nullum habe„tem initium nisi ipsum Deum. . . Secundu „Apostolum vero jam non solum vapor virt„tis Dei, sed virtus ex virtute dicenda est.

Filii Dei æternitas.

9. *Octavo.* Filius Dei *aporrhaea est purissima gloriae omnipotentis.* *Sap.* 7. *v.* 25. „Ubi „ne videatur alicui anterior esse in Deo omni- „potentis appellatio nativitate sapientiae, per „quam Pater vocatur . . . audiat, qui haec „ita vult suspicari, quod manifestissime scri- „ptura pronuntiat, quia *omnia in sapientia fe-* „*cisti.* *Ps.* 103. *v.* 24. Et per Evangelium do- „cetur: *omnia per ipsum facta sunt.* *Joan.* 1. „*v.* 3. & intelligat ex hoc: quia non potest „antiquior esse in Deo omnipotentis appella- „tio, quam Patris, per Filium enim omnipo- „tens est Pater. Sed quoniam gloriam dixit om- „nipotentis, cujus gloriae aporrhaea est sapien- „tia, hoc intelligi datur, quod etiam in om- „nipotentiae gloria societatem habeat sapien- „tia, per quam Deus omnipotens dicitur: per „sapientiam enim, quae est Christus, tenet „Deus omnium potentatum, non solum do- „minantis auctoritate, verum etiam subjecto- „rum spontaneo famulatu. Ut autem & eam- „dem omnipotentiam Patris ac Filii esse cog- „noscas, sicut unus atque idem est cum Patre „Deus & Dominus, audi Joannem: *Haec dicit* „*Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui* „*venturus est.* *Apoc.* 1. *v.* 8. Qui enim ven- „turus est, quis est alius, nisi Christus. . . Hoc „modo etiam verum erit illud, quod ipse dicit „ad Patrem: *omnia mea tua sunt, & tua mea, &* „*glorificatus sum in eis.* *Joan.* 17. *v.* 10. Si vero „omnia . . . sine dubio etiam Unigenitus Fi- „lius debet esse omnipotens. . . Et glorifica- „tus sum, inquit, in eis. *In nomine* enim *Je-* „*su omne genu flectetur,* &c. *Philip.* 2. *v.* 10. . .

Filius Dei aporrhaea gloriae omnipotentis.

n. 10

Filii Dei omnipotentia.

„cedens, sine dubio bonitatis ejus naturam i
„se refert, quæ est in eo fonte, de quo ve
„natus est Filius, vel procedit Spiritus S.

Nota. Rufinus hic aliqua substituit: nam teste S
Hieronymo *ep. ad Avitum* Origenes hic docuit
Filium non esse bonum, sed auram & imagine
bonitatis. Vide Huetium in Origenianis *l.*
quæst. 2.

CAPUT III.

De Spiritu Sancto.

Spiritus S. datur. *n.* 2.

1. „De Spiritu Sancto, ait Origenes, quo
„sit, multæ nos scripturæ docuerunt
„sicut David in suo Psalmo dicit: *Spiritum San*
„*ctum tuum ne auferas a me.* Et in Daniele d
„citur *cap.* 4. *v.* 6. *Spiritus Sanctus, qui est in t*
„In novo vero Testamento abundantibus test
„moniis edocemur, cum Spiritus S. sup
„Christum descendisse describitur, & cum ip
„Dominus insufflavit in Apostolos post resu
„rectionem dicens: *Accipite Spiritum Sanctu*
„*Joan.* 20. *v.* 22. Et ad Mariam ab Ange
„dicitur: *Spiritus Sanctus superveniet in t*
„*Luc.* 1. *v.* 35. . . Et in Actibus Apostoloru
„Spiritus S. dabatur in Baptismo per impo
„tionem manuum Apostolicarum. Ex quibu

Spiritus S. Divinitas.

„omnibus didicimus, tantæ esse auctoritat
„& dignitatis substantiam Spiritus S. ut sal
„taris Baptismus non aliter, nisi excellenti
„simæ omnium Trinitatis auctoritate, id ei
„Patris, & Filii, & Spiritus S. cognomin
„tione compleatur, & ingenito Deo Patri,
„Unigenito ejus Filio nomen quoque Spir

„tu

copuletur. Quis ergo non obstupescat,
ta majestas sit Spiritus S. cum eum, qui
rit Verbum in Filium hominis, audiat
are veniam posse; cum vero, qui in
itum S. blasphemaverit, veniam non ha-
neque in præsenti sæculo, neque in fu-
... Quare usque ad præsens nullum n. 3.
ionem in scriptis sanctis invenire potui-
, per quem Spiritus S. factura esse, vel
tura diceretur, ne eo quidem modo,
de sapientia referre Salomonem supra
uimus. . . Spiritus igitur Dei, qui su-
quas ferebatur, sicut scriptum est in
pio facturæ mundi, puto, quod non sit
, quam Spiritus S. . . . Quidam sane n. 4.
ecessoribus nostris in novo Testamento
arunt, quod sicubi Spiritus nominatur
djectione ea, quæ assignet, qualis sit
us, de S. Spiritu debet intelligi, ut
Fructus autem Spiritus est charitas.
. *v.* 22. Nos vero etiam in veteri Te-
nto putamus distinctionem istam posse
i, sicut cum dicit: *qui dat Spiritum*
, *qui est super terram, & Spiritum his,*
cant eam. Is. 42. *v.* 2. Sine dubio enim
, qui calcat terram, id est, terrena
poralia, particeps est Spiritus S. a Deo
ccipiens. (a) Dicebat autem & He-
magister, quod duo illa Seraphim . . .
tia: sanctus &c. *Isa.* 6. *v.* 8. de Uni-
Filio Dei & Spiritu S. essent intelli-
. Nos vero etiam putamus illud: *in*
vel *duorum animalium*, vel *duarum vi-*
cognosceris. Habuc. 3. *v.* 3. de Christo

 „&

„& Spiritu S. sentiri debere: omnis eni
„scientia de Patre revelante Filio in Spiritu
„cognoscitur, ut ambo hæc, quæ secundu
„Prophetam vel animantia vel vitæ dicuntu
„causæ scientiæ Dei Patris existant. Sic
„enim de Filio dicitur: *Nemo novit Patrem n*
„*Filius, & cui voluerit Filius revelare:* ita
„Spiritu S. dicit Apostolus: *Nobis autem rev*
„*lavit Deus per Spiritum suum: Spiritus en*
„*omnia scrutatur, etiam alta Dei,* 1. *Cor.*
„*v.* 10. . . . Neque vero putandum est, qu
„etiam Spiritus Filio revelante cognosc
„Patrem; si enim hoc. . . Ergo ex ignora
„tia ad scientiam venit, quod utique & in
„pium pariter & stultum est, Spiritum S. co
„fiteri, & ignorantiam ei adscribere; non eni
„cum aliud aliquid esset, antequam Spirit
„S., per profectum venit in hoc, ut esset Sp
„ritus S. . . . Quod si esset, numquam utiq
„in unitate Trinitatis, id est, Dei Patris i
„convertibilis, & Filii ejus, etiam ipse Spi
„tus S. haberetur, nisi quia & ipse semp
„erat Spiritus S. Hoc sane quod dicimu
„vel *semper*, vel *erat*, cum venia accipiendu
„est, quoniam nominum quidem horum sig
„ficationes temporales sunt, ea autem,
„quibus loquimur . . . natura sui omnem i
„telligentiam sensus temporalis excedunt.

(a) Dicta illa interpretatio Isaiæ & Habacuc
Hieronymo stomachum ita movit, ut illam i
piam & detestandam appellet *l.* 3. in *Isa.* & *ep.*
Eam tamen excusat Huetius *l.* 2. *Origenian. q.*

2. Qu

l, quae sine anima sunt, & in omnibus
io, quae sunt: operationem vero Spi-
S. . . in illis solis arbitror esse, qui
e ad meliora convertunt, & per vias
i Jesu incedunt, id est, qui sunt in bo-
tibus, & in Deo permanent (*a*). Quod n. 6.
operatio Patris & Filii & in sanctis,
peccatoribus sit, manifestatur ex eo,
mnes, qui rationabiles sunt, Verbi,
rationis participes sunt, & per hoc
m velut semina insita sibi gerunt Sa-
& justitiae, quod est Christus. Ex
m, qui vere est *Exod.* 3. *v.* 14. Om-
ecunque sunt, participant. . . Osten-
m Paulus, quod omnes habeant par-
n Christi: *Prope est Verbum in ore tuo,*
rde tuo. Rom. 10. . . Item ex *Joan.*
22. patet, quomodo ex participatione
vel rationis homines peccatum habere
ur, videlicet ex quo intellectus atque
e capaces effecti, cum jam eis boni

n. 7. „Si vero hoc de Spiritu Dei dictum intelli-
„dum est. . . Ergo jam non generaliter,
„de sanctis quibusque accipi potest: nam
„indignis & peccatoribus scriptum est, di-
„se Deum. *Non permanebit Spiritus me-*
„*hominibus istis. Gen.* 6. *v.* 4. In Psalmis
„que scribitur: *Auferes Spiritum eorum, &*
„*cient* &c. *Ps.* 103. *v.* 29. quod manifeste
„Spiritu S. designatur. . . Denique icirco
„impositionem manuum Apostolorum post
„ptismum gratia & revelatio S. Spiritus
„debatur. Sed & Salvator noster post re-
„rectionem . . . renovatis per fidem suæ
„surrectionis Apostolis, ait: *accipite Spiri-*
„*S. Joan.* 20. *v.* 22. Hoc est nimirum, qu
„& ipse Salvator Dominus in Evangelio d-
„gnabat, cum vinum novum in utres mi
„posse veteres denegabat *Matth.* 9. *v.* 16.
„Propter quod & consequens puto, quia
„peccaverit quidem in Filium hominis ve-
„dignus est, pro eo, quod is, qui verbi

s est : proprietatem namque gratiæ ejus
sque descripsimus. Porro autem nihil
initate majus, minusve dicendum est,
unius Divinitatis fons verbo ac ratione
teneat universa, Spiritu vero oris sui
digna sunt sanctificatione, sanctificet
. v. 6. . . Nulla ergo est in Trinitate
etio, sed hoc, quod donum Spiritus
ur, manifestatur per Filium, & inope-
per Deum Patrem.

finus illa verba: *Arbitror ego* &c. quibusdam
is & detractis correxit; nam in Græco & ex
S. Hieronymi ad Avitum 94. patet Origenem
ocuisse: „Filium quoque minorem Patre, eo-
d secundus ab illo sit, & Spiritum S. inferio-
in Sanctis quibusque versari: atque hoc or-
e majorem Patris fortitudinem esse, quam Fi-
& Spiritus S., & rursum majorem Filii forti-
inem esse, quam Spiritus S. & consequenter
us S. Spiritus majorem esse virtutem cæteris,
Sancta dicuntur„. Hæc quidem impugnare
tur fidem consubstantialitatis trium Divina-
Personarum. Verum Origenes orthodoxiam
quoad hunc articulum in consequentibus satis
festat; nam solum loquitur de subordinatione,
habetur inter tres Divinas Personas: docet
e supra n. 4. Unitatem haberi in Trinitate,
um. 7. aperte asserit, nihil esse in Trinitate
s & minus, nullam esse in ea discretionem &c.
ue in citatis a S. Hieronymo verbis solum in
personalis subordinationis loquitur.

Ex dictis concludit Origenes: „Cum omnia primo ut sint, habeant ex Deo :: Secundo ut rationabilia sint, habeant erbo: Tertio ut sint sancta, habeant ex tu S. rursum Christi, secundum hoc, „quod

Operationes Divinarum Personarum. n. 8.

quod justicia Dei est, capacia efficiuntur
„quæ jam sanctificata antea fuerint per S
„tum S. & qui in hunc gradum proficere
„ruerint per sanctificationem Spiritus S.
„sequentur nihilominus donum sapientiæ
„cundum virtutem & inoperationem Spir
„Dei. . . . Ut depulsis omnibus, expurga
„que pollutionis atque ignorantiæ macu
„tantum profectum sinceritatis, ac purit
„accipiat, ut hoc, quod accepit a Deo
„esset, tale sit, quale Deo dignum est,
„qui ut esset pure, utique præstitit & perfec
„ut tam dignum sit id, quod est, quam
„ille, qui id esse fecit. . . Ita ergo indesin
„ti erga nos opere Patris, & Filii, & Sp
„tus S. per singulos quosque profectuum g
„dus instaurato vix si forte aliquando int
„possumus sanctam ac beatam vitam, in q
„cum post agones multos in eam pervenire
„tuerit, ita perdurare debemus: ut nulla
„satietas boni illius capiat. . . . Si autem
„quando satietas capit aliquem ex his, qu
„summo perfectoque constiterint gradu,
„arbitror, quod ad subitum quis evacuetu
„decidat; sed paulatim & per partes defl
„eum necesse est, ita ut fieri possit interd
„ut si brevis aliquis lapsus acciderit, &
„resipiscat, non penitus ruere, sed redire
„statum suum, & rursus statuere possit
„quod per negligentiam fuerat lapsum.

Caput IV.

De Diminutione, vel Lapsu.

1. Origenes id, quod modo de lapsu per negligentiam dixerat, hic exemplificat in aliquo artifice v. g. Geometra, qui per negligentiam artem suam oblivisci potest, quam tamen repetito studio recuperare potest.

Caput V.

De rationabilibus naturis.

1. Hoc & sequens Caput caute legenda sunt, utpote in quibus multa contra Catholicam fidem asserit Origénes, nec excusari potest, nisi hæc magno metu & cautela, magis discutiendo, quam definiendo attulisset. E. Primo quidem ait: „Sunt quidam Angeli Dei, quos Paulus ministeriales spiritus appellat, ad ministerium destinati propter eos, qui hæreditatem capiunt in salutem. Apud eundem quoque S. Paulum invenimus. . . . Sedes, & Dominationes, & Principatus, & Potestates, & Virtutes. *Eph.* 1. *v.* 21. *Angelorum ordines. n. 1.*

2. *Secundo*: „Diaboli nomen & Satanæ & maligni in multis Scripturæ locis designatur, qui & inimicus Dei esse describitur: nec non & quidam Angeli diaboli nominantur, & Princeps mundi hujus, qui utrum ipse sit diabolus, an alius quis, nondum manifeste declaratum est. Principes quoque hujus mundi quidam dicuntur, sapientiam *Malorum Angelorum nomina. n. 2.*

„quam-

„quamdam habentes, quæ destruetur. Se
„utrum ipsi sint isti principes, adversus qu
„nobis est colluctatio, an alii sint, non faci
„mihi ab aliquo pronuntiandum videtur. Po
„Principatus autem etiam Potestates quæda
„nominantur. Quædam Rectores tenebraru
„harum, quædam etiam Spiritalia maliti
„in cœlestibus ab ipso Paulo nominantu
„Quid autem dicendum est etiam de Spirit
„bus malignis, & dœmonibus immundis, q
„in Evangeliis nominantur? &c.

An Angeli liberi creati. *n.* 3. 3. *Tertio:* Requirendum est, utrum cre
„tor omnium Deus quosdam Angelos ita f
„cerit Sanctos ac beatos, ut nihil possint r
„cipere omnino contrarium, & quosdam i
„fecerit, ut possint tam virtutis, quam mal
„tiæ effici capaces. Item an sancti Angeli e
„quo sunt, semper sancti fuerunt, sanctiqu
„erunt. . . Item an quæ appellantur Pot
„states, Principatus &c. hoc quod exercea
„potestatem &c. non per profectus sui me
„tum eis fuerit additum, sed conditionis pra
„rogativa donatum sit, & ideo sit ab eis i
„separabile quodammodo, ac naturale. Quo
„utique si recipiamus . . . Sine dubio etia
„videbitur ea, quæ in contrariis officiis n
„minata sunt, ad hunc modum intelli
„debere, ita ut Principatus illi, advers
„quos nobis est colluctatio, illud ipsum o
„luctans ac resistens omni bono propositum n
„postmodum recepisse, declinantes a bo
„per arbitrii libertatem putentur, sed cu
„ipsis simul substantialiter exstitisse . . . N

„es

„esse in eis juniorem substantia sua posterio-
„remque malitiam. . . Quodsi hæc ita de
„malignis contrariisque virtutibus intelligi vi-
„detur absurdum, sicut certe absurdum est,
„ut causa malitiæ ipsarum remota ab arbitrii
„sui proposito Conditori ipsarum necessario
„adscribatur, quomodo non etiam de bonis
„sanctisque virtutibus cogimur similia confite-
„ri? id est, quia non substantiale sit in ipsis
„bonum . . : & quod virtutes istæ, quæ
„principatum agere in aliis videntur, ex me-
„rito, & non per conditionis prærogativam
„prælati sint his, quibus præesse dicuntur„.
Probat hoc Origenes ex *Ezech.* 28. *v.* 12. & *sqq.* ubi lapsum Regis Tyri de Angelo quodam, qui Tyriorum gentis dispensandæ sit sortitus officium, explicat, sed in eo errat, quod Regem Tyri nullo modo designari velit, & Angelos beatos suam beatitudinem perdere posse, docere videtur. Idem probat ex lapsu Luciferi. *Isa.* 14. *v.* 11. *sqq.* relato. Idem etiam ostendit ex *Luc.* 10. *v.* 18. Ubi Christus ait: *Ecce video Satanam cecidisse de cælo sicut fulgur.* Et demum juxta interpretationem S. Hieronymi *ep.* 94. ita concludit: „Quibus moti di-
„sputationibus arbitramur, sua sponte alios
„esse in numero Sanctorum, & ministerio Dei,
„alios ob culpam propriam de sanctimonio cor-
„ruentes in tantam negligentiam corruisse, ut
„etiam in contrarias fortitudines verterentur.



Caput VI.

De Fine, vel Consummatione.

Consummatio, & finis mundi quando. n. 1.

1. De fine, & consummatione tractaturus Origenes monet: „Hæc quidem etiam „nobis cum magno metu & cautela dicunt „discutientibus magis & pertractantibus, qua „pro certo ac definito statuentibus. *Primo* e „go finis & consummatio dabitur, cum unu „quisque pro merito peccatorum etiam pœn „subjicietur, quod tempus Deus solus agn „scit, quando unusquisque, quod meretur, e „pendet. In unum sane finem putamus, qu „bonitas Dei per Christum suum universa „revocet creaturam, subactis & subditis etia „inimicis; sic enim dicit S. Scriptura: *di* „*Dominus Domino meo, sede a dextris meis, d* „*nec ponam inimicos tuos Scabellum pedum tu* „*rum. Ps.* 110. 1. . . Quæ ergo est su „jectio, qua Christo debent esse omnia subj „cta? Ego arbitror, quia hæc ipsa, qua n „quoque optamus ei esse subjecti, qua subje „ei sunt & Apostoli, & omnes sancti, qui „cuti sunt Christum; subjectionis enim nome „quà Christo subjicimur, salutem, quæ „Christo est, indicat subjectorum. . . Semp

n. 2. „enim similis finis initiis, & ideo sicut un „omnium finis, ita unum omnium intell „debet initium„. Ex quo S. Hieronym ep. 94. Origenem carpit, qui sentire vic tur, *rursum nasci ex fine principium, &* *cuncta variari, ut & qui nunc homo est, possit* *alio mundo dæmon fieri, & qui dæmon est,*

neg

negligentius egerit, in crassiora corpora relegatur, id est, ut homo fiat. Sicque permiscet omnia, ut de angelo possit diabolus fieri, & rursus diabolus in Angelum revertatur. Eodem modo reprehendit S. Hieronymus ea, quæ hic ulterius Origenes fabulatur, quæ summatim S. Doctor citata epistola ita refert. *Qui vero substiterint, & motis pedibus nequaquam corruerint, subjicientur omnino dispensandi & regendi, atque ad meliora gubernandi principatibus, potestatibus &c. & forsitan ex his hominum constabit genus in uno aliquo ex mundis, quando juxta Isaiam cœlum & terra nova fient. Qui vero non fuerint meriti, ut per genus hominum revertantur ad pristinum statum, fient diaboli & angeli ejus, & pessimi dæmones, ac pro varietate meritorum in singulis mundis diversa officia sortientur. Ipsosque dæmones in aliquo mundo vel mundis, si voluerint ad meliora converti, fieri homines, & sic ad antiquum redire principium, ita duntaxat, ut per supplicia atque tormenta, quæ vel multo vel brevi tempore sustinuerint, in hominum eruditi corporibus rursum veniant ad Angelorum fastigia. Ex quo consequenti ratione monstrari, omnes rationabiles creaturas ex hominibus fieri non semel & subito, sed frequentius, nosque & angelos futuros dæmones, si egerimus negligentius, & rursum dæmones, si voluerint capere virtutes, pervenire ad angelicam dignitatem.* Graves hi Origenis errores refutati sunt in *Comp. Th.* §. 20. & 212. &c.

2. *Secundo.* Origenes putat: „Quod in fine & consummatione mundi materialis natura „cor- *An in fine mundi corpora*

[...]les sub- „corporea non penitus intereat„.' Uti Ru
stantiae finus vertit. Verum S. Hieronymus in text
pereant. Græco aliud forte vidit, qui ep. 94. ad Av
n. 3. tum refert, Origenem docere, *corporales qu[...]
*que substantias dilapsuras, aut certe in fine om[...]
*nium hoc esse futura corpora, quod nunc est æthe[...]
*& cælum, & siquod aliud corpus sincerius inte[...]
*ligi potest. Quod cum ita sit, quid de resurre[...]
ctione sentiat, perspicuum est.

Caput VII.

De incorporeis, & corporeis.

Animæ & omnes rationales creaturæ creatæ & incorporeæ sunt. n. 1.

1. In hoc capite Origenes docet *Primo*: „Omne[...]
„animæ, atque omnes rationabiles na[...]
„turæ factæ sunt vel creatæ, sive sanctæ sin[...]
„sive nequam, quæ omnes secundum pro[...]
„priam naturam incorporeæ sunt, sed & pe[...]
„hoc ipsum, quod incorporeæ sunt, nihil
„minus factæ sunt, quoniam quidem omnia
„Deo per Christum facta sunt. *Joan.* 1. *v.* [...]
„2. 3. Et *Col.* 1. *v.* 16. 17.

Astra an animata. n. 2. 3. sqq.

2. *Secundo.* Origenes putat astra esse ani[...]
mata, Solemque, Lunam, & cætera astra pre[...]
ces Deo offerre, & bene vel male agere poss[...]
& non solum posse esse subdita peccatis, ve[...]
rum etiam non esse munda a contagione pec[...]
cati, & tandem astrorum animas creation[...]
mundi esse antiquiores, id quod ex *Job.* 2[...]
v. 5. & aliis locis perperam probare contendi[...]
quæ certe commenta retulisse, refutasse es[...]
Interim videri potest Huetius in Origenian. *l.* [...]
q. 8.

Caput VIII.

De Angelis.

1. De Angelis putat Origenes: Quod non „fortuito accidat, ut illi Angelo illud „injungatur officium, v. g. ut Raphaelo cu- „randi & medendi opus: Gabrielo bellorum „providentia: Michaelo mortalium preces cu- „rare. Hæc enim officia promeruiſſe ipſos non „aliter putandum eſt, quam ex ſuis quemque „meritis, & pro ſtudiis (*cum gratia*) & vir- „tutibus, quas ante mundi hujus compagem „geſſerint, ſuſcepiſſe . . . Secundum nos „enim nihil eſt in omni rationabili creatura, „quod non tam boni, quam mali ſit capax „. . . imo ne diabolus quidem ipſe incapax „fuit boni, non tamen ideo, quia recipere „potuit bonum, etiam voluit, vel virtuti „operam dedit . . . Fuit enim aliquando „bonus, cum in Paradiſo Dei in medio Che- „rubin verſaretur . . . Nulla igitur natura „eſt, quæ non recipiat bonum vel malum, „excepta Dei natura, quæ bonorum omnium „fons eſt, & Chriſti, ſapientia enim eſt, Ju- „ſtitia, Verbum, vel ratio . . . Similiter „quoque & natura Spiritus S. quæ ſancta eſt, „non recipit pollutionem, naturaliter enim „vel ſubſtantialiter ſancta eſt. Siqua autem „alia natura ſancta eſt . . . eſt accidens ſibi, „propter quod & decidere poteſt, quod acci- „dit.

Angeli officia ſua meruerunt. *n.* 1. 2. *n.* 3.

Rationales creaturæ jumenta fieri possunt juxta Origenem. *n. 4.*

2. „Similiter sane etiam de adversarii „virtutibus sentiendum est, quæ se in id loc „& officii præbuerunt, ut hoc, quod principa „tus &c. sunt, non substantialiter id habeant „neque tales etiam creati sunt; sed pro mo „tibus suis ac profectibus, quibus in scelere „profecerunt, hos malitiæ fortiti sunt gradus

3. Denique juxta S. Hieronymum ep. ac Avitum, *ad extremum sermone latissimo dispu tavit Origenes, angelum, sive animam, aut certe dæmonem, quos unius asserit naturæ, sed diversarum voluntatum pro magnitudine negligentiæ aut stultitiæ jumentum posse fieri, & præ dolore pœnarum & ignis ardore magis eligere, ut brutum animal sit, & in aquis habitet, & fluctibus, ac corpus assumere hujus vel illius pecoris, ut nobis non solum quadrupedum, sed & piscium corpora sint timenda. Et ad extremum ne teneretur Pythagorici dogmatis reus, qui asserit metempsycosin, post tam nefandam disputationem hæc, inquit, juxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quæsita tantum, atque projecta, ne penitus intractata viderentur.* Ubi iterum Rufinus Origenem ad Catholicum sensum, spuria obtrudendo, reducere perperam studuit. Vide *Origenian. l. 2. q. 6.*



LIBER

LIBER SECUNDUS.

Caput I.

De natura corporea.

Ratio naturæ corporeæ. n. 4.

1. Postquam Origenes hic initio hujus capitis n. 1. 2. 3. priorem errorem suum in libro præcedenti relatum de restitutione omnium rerum in statum sui initii cap. 6. n. 1. repetiit, naturæ corporeæ rationem modo discutit, & ait: „Ex rebus ipsis apparet, quod „diversam, variamque permutationem reci„piat natura corporea, ita ut possit ex omni„bus in omnia transformari, sicut v. g. lig„num in ignem vertitur, & ignis in fumum, „& fumus in aerem &c. & quamvis non sit „difficultas hoc exponere, tamen in præsen„ti loco ea sufficit tantummodo commemo„rasse volenti corporalis materiæ discutere ra„tionem. Materiam ergo intelligimus, quæ „subjecta est corporibus, id est, ex qua indi„tis qualitatibus corpora subsistunt. Qualita„tes autem quatuor dicimus, calidam, frigi„dam, aridam, humidam; quæ quatuor qua„litates ὕλη id est, materiæ insertæ, quia „materia propria ratione ex his esse invenitur, „diversas corporum species efficiunt: hæc ta„men materia numquam subsistere extra qua„litatem invenitur. Hanc ergo materiam, „quæ talis est, ut Conditori, ad quascunque „formas velit & species, famularet, nescio „quomodo tanti viri (*Platonici &c.*) ingenitam, „id est, non ab ipso Deo factam Conditore „omnium putaverunt, sed fortuitam quam„dam ejus naturam virtutemque dixerunt: &

Materia non est æterna.

„miror, quomodo isti culpent eos, qui v
„Opificem Deum, vel providentiam hujus un
„versitatis negant . . . cum ipsi quoque sim
„lem culpam impietatis incurrant, ingenita
„dicentes esse materiam, Deoque ingenit
„coæternam. Secundum hanc ergo rationem
„si ponamus, materiam non fuisse, ut isti a
„ferunt, dicentes, quia Deus non potuer
„aliquid facere, cum nihil esset, sine dub
„futurus erat otiosus, materiam non habens
„ex qua posset operari, quam ei non sui pro
„visione, sed fortuitu sentiunt affuisse . .
„Quod mihi perabsurdum videtur, & eoru
„esse hominum, qui virtutem & intelliger
„tiam ingenitæ naturæ penitus ignorant. Se
„ut rationem rerum possimus dilucidius intue
„ri, concedatur paulisper non fuisse mate
„riam, & Deum, cum nihil esset prius, fe
„cisse, ut essent ea, quæ esse voluit, qui
„putabimns, quia meliorem, aut majorem
„aut alterius generis materiam facturus esse
„Deus, quam ex sua virtute & sapientia profe
„rebat, ut esset, quæ ante fuerat? An infe
„riorem & deteriorem? An similem atqu
„eamdem, ut est illa, quam isti ingenita
„dicunt? Et puto cuivis facillime pateat in
„tellectus, quod neque melior neque inferio
„potuisset mundi formas speciesque suscipere
„nisi talis fuisset, qualis ista est, quæ susce
„pit. Et quomodo ergo non videbitur im
„pium, id ingenitum dicere, quod si factum
„a Deo credatur, tale sine dubio invenitur
„quale & illud est, quod ingenitum dicitu
„ . . . Unde 2. *Mach.* 7. *v.* 28. Mater filic
„rur

„rum Martyrum ait: *respice cœlum & terram* „ . . . *quia Deus hæc omnia, cum non essent,* „*fecit.* Sed & in libro Pastoris in primo man- „dato ita ait: *Unus est Deus, qui omnia creavit* „ . . . *ex eo, quod nihil erat.* Et *Ps.* 148. *v.* 5. „*Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit & crea-* „*ta sunt.* Nam quod ait: *ipse dixit & facta* „*sunt*, videtur ostendere substantiam dici eo- „rum, quæ sunt; quod vero ait: *Mandavit, &* „*creata sunt*, de qualitatibus dictum videtur, „quibus substantia ipsa formata est.

cundus Machabæo. n. 5.

CAPUT II.

De perpetuitate corporeæ naturæ.

1. Quærit hic Origenes: „Utrum sicut in- „genitum Filium generat Pater, & Spi- „ritum S. profert, non quasi, qui ante non „erat, sed quia Origo & fons Filii vel Spiritus „S. Pater est, & nihil in his anterius poste- „riusve intelligi potest, ita etiam inter ratio- „nabiles naturas & materiam corporalem simi- „lis quædam societas vel propinquitas possit in- „telligi. *Respondet*: Ut hoc possit deprehendi, „quærendum, si possibile est, penitus incorpo- „reas remanere rationabiles naturas, cum ad „summum Sanctitatis ac beatitudinis venerint; „quod mihi quidem difficillimum, & pene im- „possibile videtur, (*a*) an necesse est eas sem- „per conjunctas esse corporibus. . . . Si ve- „ro impossibile est, quod vivere præter corpus „possit ulla alia natura præter Patrem & Fi- „lium & Spiritum S. necessitas consequentiæ „& rationis coarctat intelligi, principaliter qui- „dem

An inter rationales naturas & corporales sit individua societas. n. 1.

„dem creatas esse rationabiles creaturas, m
„terialem vero substantiam opinione quide
„& intellectu solum separari ab eis, & p
„ipsis, vel post ipsas effectam videri, f
„numquam sine ipsa eas vel vixisse, vel viver
„solius namque Trinitatis incorporea vita ex
„stere recte putabitur.

(a) Ex his & similibus locis non sequitur, Origen naturam animae & aliorum Spirituum in corpo posuisse: sed id solum eruitur, eum juxta Plato cos putasse, animas nunquam omni corpore salt subtili & aereo nudari, quod eam, uti erro censet, ubique sequitur.

Caput III.

De initio mundi, & causis ejus.

Sine corpore juxta Origenem nemo vivere potest. ♈. 2. 3.

1. In hoc capite varios iterum errores do Origenes. *Primo*: Enim probare vu quod nullus sine corpore vivere possit. „ „enim aliquis potest vivere sine corpore, p „sunt & omnia esse sine corpore. . . . Si „tem omnia possunt carere corporibus, si „dubio non erit substantia corporalis, cu „usus nullus existet. Hoc argumentum n tando suppositum plane nihil probat, & ali argumentum, quod petit ex 1. *Cor.* 15. *v.* *Necesse est corruptibile hoc induere incorruption* iterum non quadrat, cum ibi de solo corp mortuo sermo sit. *Vid. Origenian. l.* 2. *q.*

Origenes plures mundos asserit. ♈. 4. *seq.*

1. *Secundo*: Plures mundos, imo juxta Hie nymum „*Innumerabiles asserit, non juxta E* „*curum uno tempore plurimos & sui similes,* „*post alterius mundi finem alterius esse principi* „*Et ante hunc nostrum mundum alium fuisse m*

di

dum, & post hunc alium esse futurum, & post illum alium, rursumque cæteros post cæteros: & dubitat, utrum futurus sit mundus alteri mundo ita omni ex parte consimilis, ut nullo inter se distare videantur, aut certe nunquam mundus alteri mundo ex toto indiscretus & similis sit futurus. Probat hoc Origenes ex Epistola S. Clementis P. Item ex illo Christi: *Non sum de hoc mundo.* Joan. 17. Verum de his Huetius in Origen. l. 2. & *Comp. Th. t.* 1. §. 221.

Caput IV.

Quod unus est Deus Legis & Prophetarum & D. N. Jesu Christi Pater.

1. Unum esse Deum Legis, & Prophetarum, & D. N. J. C. Patrem Origenes probat imprimis ex Evangeliis, in quibus, „singulis „quibusque Domini & Salvatoris nostri ge-„stis adjungitur: *ut impleatur, quod dictum est „per Prophetam*, illum vel illum, cum mani-„festum sit, quia Prophetæ illius sunt Dei, „qui mundum fecit. Ex ipsa ergo consequentia „concluditur, quoniam qui Prophetas misit, „de Christo quæ prædicenda erant, ipse præ-„dixit, & dubium non est, quod hæc non „alienus quisquam ab eo, sed Pater ipsius „prædicebat. Sed & illud, quod frequenter „exempla de veteri Testamento a Salvatore „proferuntur, vel ab Apostolis ejus, non aliud „indicat, nisi quod auctoritas veteribus a Sal-„vatore, & ab ejus discipulis adhibetur. Sed „& illud: *Estote perfecti sicut & Pater vester „cœlestis perfectus est, qui solem suum oriri jubet* „&c.

Unus Deus legis & D. N. J. C. Pater.

„&c. *Matth.* 8. non alium imitandum D
„proponit, nisi factorem cœli.„ Eodem
do veritas hæc declaratur ex *Matth.* 6.
Matth. 5. *v.* 34. *Joan.* 2. *v.* 16. *Matth.* 22.
Act. 7. 2. *Tim.* 1. *v.* 3. *Rom.* 1. *v.* 1. *sqq.* 1.
9. *v.* 9. *Eph.* 6. *v.* 2. 3.

Quomodo Deus visibilis. n. 2.

2. „Ajunt hæretici: Scriptum est?
„*nemo vidit unquam. Joan.* 1. *v.* 18. Ille a
„Deus, quem Moyses prædicat, & ab ipso
„se visus est, & antea a Patribus ejus, i
„ro, qui a Salvatore annuntiatur, a null
„nitus visus est.„ *Respondet* Origenes:
Deus V. T. visibilis est, an invisibilis? S
teantur esse visibilem, ergo materialis
corporeus, & corruptioni obnoxius, quo
surdum est. Fateantur ergo, hunc Deum
natura sua invisibilem, & per consequens
ruit discrimen inter Deum V. & N. Testa
ti. „Si autem invisibilis per naturam
„neque Salvatori visibilis erit. . . . Ho
„go modo Moyses Deum vidisse putandus
„non carnalibus oculis eum intuens, sed
„cordis, ac sensu mentis intelligens, &
„ex parte aliqua, manifestum est enim:
„*faciem meam non videbis, sed posteriora*
„*Exod.* 33. *v.* 23. Neque sane quis nos
„pium aliquid sensisse arbitretur, quod
„mus, quia nec Salvatori visibilis est Pate
„diximus enim, quod aliud sit videre,
„deri, & aliud nosse, & nosci, & cogno
„& cognosci, . . . unde non dixit nemo
„Patrem, quod corporum res est, sed
„novit Patrem nisi Filius.

Moyses intuitive Deum non vidit.

Dicunt ulterius : „Dicitur in Veteri Te- *Deus quomodo irascatur.* n. 3.
nto, quod irascitur Deus, vel pœnitet &c.
Deum impassibilem non cadit. *Resp.*
Evangelicis parabolis habentur si-
Matth. 20. *Luc.* 19. . . . Sed & nos
vetere Testamento, sive in novo, cum
Dei legimus, non secundum litteram
cantur advertimus, sed spiritualem in-
requirimus in talibus, & ita sen-
, sicut intelligere de Deo dignum est,
in *Psal.* 2., qualiter intelligi deberet,
mus.

Caput V.

De Justo, & Bono.

igenes in hoc capite contra Marcionitas *Deus justus, & bonus.* n. 1.
probat. *Primo* : Eundem Deum V. &
stamenti bonum æque ac justum esse, &
„Existimant hæretici bonitatem affectum
quemdam esse, quod bene fieri omni-
debeat, etiamsi indignus sit is, cui benefi-
datur : sed ut mihi videtur, non recte
sunt tali definitione, putantes, non bene
huic, cui austerum vel triste aliquid in-
r. Justitiam vero putarunt, affectum
talem, qui unicuique, prout meretur,
ibuat. Sed in hoc rursum definitionis suæ
non recte interpretantur. Putant
, quia quod justum est, malis mala faciat,
bona, id est, ut secundum sensum ip-
justus malis non videatur bene velle,
velut odio quodam ferri adversus eos : &
unt historias de diluvio, Sodoma &,
„Go-

„Gomorra &c. De novo autem Testame
„misericordiæ congregant verba, quibus a S
„vatore discipuli informantur, & quibus p
„nuntiari videtur, quia nemo sit bonus p
„ter unum Deum Patrem Christi. A qui
„primo illud exigendum puto, si secund
„suam definitionem justum possunt ostend
„conditorem punientem pro meritis eos,
„diluvii tempore perierunt, cum videamus
„terdum multo nequiora committi flagi
„nondum tamen videmus unumquemque p
„cantium pœnam luere meritorum: numqu
„nam bonum dicent effectum eum, qui aliqu
„do justus erat? . . . deinde ostendant, q
„modo justum est secundum litteram in terti
„& quartam progeniem Patrum reddi pecc
„in sinum filiorum. . . . Sed & illud deb
„ostendere, quomodo justus sit, & pro mer
„unicuique retribuens, qui punit terrenos, c
„nihil pœna dignum commiserint; non er
„poterant, si secundum istos naturæ malæ
„perditæ erant, aliquid boni agere. . . . T
„deinde eum, quem bonum dicunt, si ad o
„nes bonus est, sine dubio & ad eos, qui
„rituri sunt, bonus est, & quomodo non
„salvat? Si non vult, jam non erit bonus
„vult, & non potest, omnipotens non e
„Quin potius audiant in Evangeliis Patrem
„N. Jesu Christi ignem præparantem diabo
„& angelis ejus; & quomodo istud opus tam p
„nale quam triste secundum sensum istor
„boni Dei videbitur? Sed & Salvator boni D
„cur quæso Tyro & Sidonem ingredi declin
„& præstare eis signorum copiam, si eas l

„gest

„gestis certum erat in sacco & cinere actu-
„ras pœnitentiam? *Matth.* 11. *v.* 21. quod uti-
„que cum non facit, sine dubio perditioni eas
„relinquit, quas malæ naturæ non esse ipse
„Evangelii sermo indicat, quia eas potuisse
„pœnitere designat. . . . Quis est iste Rex,
„*Matth.* 24. *v.* 12. qui ingressus est videre di-
„scumbentes, & inveniens inter eos quemdam
„sordidis indumentis, jubet eum vinctum per
„ministros suos in exteriores tenebras detrudi;
„utrumquidnam ille est, quem justum dicunt? &
„quomodo bonos ac malos jusserat invitari? nec
„merita a ministris sciscitari præceperat? Per
„quod utique non justi alicujus, ut isti dicunt,
„pro meritis retribuentis, sed erga omnes in-
„discretæ benignitatis indicatur affectus: si ve-
„ro necesse est, hoc de bono Deo, id est, vel
„de Christo, vel de Patre Christi intelligi, quid
„aliud est, quod justo Dei judicio objiciunt?

2. *Secundo*: Probat idem Origenes hac ra- *Justitia*
„tione: Si bonum virtus, & justitia virtus est, *bona est.*
„sine dubio justitia bonitas est: Si vero dixe- *n.* 3.
„rint, non esse bonum justitiam, superest, ut
„aut malum sit, aut indifferens: & quidem
„dicentibus, malum esse justitiam, respondere
„ineptum puto. . . . Si vero indifferens di-
„xerint, consequens est, ut & omnes reliquæ
„virtutes indifferentes habeantur, . . . non
„ergo surripiant in hoc, quod dicunt, quia
„is Deus, qui unicuique secundum meritum
„retribuit, odio malorum retribuit malis
„mala, & non pro eo, quod austerioribus
„curari indigent medicamentis hi, qui delique-
„runt,

„runt, & propterea his adhibet ea, q
„emendationis profpectu ad præfens viden
„fenfum doloris inferre. . . . Deinde fi ali
„eft juftum quam bonum, quoniam bono m
„lum contrarium eft, & jufto injuftum, fi
„dubio & injuftum aliud erit, quam malu
„& ficut juftus apud vos non eft bonus,
„neque injuftus erit malus; & rurfus ficut b
„nus eft juftus, ita & malus non erit injuft
„Cur autem non videtur abfurdum, ut D
„quidem bono contrarius fit malus, Deo a
„tem jufto, quem inferiorem bono dicun
„contrarius nemo fit? non enim ficut Sa
„nas eft, qui malus dicitur, ita & alius a
„quis, qui dicatur injuftus. . . . Quodfi
„iftis contrariis indiffociabiliter inhæret
„malo injuftitia, vel injuftitiæ malum, fi
„dubio & bonus indiffociabilis erit jufto,
„jufto bonus.

Lex vetus bona. *n.* 4.

3. „Ajunt hæretici, fcriptum eft: q
„*non poteft arbor mala bonos fructus facere*, &
„*Matth.* 12. Quid ergo ajunt? Qualis ar
„fit lex, ex fructibus fuis, id eft, ex præ
„ptorum fermonibus declaratur; fi enim bo
„inveniatur lex, fine dubio & qui dedit e
„Deus bonus effe creditur, fi vero jufta m
„gis, quam bona, juftus etiam legislator p
„tabitur Deus. Paulus Apoftolus nulla c
„cuitione ufus ait: *Lex ergo bona eft, & m*
„*datum fanctum, & juftum, & bonum. Rom.*
„*v.* 12. . . . Supereft eis adhuc etiam ill
„*Nemo bonus, nifi unus Deus Pater. Luc.*
„*v.* 19. Dicentes, hoc effe proprium vo
„bul

„bulum Patris Christi, qui tamen alius sit a
„Creatore omnium Deo, cui bonitatis nullam
„dederit appellationem. Videamus ergo, si in
„Veteri Testamento Deus Prophetarum & mun-
„di Creator ac Legislator non dicitur bonus.
„Et quid est, quod in Psalmis dicit: *Quam
„bonus Israel Deus* &c. *Psal.* 72. 1. & *Thren.*
„3. v. 25. Sicut ergo bonus in Veteri Testa-
„mento frequenter dicitur Deus, ita etiam
„justus in Evangeliis appellatur D. N. Jesu Chri-
„sti Pater: *Pater juste* &c. *Joan.* 17. *v.* 25.
„Ne autem forte dicant; quia etiam mundi
„Creatorem pro assumptione carnis Patrem
„vocabat, & ipsum justum nominabat: ex-
„cludantur ab eo sermone, qui statim sequi-
„tur: ait enim: *Et mundus te non cognovit*:
„secundum ipsos enim solum Deum bonum
„mundus ignorat.

CAPUT VI.
De Incarnatione Christi.

1. Quaerit hic Origenes *Primo*, quomodo Salvator noster homo factus fuerit; Respondet. „Quis potest nosse, quae sit Sa-
„pientia, nisi qui genuit eam. . . . Quis cer-
„te universam verbi sui naturam, atque ip-
„sius Dei, quae ex Deo est, investigare potuit,
„nisi solus Deus, apud quem erat Verbum?
„Pro certo ergo habere debemus, quod hoc
„Verbum, sive Ratio dicenda est, hanc Sa-
„pientiam, hanc veritatem nullus alius nisi
„solus Pater novit. . . . His igitur tantis ac
„talibus de natura Filii consideratis cum sum-

Quomodo Salvator homo factus. n. 1.

„ma admiratione obstupescimus, quod emine
„omnium ista natura exinaniens se de statu m
n. 2. „jestatis suæ homo factus sit. . . . Sane
„omnibus de eo miraculis illud penitus a
„mirationem humanæ mentis excedit, nec i
„venit mortalis intelligentiæ fragilitas, qu
„modo sentire vel intelligere possit, quod tan
„illa potentia Divinæ Majestatis, ipsum ill
„Verbum Patris, atque ipsa Sapientia De
„in qua creata sunt omnia, intra circumscri
„tionem hominis, qui apparuit in Judæa, fu
„se credenda sit, & ingressa vulvam fœmin
Duæ naturæ in Christo. „& nasci parvulus &c. . . . Cum ergo in
„quædam videamus ita humana, ut nihil
„communi mortalium fragilitate distare vid
„antur, quædam ita Divina, ut nulli alii n
„illi primæ & ineffabili naturæ conveniant D
„tatis, hæret humani intellectus angustia,
„tantæ admirationis stupore percussa, quo d
„clinet, quid teneat, quo se convertat, ign
„rat. Si Deum sentiat, mortalem videt; si h
„minem putet, devicto mortis imperio cu
„spoliis redeuntem a mortuis cernit. Prop
„quod cum omni metu & reverentia conte
„plandum est, ut in uno eodemque ita utriu
„que naturæ veritas demonstretur, ut neq
„aliquid indignum & indecens in Divina illa
„ineffabili substantia sentiatur, neque rursu
„quæ gesta sunt, falsis illusa imaginibus ex
„stimentur. Quæ quidem in aures human
„proferre, & sermonibus explicare, longe v
„res vel meriti nostri, vel ingenii, ac sermon
„excedit.

2. S

2. *Secundo* : Quærit Origenes, cur Salva- *Cur Chri-*
tor homo factus fuerit. *Respondet.* „Unigeni- *stus homo*
„tus Dei, quæ fecit, diligit : cum vero invisi- *factus.*
„bilis Dei ipse sit imago invisibilis, participa- *n. 3.*
„tionem sui universis rationabilibus creaturis
„invisibiliter præbuit, ita ut tantum ex eo
„unusquisque participii sumeret, quanto erga
„eum dilectionis inhæsisset affectu. Verum
„cum pro liberi arbitrii facultate alius arden-
„tiore alius tenuiore erga Auctorem suum te-
„neretur. . . . Jesus Substantia animæ (*quam
errore putat ab initio creaturæ Verbo inhæsisse*)
„inter Deum carnemque mediante nascitur,
„Deus homo illa substantia media existente,
„cui utique contra naturam non erat corpus
„assumere. . . . Unde & Filius Dei mortuus
„esse dicitur, pro ea scilicet natura, quæ mor-
„tem recipere poterat, & filius hominis appel-
„latur, qui venturus in Dei Patris gloria cum
„sanctis Angelis prædicatur : & hac de causa
„per omnem Scripturam tam Divina Natura *Commu-*
„humanis vocabulis appellatur, quam huma- *nicatio*
„na natura Divinæ nuncupationis insignibus *idioma-*
„decoratur. . . . Magis enim Verbum Dei *tum.*
„cum anima in carne una esse, quam vir cum
„uxore putandum est.„ Quod autem Orige-
nes hic subjungit, Christum meruisse unio-
nem hypostaticam, refutatum est. *In Comp.
Theol. t.* 1. §. 322.

3. *Tertio* : Quærit Origenes, an Christus *Christus*
peccaverit, vel peccare potuerit. *Respondet.* *impecca-*
„Quia non Gratia Spiritus sicut Prophetis ei *bilis.*
„data est, sed ipsius Verbi Dei in eo substan- *n. 4.*

„Cum enim rationes omnium, quæ fiunt, qu
„rè vel qualiter fiant, Spiritu indicante cogn
„verit, in nullo utique conturbari ejus an
„ma poterit, aut ullum sensum mœroris acc
„pere, nec in aliquo terretur, cum Verbo D
„& Sapientiæ ejus inhærens Dominum Jesu
„dicit in Spiritu S. . . . Dicitur autem etia
„Salvator Paracletus, 1. *Joan.* 2. *Parācletu*
„*habemus apud Patrem.* . . . Videtur autem c
„Salvatore Paracletus dici deprecator, utrun
„que enim significat in Græco **Paracletus**, c
„deprecatorem & consolatorem.

CAPUT VIII.

De Anima.

Omnia animantia habent animam. n. 1.

1. De Anima Origenes putat *primo* : „Esse „animas in singulis quibusque anima„libus, etiam in his, quæ in aquis degunt „nam & communis omnium hoc servat opini„& confirmatio S. Scripturæ auctoritatis acc„dit, *Gen.* 1. *v.* 21. Confirmatur etiam e „his, qui definitionem animæ certis determinan„verbis: definitur namque anima, quia sit sub„stantia φανταστικὴ & ὁρμητικὴ, quod latin„dici potest sensibilis & mobilis; quod utiqu„convenit etiam de omnibus animalibus dici. . „Addidit sane Scriptura etiam alterius senten„tiæ auctoritatem: *Anima totius carnis Sangu* „*ejus est. Lev.* 17. *v.* 14. In quo evidentissim„Sanguinem omnium animalium animam e„rum esse designat. . . . In animantibus ve„ro, quæ carent sanguine, apibus, ostreis & „hanc vim obtinet humor iste, qui inest in ei

„lice

„licet alterius sit coloris : nihil enim refert,
„qui sit color, dummodo substantia sit vitalis.
„De jumentis vel pecudibus, quod animantia
„sint, nulla dubitatio est : evidens tamen est
„Divinæ Scripturæ sententia : *Producat terra*
„*animam vivam* : *Gen.* 1. *v.* 14. Jam vero de
„homine, quamvis nulli dubium sit, tamen &
„Scriptura Divina designat : *Factus est homo in*
„*animam viventem. Gen.* 2. *v.* 7. . . . Aucto-
„ritatem quidem Divinæ Scripturæ usquam
„nullam invenimus, quod vel Angeli vel ani-
„mas habere, vel animæ dicantur, animantia
„tamen esse a quamplurimis sentiuntur. De
„Deo autem invenimus scriptum : *Et ponam*
„*animam meam super animam illam* &c. *Lev.* 17.
„*v.* 10. Item *Isa.* 1. *v.* 13. 14. *Vide Hue-*
„*tium in Orig. l.* 2.

2. *Secundo* : De Christi quidem anima om- *Christus*
„nem nobis adimet quæstionem ratio Incarna- *vere ani-*
„tionis occurrens : sicuti enim vere car- *mam ha-*
„nem habuit, ita vere & animam habuit. *buit.*
„De eo vero, quod Dei anima in Scriptu- *n.* 2.
„ris nominatur, qualiter intelligi debeat,
„& sentire, & proferre difficile est ; semel
„enim simplicem illam naturam, & abs-
„que ullius adjectionis permixtione profite-
„mur.„ Quoad Angelos putat Origenes eos
animam habere, quod sicuti & cætera, quæ de
anima quadam imperfecta contingit, examinan-
tur Huetio *l.* 2. *Orig. q.* 5. & 6.

3. *Tertio* : Juxta interpretationem S. Hie- *Quomodo*
ronymi ep. ad Avitum, Origenes, quia men- *anima*

perdita salvetur. tem ab anima videtur distinguere; quæ jux illum cum mente & Spiritu non erat, qu

n. 3. 1. *Cor.* 14. dicitur: *Orabo mente*, non ve Spiritu, quærit, quomodo salutem sperabi & respondet: „νȣ̃ς; id est, mens corruens f „cta est anima, & rursum anima instructa vi „tutibus mens fiet.„ Quæ & alia non tame velut dogmata prolata esse vult, & examinai tur ab Huetio *l.* 2. *q.* 6.

Quid sit Anima Dei.

n. 4. 4. *Quarto*: Quærit. „Quomodo etiam D „anima dicitur? Cui respondebimus hoc m „do: quia sicut omnia, quæ corporaliter de De „dicuntur, id est, digiti &c. dicimus hæc nc „humana membra, sed virtutes ejus quasdai „in his corporeorum membrorum appellation „bus indicari, ita & esse aliquid aliud putandu „est, quod appellatione animæ Dei indicatu „Et si fas est audere nos in tali re amplius al „quid dicere, potest fortasse anima Dei inte „ligi Unigenitus Filius ejus: sicut enim om „nia per omne corpus inserta movet omnia & „agitat, quæ operatur universa, ita & Uni „genitus Filius Dei, qui est Verbum & Sa „pientia ejus pertingit ad omnem virtuten „Dei insertus ei. . . . Denique scio quosdai „exponentes illud: *Tristis est anima mea u „que ad mortem. Matth.* 26. *v.* 38. Interpreta „tos esse de Apostolis, quos velut meliores „reliquo corpore animam suam dixerit.



CA

CAPUT IX.

De Mundo, & motibus rationabilium creaturarum, vel bonarum vel malarum, & de caussis earum.

1. Origenes iterum hic erronee putat: „*Primo*, in illo ergo initio putandum est, „tantum numerum rationabilium creaturarum „ . . . quas mentes superius diximus, fecisse „Deum, quantum sufficere prospexit &c. qui „error refutatus est in *Comp. Th. t.* 1. §. 232. *Animae omnes simul ab initio creatae juxta Origenem. n. 1.*

2. *Secundo.* Docet: „rationabiles crea„turas factas esse, cum ante non essent, hoc „ipso autem, quod non erant, & esse caepe„runt, necessario convertibiles substiterunt: „quoniam quaecunque inerat substantiae earum „virtus, non naturaliter inerat, sed beneficio „Creatoris effecta. Quod ergo sunt, non est „proprium nec sempiternum, sed a Deo da„tum, non enim semper fuit, & omne, „quod datum est, etiam auferri & recedere „potest, recedendi autem caussa in eo erit, si „non recte dirigitur motus animorum; volun„tarios enim & liberos motus a se conditis „mentibus Creator indulsit, quo scilicet bo„num in eis proprium fieret, cum id volun„tate propria servaretur (*NB. per gratiam*). „Sed desidia & laboris taedium in servando „bono, & aversio ac negligentia meliorum ini„tium dedit recedendi a bono . . . In quo „utique pro motibus suis unaquaeque mens vel „parcius bonum negligens in contrarium boni, *Animae a Deo liberae creatae. n. 2.*

 „quod

„quod ſine dubio malum eſt, trahebatur:
„quo videtur cauſas omnium Conditor acc
„piſſe, ut varium mundum crearet.

Varietas mundi. *n. 3.* 3. *Tertio.* Varietatem hujus mundi oſte
dit Origenes: „Nam in eo quædam dicuntur
„percœleſtia, id eſt, in habitationibus beatio
„bus poſita, & corporibus ſplendentioribus i
„duta: & in his ipſis multæ differentiæ oſtendu
„tur v. g. ſolis, lunæ, ſtellarum. Quæda
„vero terrena dicuntur, & inter ipſa non p
„va eſt differentia, id eſt, inter homine
„alii namque eorum Barbari, alii Græci, a
„ſervi, alii domini, alii ſani, alii infirmi &
„Sunt & quædam inviſibiles virtutes, & non p
„va in ipſis differentia . . . Paulus etiam qu
„dam, inferna deſignat, & in ipſis varietatis ca
„ſa requirenda eſt, quod idem de brutis dice
„dum . . . „Quoniam vero omnia per Ch
„ſtum, & in Chriſto facta eſſe dicuntur *Col*
„*v.* 16. *Joan.* 1. *v.* 1. 2. Et quia Chriſ
„ſicut Verbum & Sapientia eſt, ita etiam
„ſtitia eſt, conſequens erit . . . Quod in h
„quæ facta ſunt, nihil injuſtum, nihil fort
n. 4. „tum videatur . . . Quomodo ergo tanta i
„rerum varietas juſtiſſima poſſit intelligi, c
„tus ſum, humano ingenio explicari non p
„ſe, niſi ipſum Verbum ſupplices deprecem
„quod per gratiam ſuam obſcura illumin
„dignetur . . . cujus confiſi miſericordia
„quirere tentabimus, quomodo iſta tanta
„rietas mundi omni juſtitia conſtare videat

Peccata animarum va- 4. *Quarto.* Igitur varietatis hujus mu
modo recenſitæ hanc rationem, licet erron

Origenes affert: „Bonum & juftum, & omni- „potentem Deum oftendimus. Hic cum in „principio crearet rationabiles naturas, nul- „lam habuit aliam creandi caufam, nifi pro- „pter feipfum, id eft, bonitatem fuam. Quia „ergo eorum, quæ creanda erant, ipfe extitit „caufa, in quo nec varietas, nec permuta- „tio, nec impoffibilitas inerat, æquales crea- „vit omnes. Verum quia rationabiles crea- „turæ arbitrii facultate donatæ funt, libertas „unumquemque facultatis fuæ vel ad profe- „ctum, per imitationem Dei provocavit, vel „ad defectum per negligentiam traxit . . . „Et has caufas, ut ego arbitror, mundus ifte fuæ „diverfitatis accepit, dum unumquemque Di- „vina Providentia pro varietate motuum fuo- „rum vel animorum, propofitique difpenfat. „Qua ratione neque Creator injuftus videbi- „tur, cum fecundum præcedentes caufas pro „merito unumquemque diftribuit; neque for- „tuita uniuscujusque nafcendi vel felicitas vel „infelicitas putabitur, vel qualiscunque acci- „derit illa conditio, neque diverfi Creatores „vel diverfæ naturæ credentur animarum. „Hanc fuam erroneam opinionem probare co- „natur ab exemplo Jacobi, & Efau. *Rom.* 9. *v.* 11. &c. Verum hæc omnia refellit Hue- tius *l.* 2. *q.* 7. & 8. Videri etiam poteft *Comp. Th. t.* §. 232.

varietatis mundi causa sunt juxta Origenem. n. 5.



CA-

Caput X.

De Resurrectione, & Judicio, & ig Inferni, & pœnis.

5. Cum igitur S. Scriptura obscura sit, & multiplicem sensum habeat, Origenes pro ejus usu & intellectu nonnullas regulas tradit, scilicet Primo: „Tripliciter describere oportet in animam sua unumquemque Divinarum intelligentiam litterarum, id est, ut simpliciores quique aedificentur ab ipso, ut ita dixerim, corpore Scripturarum: sic enim appellamus communem istum, & historialem intellectum. Siqui vero aliquantum jam proficere caeperunt, & possunt amplius aliquid intueri, ab ipsa scripturae anima aedificentur; qui vero perfecti sunt.... Hi tales ab ipsa spiritali lege, quae umbram habet futurorum bonorum, tanquam a spiritu aedificentur. . . . Quod nos etiam in libello Pastoris, qui a nonnullis contemni videtur, designatum videmus, cum jubetur Hermas duos libellos scribere, l. 1. vis. 2.... Ubi Grapte, quae jubetur orphanos & viduas commonere, est purus ipsius litterae sensus. . . . Clemens vero his, qui jam recedunt a littera, mittere jubetur, quae dicta sunt, hoc est, ad eas animas, quae extra corporeas & terrestres cogitationes versantur. Ipse vero, qui a Spiritu S. didicerunt, non per litteras, sed viventi voce jubetur annuntiare Presbyteris Ecclesiae Christi, id est, his, qui maturum prudentiae sensum capacem doctrinae spiritualis gerunt.

Regulae pro lectione, & intellectu S. Scripturae. *n. 11.*

Liber Pastoris.

6. *Secundo.* „Illud sane non ignorandum, esse quaedam in scripturis, in quibus consequentia historialis intelligentiae non semper invenitur, & est, ubi ea, quam diximus, ani-„ma

Nonnulla in S. Scripturae spiritualiter intelligenda.

n. 12. „ma vel spiritus solummodo intelligenda sun
„Hujus certe intelligentiæ exempla nobis qu
„plurima dedit Apostolus Paulus, sicut es
„prima epistola ad Corinthios *cap.* 9. *v.* 9. S
„ptum est enim : *Non infrenabis bovem tritu*
„*tem.* Tunc deinde explanans, qualiter p
„ceptum istud debeat intelligi, addit dice
„*Nunquid de bobus cura est Deo? an propter*
n. 13. „*utique dicit?* &c. . . . Spiritalis autem
„planatio est talis, siquis potest ostende
„quorum futurorum umbram lex habet;
„cum requiritur, quæ sit illa Sapientia in r
„sterio abscondita. . . .

Litteralis sensus an falsus. 7. *Tertio.* Origenes docet, sed valde
„ronee, sacram tum Veteris tum Novi Te
„menti scripturam, si in sensu litterali sur
n. 15. „tur, plura complecti falsa, absurda, & imp
„sibilia. „Dei enim Verbum in lege ac hi
„storia interponi curavit offendicula & impo
„bilia quædam, ne nudæ litteræ penitus
„hærentes nihil Divinius percipiamus. .
„Subnexuit etiam Scriptura historiæ, quod
„ctum non erat, imo aliquando, quod fieri r
n. 16. „poterat. . . . Spiritus S. quoque idem
„Evangeliis, & Apostolorum scriptis fecit, c
„nec ea secundum corporalem sensum omn
„nudam habeant historiam eorum, quæ c
„texta sunt, utpote quæ non facta sint, ne
„leges & præcepta habeant rationi consen
„nea. . . . Cuinam enim quæso sensum
„benti consequenter videbitur dictum, qu
„dies prima, secunda, & tertia, in quib
„vespera nominatur & mane, fuerint sine so

„& sine luna, & sine stellis, prima autem dies
„sine cœlo? Quis vero ita idiotes invenietur,
„ut putet, Deum plantasse in Paradiso arbo-
„rem vitæ, id est, lignum visibile & palpabile,
„ita ut corporalibus dentibus manducans quis
„ex ea arbore vitam percipiat, & rursus
„ex alia manducans arbore boni & mali scien-
„tiam capiat. Sed & illud quod Deus post
„meridiem deambulare dicitur in Paradiso, &
„Adam latere sub arbore, equidem nullum ar-
„bitror dubitare, quod figurali tropo hæc a
„Scriptura proferantur, quo per hoc quædam
„mystica indicentur: Cain vero exiens a fa-
„cie Dei manifeste prudentem lectorem mo-
„vet, ut requirat, quæ facies Dei sit, & quo-
„modo quis exire possit ab ea.„ Similiter au-
ctoritatem sensui litterali derogare tentat Ori-
genes in Novo Testamento, scilicet ait: „Cum
„in excelsum montem Jesum imposuisse dia-
„bolus dicitur, ut inde ei universa mundi re-
„gna monstraret & gloriam eorum; quod se-
„cundum litteram quomodo fieri potuisse vide-
„bitur?... Sed & in præceptorum locis si- n. 17.
„milia quædam inveniuntur: in lege quidem
„Moysi præcipitur, exterminari omne mascu-
„linum, quod non fuerit octava die circumci-
„sum; quod valde inconsequens est, cum opor-
„teret utique, si lex secundum historiam ser-
„vanda tradebatur juberi, ut parentes puni-
„rentur, qui filios suos non circumciderunt, ut
„hi, qui nutriunt parvulos.... Si vero etiam
„de impossibilibus legibus inquirendum est, in-
„venimus Tragelaphum dici animal, quod sub-
„sistere omnino non potest, quod inter munda

H 2 „anima-

„animalia etiam edi jubet Moyses, & (
„phum, quem nullus umquam meminit ve
„divit humanis manibus potuisse succumb
„manducari prohibet Legislator. Sed &
„Sabbati opinatissima observatione ita d
„*Sedebitis unusquisque in domibus vestris, n*
„*movebitur de loco suo in die Sabbatorum.* E
„16. v. 29. Quod utique impossibile est
„servare secundum litteram; nullus enim
„minum potest, tota die ita sedere, ut
n. 18. „moveatur de loco, in quo sederit. . . .
„vero si etiam de Evangeliis similia requira
„quomodo non videbitur absurdum, si se
„dum litteram sentiatur, quod dicitur:
„*minem in via salutaveritis.* Luc. 10. v. 4.
„enim putant simpliciores quique, Salvat
„nostrum Apostolis præcepisse. Sed &
„quomodo possibile videtur observare in ge
„locis, ut neque duas tunicas, neque cal
„menta quis habere debeat? Sed & illud, q
„in dexteram quis maxillam percussus pr
„re etiam sinistram jubetur, cum omnis,
„percutit dextra manu, sinistram percutiat
„xillam (*misera sane ineptia*). Sed & illu
„impossibilibus habendum est, quod in E
„gelio scriptum est, ut si oculus dexter sca
„zaverit te, eruatur, quia etiam si ponan
„quod de oculis carnalibus dictum est, quo
„do consequens videbitur, ut oculo utro
„cernente, ad unum scandali culpa, &
„ad dextrum referatur? aut quis extra m
„mum crimen habebitur ipse sibi infe
„manus?

I

Not. Hanc Origenis opinionem pluribus refellit D. Carolus de la Rue in praef. tom. 2. oper. Origen. quia ad eversionem Religionis nostrae infidelibus, & haereticis arma suggerit.

4. *Quarto.* „Nequis autem suspicetur, nos „hoc dicere, quia nullam historiam Scripturae „falsam esse sentiamus, quoniam aliqua ex his „non facta esse suspicamur. . . . Dicimus ma„nifeste, in quibusdam historiae veritatem nobis „apparere, verbi gratia Abraham, Isaac, & „Jacob cum una sua unumquemque uxore in „duplici spelunca sepultos esse in Hebrom; Si„chem Josepho in portionem esse attributam; „Jerusalem metropolim esse Judaeae, in qua a „Salomone aedificatum fuit Templum Dei, & „alia sexcenta: multo enim plura sunt secun„dum historiam vera, quam quae mere spiri„tualia attexta sunt. Rursum quis inficias ie„rit, mandatum hoc: Honora Patrem &c. „*Exod.* 20. *v.* 12. & caetera, etiam sine al„tiore intelligentia utile esse, ac servandum. *Litteralis sensus non rejiciendus.* *n.* 19.

9. Tradita hucusque de sensu mystico S. Scripturae exemplis illustrat Origenes: „Sic no„mine Israelis mystice intelligi vult genus ani„marum, quae Israel appellantur, secundum „quod & nominis ipsius designat interpretatio: „Israel numquam mens, vel homo videns Deum „interpretatur. Rursus Apostolus de Jerusa„lem talia quidem revelat: *Accessistis ad Sion* „*montem & civitatem Dei viventis Jerusalem cae*„*lestem* &c. Hebr. 12. v. 22. . . . Si ergo „Prophetiae, quae de Judaea & Jerusalem, & „de Juda & Israel & Jacob prophetatae sunt, *Mystica expositio Israelis &c.* *n.* 20. 21. 22.

 „dum

„dum non a nobis carnaliter intelliguntur, n
„steria quædam divina significant, consequ
„utique est, etiam illas Prophetias, quæ vel
„Ægypto, vel de Ægyptiis, vel de Babylo
„vel de Babyloniis, & Sidone, & Sidon
„prolatæ sunt, non de Ægypto ista, quæ
„terris posita est, vel Babylone, vel Ty
„vel de Sidone intelligi prophetatas (*scil*
„*solum*) . . . Sed videndum est, ne fo
„dignius possit intelligi. . . Ut his vicina qu
„dam loca sint, quæ Ægyptus &c. appell
„videantur, eorumque locorum Principes
„que animæ, siquæ in illis habitant loci
„Ægyptii &c. appellentur. . . . Et forsit
„quomodo in isto mundo, qui moriuntur, s
„paratione carnis & animæ juxta operum di
„ferentiam diversa apud inferos obtinent loc
„sic qui de cœlestis Jerusalem administratio
„moriuntur, ad nostri mundi inferna desce
„dunt, ut pro qualitate meritorum diversa i
„terris possideant loca.„ Ita S. Hieronymu
Origenem ex Græco vertit, & ejus errorem d
omnibus in primum statum post varias trans
migrationes restituendis refellit.

Sensus mysticus inventu difficilis. *n. 26.*

10. Porro sensum S. Scripturæ attinger
admodum difficile esse docet Origenes: „Si
„quis enim, ait, curiosus explanationem sin
„gulorum requirat, veniat, & nobiscum pari
„ter audiat, quomodo Paulus Apostolus. . .
„Desperatione rei & stupore clamat, & dicit
„*O altitudo divitiarum Sapientiæ & scientiæ Dei*
„*quam inscrutabilia sunt judicia ejus* &c. Rom. 11.
„v. 33. Non enim dixit, difficile posse scrutari

„judi-

„judicia Dei, sed omnino non posse; nec dixit, „difficile investigari posse vias ejus, sed non „posse investigari; quantumcunque enim quis „in scrutando promoveat, & studio intentiore „proficiat, gratia quoque Dei adjutus sensu„que illuminatus, ad perfectum finem eorum, „quae requiruntur, pervenire non poterit. . . , „Sed ut invenerit quaedam ex his, quae quae„runtur, iterum videt alia, quae quaerenda „sunt. Quod etsi ad ipsa pervenerit, multo iterum plura ex illis, quae requiri debeant, pervidebit. . . . Quin etiam audendum est pronuntiare, quod neque exercitus Angelorum, neque Sedes Sanctae, neque Dominationes, neque Principatus, neque Potestates scire possunt integre initium omnium & fines universitatis. Sed, intelligendum est, sanctos illos, quos annumeravit Spiritus & Virtutes, proximas quidem esse ipsis initiis, & attingere tantum, quantum consequi non valent reliqui, verum tamen quodcunque illud est, quod revelante Filio Dei & Spiritu S. didicerint istae virtutes, quamplurima quidem consequi poterunt, & multo plura priores inferioribus, omnia tamen comprehendere eis impossibile est. Eccl. 16. v. 22 *Quamplurima* „*ex operibus Dei in secretis sunt.* Unde & opta„bile est, ut pro viribus se unusquisque sem„per extendat ad ea, quae priora sunt, ea, „quae retrorsum sunt, obliviscens, tam ad ope„ra meliora, quam etiam ad sensum intelle„ctumque puriorem per Jesum Christum Salva„torem nostrum, cui est gloria in saecula.


Non Verba nuda, sed sensus S. Scripturæ spectandus.
n. 27.

11. „Omnis, ergo cui veritas cura est,
„rum de nominibus & sermonibus curet,
„per singulas gentes diversæ verborum con
„tudines habentur: & hoc magis, quod sig
„ficatur, quam qualibus verbis significetur,
„tendat, præcipue in tam magnis & diffic
„bus rebus. . . . . Sunt enim quædam, q
„rum significatio proprie nullis omnino po
„humanæ linguæ sermonibus explicari, sed si
„pliciore magis intellectu, quam ullis Ver
„rum proprietatibus declarantur: ad quam
„gulam Divinarum litterarum intelligentia
„tinenda est, quo scilicet ea, quæ dicunt
„non pro vilitate sermonis, sed pro Divinit
„S. Spiritus, qui eas conscribi inspiravit, c
„seantur.

De S. Trinitate Filii generatio.
n. 28.

12. Denique Origenes per Anacephaleo
dicta hucusque in his quatuor libris Periarch
colligit. „Et primo omnium de Patre &
„lio & Spiritu S. Deus Pater cum sit inv
„bilis, & inseparabilis a Filio, non per p
„lationem ab eo, ut quidam putant, gene
„tus est Filius. Si enim prolatio est Fil
„Patris, prolatio vero dicitur, quæ talem sig
„ficat generationem, qualis animalium vel
„minum solet esse progenies, necessario cor
„est, & is, qui protulit, & is, qui prola
„est. Non enim dicimus, sicut hæretici
„tant, partem aliquam substantiæ Dei in fili
„versam, aut ex nullis substantibus Fili
„procreatum a Patre, id est, extra subst
„tiam suam, ut fuerit aliquando, quando non f
„rit, sed abscisso omni sensu corporeo ex invisi

„& incorporeo Verbum & Sapientiam genitam dicimus &c.„ Ubi ea repetuntur, quæ libro I. cap. 1. & 2. fusius sunt exposita. Deinde Origenes n. 29. ea, quæ de jam in præcedentibus tractaverat, recapitulat, scilicet, Deum non esse in loco, de Incarnatione Filii Dei &c.



ORIGENIS DE ORATIONE LIBELLUS.

§. I.

Argumentum.

1. Libellum de Oratione Origenis partum esse testatur Phamphylus M. in sua pro Origene Apologia. Hunc illum ipsum esse, qui Oxonii anno 1686. in Theatro Scheldeniano primum prodiit, Critici passim probant, tum ex stylo Origeniano, tum ex singularibus Origenis opinionibus, de astris animatis, de libero arbitrio animarum in quocunque statu, de perpetuo earum ascensu ad superiora, & lapsu ad inferiora, de futura rerum omnium in fine restitutione, & dæmonum salute, si converti voluerint, de sphærica corporum in Resurrectione figura, de Oratione non ad Filium, sed ad solum Patrem per Filium dirigenda &c. Præterea more plurium Operum Origenis hic etiam libellus Ambrosii, & Tatianæ sororis vel uxoris Ambrosii hortatu conscriptus est; sed

quo anno non constat. Eximium pietatis
est, in quo de necessitate & utilitate Orationis
quatuor precum generibus, de Oratione
minica, ejusque explicatione, de precantis
spositione, de loco, & tempore precati
multa egregia moralia principia, præcepta
utilissima traduntur, & plurima observatu
gna circa illorum temporum disciplinam r
riuntur.

§. II.

Analysis.

Ad supernaturalia tractanda gratia Dei opus est. n. 1.

Adeoque etiam ad tractandum de Oratione. n. 2.

2. Origenes hunc libellum incipit ab illa
gari sententia: „Quod quæ maxima
„& supra hominem posita. . . . Ea m
„& immensa gratia Dei, quæ in homine
„Deo, effunditur per infinitæ in nos gratiæ
„nistrum Jesum Christum, & ei cooperant
„Spiritum, fiunt Dei voluntate possibilia.
„Porro mihi videtur unum esse ex his im
„sibilibus, quantum ad nostram attinet in
„mitatem, omnem de Oratione sermonem
„curate & digne Deo tractare, ac perspicu
„facere, & docere, quid, & quomodo or
„dum sit; quæ sint in oratione dicenda D
„quæ sint temporibus tempora orationi op
„tuniora. . . . Cum ergo tam difficile sit,
„oratione differere, ut opus sit & illumina
„Patre, & primogenito Verbo docente, &
„operante Spiritu, ut dignum aliquid ta
„argumento intelligi, ac dici possit, precor
„homo (neque enim mihi tantum tribuo,
„orare in me spiritum putem, antequam ora

„q

„quid sit, assecutus sim) precor, inquam, uber-
„rimam ac spiritualem nobis ejus cognitionem
„dari, & aperire descriptas in Evangeliis
„orationes. Itaque jam de oratione dicere in-
„stituamus.

3. „Primum εὐχῆς nomen ibi positum inve- *Orationis nomen & quid.* n. 3.
„nio, cum Jacob fratris Esau iram fugiens in
„Mesopotamiam pergeret juxta Isaac & Re-
„beccæ monita: sic autem habet locus ipse:
„*Et vovit Jacob votum* (εὐχὴν) *dicens* &c. Gen.
„28. v. 20. seqq. ubi etiam notandum est, no-
„men εὐχῆς sæpe alio sensu accipi, quam προ-
„σευχῆς, de eo nempe, qui cum voto εὐχῇ
„talia se facturum promittit, si talia a Deo sit
„consecutus. Ponitur tamen illud vocabulum
„& consueto loquendi modo pro oratione,
„ut in Exodo hæc invenimus post ranarum
„plagam: *Orate Dominum, ut auferat ranas* &c.
„Exod. 8. v. 8. Item v. 9. & v. 28. 29. 30. Item
„Exod. 9. v. 27. & 29. Item Exod. 10. v. 17.
„Diximus nomen εὐχῆς sæpe non vulgari sensu
„accipi, ut de Jacob vidimus; sed & in Levi-
„tico c. 27. v. 1. *Qui votum εὐχὴν fecerit* &c. &
„Num. 6. v. 1. 11. 13. 21. & Num. 30. v. 2.
„Prov. 20. v. 25. Eccl. 5. v. 4. Alienum igi-
„tur a ratione mihi visum non est, primum e
„duobus, quæ εὐχῆς nomine significantur,
„e scripturis distinguere: idem & de προσευχῇ
„faciendum; nam & hoc nomen præter com-
„munem & consuetam acceptionem, qua sæpe
„sumitur, ponitur etiam eo sensu, quo solet
„εὐχῆς usurpari in iis, quæ de Anna dicuntur.
1. Reg. 1. v. 9. seqq. *Anna amaro animo oravit*
„προσηύξατο.... *Et votum vovit* ηὔξατο εὐχήν.

4. Post-

Argumenta contra necessitatem orationis. n. 5.

4. Postquam Origenes de nomine orati
egit, de illius necessitate tractat, & inpri
ait: „Exponenda sunt argumenta eorum,
„nihil precibus effici putant, ideoque su
„fluum esse dicunt, orare. . . Est illa
„ignobilis opinio, illustribusque destituta
„pugnatoribus, ut vix inter eos, qui pr
„dentiam admittunt, Deumque rebus pr
„ciunt universis, reperiatur aliquis, qui
„tionem repudiet: est enim hæc sententia
„eorum, qui omnino sine Deo sint, De
„que esse negent, aut qui nomine tenus De
„ponant, ipsi vero providentiam adim
„Jam tamen adversaria potestas, cum
„impiissima quæque dogmata Christi no
„prætexere, doctrinæque Filii Dei, etiam
„esse orandum suadere quosdam potuit (
„*cet Prodici sectatores & Ascodrutas*) . . .
„autem possunt eorum esse rationes, qui
„ces repudiant, & tamen Deum præesse
„versis dicunt, & providentiam asserunt.
„Deus omnia novit, antequam fiant,
„quidquam, cum existit, ideo primum i
„tescit ipsi, quod existat, quasi non ante
„gnitum: quid igitur opus est, preces ad
„mittere, qui antequam oremus, scit,
„bus indigeamus? *Matth.* 6. *v.* 8.
„Æquum est eum, qui & Pater omniu
„opifex est, *diligitque omnia, quæ sunt*, &
„*hil odit eorum, quæ fecit*, Sap. 11. v.
„Salubriter, quæ ad singulos attinent, eti
„si non orent, dispensare, patris more,
„cum infantes regit, non eorum preces
„pectat, qui vel omnino petere non possu

„vel præ inſcitia ſæpe res utilibus opportu-
„nisque contrarias capere volunt; plus autem
„nos homines a Dei mente diſtamus, quam
„puerorum infantia a mente parentum.
„[illegible] Credibile eſt, Deum non prævidere tan-
„tum, quæ futura ſunt, ſed & præordinare,
„[illegible] quidquam accidere præter ea, quæ ab
„[illegible] ordinata ſunt: ut igitur, ſiquis
„ſolem precaretur, ſtultus haberetur,
„[illegible] id effici ſuis precibus peteret, quod
„[illegible] ſine precibus futurum erat; ſic amens
„[illegible] foret, qui propter orationem ſuam fieri
„putaret, quod, etſi non oraſſet, futurum
„erat. Rurſus ut omnem ille inſaniam exce-
„deret, qui, quod ſol in æſtivo ſolſtitio mo-
„leſtus ſit, & adurat, precibus ſuis putaret,
„ſolem ad verna ſigna transferendum, ut ipſe
„commoda fruatur aeris tempere; ſic quæ
„humano generi incommoda neceſſario acci-
„dunt, ſiquis precibus fieri putat, ne patiatur,
„omnem ille ſuperaverit inſaniam. 4to. *Quodſi*
„*alienati ſunt peccatores a vulva.* Pſ. 57. v. 4. & *ſe-*
„*gregatus eſt juſtus ex utero matris.* Gal. 1. v. 15.
„Peccatores fruſtra pro remiſſione Peccatorum
„orabunt, & juſtis optima quæque etiam non
„orantibus occurrent. 5to. Sed & ad *Eph.* 1.
„v. 5. dicitur: *Qui prædeſtinavit nos in adoptionem*
„*filiorum per Jeſum Chriſtum in ipſum.* Aut igitur
„ex iis aliquis eſt, qui electi ſunt ante mundi
„conſtitutionem, nec fieri poteſt, ut excidat
„ab hac electione, adeoque oratione hic non
„indiget; aut electus non eſt, neque præde-
„ſtinatus, isque fruſtra orat, cum ejus oratio
„vel millies repetita exaudienda non ſit. . . .

„6to.

„6to. Non convenit, Deum, cum sit imm
„bilis, & prævideat omnia, & suis firm
„decretis inhæreat, orare, quasi aut volu
„ejus oratione posse mutari putaretur,
„quasi non omnia disposuerit, sed singulo
„expectet preces, obsecrare, ut propter p
„ces ita quæque disponat, prout ora
„convenit, tuncque ordinet, quod rect
„probaverit, nec ante præviderit.

Objectiones solvuntur. n. 6.

5. Ad solvendas has objectiones Orige
notat, & tria genera rerum, quæ movent
distinguit: „Quædam motorem habent ex
„ut quæ anima carent . . . Secundus
„eorum ordo, quæ moventur ab inexiste
„natura aut anima, sed sunt rationis exp
„tia. Tertius est motus animalium, qui n
„tus a seipsis dicitur, eorum autem, q
„ratione utuntur, motum puto per se ipsa e
„motum: quodsi ab animali motum a sei
„abstulerimus, jam ne animal quidem esse
„telligi potest . . . Si dixerimus, per se
„sum moveri, rationale id esse necesse e
„Igitur qui nihil esse volunt in nostra potes
„te, eos ineptissimum illud admittere nece
„est, primum nos animantes non esse, neq
„rationales. Præterea attendat aliquis i
„quæ in se sentit, an sine impudentia nega
„possit, seipsum velle &c. . . Quis non i
„crepat famulum, cum peccantis servi sp
„ciem animo perceperit? . . . Vim enim f
„cit ipsa veritas, & cogit impetu quodam
„laudes & vituperia ferri, quod vere sit a
„quid in nostra potestate, idque vel laude v

„co

„contumelia dignum." Hoc ſuppoſito ad ar-
„gumenta a præſcientia Divina & Divinis decre-
„tis deſumpta reſpondet Origenes: „Si noſtrum
„ſervatur liberum arbitrium, vel ad virtutes, vel
„ad vitia, neceſſe eſt hoc cum reliquis, antequam
„fit, Deo notum eſſe a conſtitutione mundi, qua-
„le futurum ſit, & in omnibus, quæ præor-
„dinavit Deus, conſequenter ut unumquod-
„que vidit in noſtra futurum poteſtate, præ-
„ordinaſſe etiam, prout exigit quilibet noſtri
„arbitrii motus, quid ipſi debeat ex providen-
„tiæ parte reſpondere, quid juxta connexio-
„nem rerum futurarum accidere; non quod
„præſcientia Dei cauſa ſit eorum omnium,
„quæ futura ſunt, & quæ proprio motu arbi-
„trioque noſtro effecturi ſumus: etſi enim (id
„fingendo ſupponere liceat) futura Deus non
„cognoſceret, non eo minus hæc ſumus effe-
„cturi, hæc volituri, rebus tamen id accidit
„ex præſcientia Divina, ut ordine ad univerſi
„gubernationem orbisque ſtatum utiliſſimo di-
„ſponantur ſingula, quæ in noſtra ſunt pote-
„ſtate. Si ergo quodvis eorum, quæ noſtri
„ſunt arbitrii, cognitum eſt ipſi, ordinari a
„providentia, quid cuique pro dignitate con-
„veniat, rationi congruit, & quid ille ali-
„quis oret, quomodo affectus ſit, quid cre-
„dat, quid ſibi fieri velit, præcognoſci: quo
„præcognito tale aliquid conſequenter provi-
„dentiæ ordine comprehendi: hunc orantem
„aſſidue, propter illam ipſam, quam fundet
„orationem, exaudiam, hunc vero non exau-
„diam, aut quod indignus ſit, qui exaudia-
„tur, aut quod ea petiturus ſit, quæ nec ipſi
„capere

An præſcientia Dei ſit rerum cauſa futurarum.

„capere expedit, nec me dare decet. I
„propter hanc istius orationem ipsum
„exaudiam, propter illam exaudiam. Qu
„quis eo turbetur, quod, cum Dei de re
„futuris præscientia falli non possit, quasi
„cessitas rebus afferatur: huic respondendi
„hoc ipsum a Deo necessario cognosci, ne
„illum hominem non necessario, nec firm
„velle meliora, aut sic pejora volitur
„ut mutationis in melius incapax futurus
„Rursus hæc, ait Deus, illo orante faci
„decet enim me, cum nec oraturus sit i
„gne, neque negligenter . . . Huic cum
Angeli custodes. „lis futurus sit, angelum illum mittam
„nistrum, qui ab hoc tempore saluti ejus
„laborare incipiat, & hucusque adsit;
„istum illo digniorem, cum ille hoc me
„futurus sit: ab hoc alio, qui, postquan
„excellentiori tradiderit doctrinæ, fractus
„& reccurret ad terrena, optimum illum
„jutorem avertam, quo recedente, ut
„ruerit, pessima quædam hæcce potestas pr
„pta aderit, & ad illa peccata provoca
„cum se ipse paratum ad peccandum præb
„rit. Sic itaque dicturus ille putandus
„qui præordinat omnia.„ Id quod Orige
hic exemplis Josiæ, Judæ, & S. Pauli i
n. 7. „strat: „Ad ea autem, quæ objecta sunt
„oratione, ut sol oriatur„ Origenes ite
„erronee respondet; solem, lunam & st
„anima, & libero arbitrio gaudere.

Utilitas orationis. n. 8. 6. Postquam has contra Orationem obje
„nes Origenes dissolvit, nunc ad ejus uti

„tem demonstrandam pergit, quam probat *pri-*
„*mo*: Quia omnino utile est, siquis ad orandum
„mente intentus, per ipsum, quem inter
„orandum habebit, statum, ita se composue-
„rit, quasi qui Deo adstet, & cum ipso lo-
„quatur tamquam inspiciente ac præsente . . .
„Ut enim supponamus nullam aliam utilita-
„tem accessuram ei, qui sic mentem ad ora-
„tionem composuerit, non modicum fructum
„capere intelligendus est, qui sic mentem ad
„orationem composuerit: hoc vero si frequen-
„ter fiat, quot a peccatis avertat, quot ad
„virtutes impellat, norunt ii, qui orationi se
„assidue dediderunt. Si enim cordati sapientis-
„que viri recordari, æmulatione nos provocat,
„nostrosque in deteriora impetus sæpe retardat,
„quanto magis Dei omnium parentis orationi
„conjuncta recordatio eos adjuvat, qui sibi
„persuaserint, præsenti se ac audienti Deo &
„adstare & loqui . . . Item oportet orantem n. 9.
„levare puras manus, acceptas omnibus in-
„jurias remittendo, omnemque ex animo ita
„perturbationem ejiciendo, ut nemini sit ira-
„tus. Item ne alienis cogitationibus mens
„obfuscetur, oportet orationis tempore om-
„nium oblivisci, quæ ab oratione aliena sunt;
„quem animi statum quis dubitet felicissimum
„esse? 1. *Tim.* 2. *v.* 8. Mulierem præterea,
„maxime cum orat, oportet compositam &
„ornatam esse animo, atque imprimis cum
„orat, Deum revereri, ac omnem intempe-
„rantem muliebremque recordationem ex
„animæ præcipua parte expellere, ornari ve-
„ro non intortis crinibus, & auro & marga-

„ritis, aut veste pretiosa, sed quibus d
„mulierem pietatem promittentem or
„Miror autem, siquis dubitet, beatam ve
„illa sola mentis habitudine prædicare m
„rem, quæ se talem ad orationem exhil
„rit, docente hoc Apostolo 1. *Tim.* 2.
„Quin & David Propheta multa alia dicit
„bere sanctum virum orantem, quæ non
„portune apponemus, quo magis appare
„utilissimus esse, vel si solus adesse intell
„tur, habitus, & ad orandum apparatus ill
„qui se totum Deo commiserit. Ait ergo:
„*te levavi oculos meos.* Ps. 122. 1. Et: *a*
„*levavi animam meam.* Ps. 14. v. 1. (
„enim mentis oculi sic elevati sunt, ut
„terrenis non immorentur, eique uni vac
„ut Deum cogitent, audientemque revere
„alloquantur, quidni plurimum jam prof
„rint illi oculi? Tunc enim divinioris cu
„dam effluxum intelligentiæ participant. *P*
„*v.* 7. Jam vero anima elevata Spiritum
„cuta . . . Spiritualis efficiatur. Qu
„præclara res est injuriarum oblivio, ut om
„in ea lex quasi compendio contineatur ju
„Jeremiam *Cap* 7. 22. *sqq.* ad oration
„vero cum injuriarum oblivione acceder
„custodimus servatoris præceptum. *Matth.*
„*v.* 25. perspicuum est, nos quando sic aff
„stamus ad orandum, optima jam esse co
„cutos. . . .

Christus cum orantibus orat. n. 10.

7. *Secundo.* Utilitatem orationis Orige
„probat; quia orans per prædictam puritat
„etiam particeps erit orationis Verbi D
. . . . . . „qu

quod etiam stat in medio eorum, qui ipsum [illegible]noscunt, nec cujusquam precibus de-[illegible] & cum eo, cujus mediator est, una [illegible] orat: Pontifex enim oblationum no-[illegible] & apud Patrem advocatus est Fi-[illegible] Dei, orat pro orantibus, exhortatur [illegible] exhortantibus. Non tamen pro his ora-[illegible], quasi pro familiaribus, qui per ipsum [illegible] non orant, neque eorum, quasi jam [illegible] patronus erit apud Deum, qui non [illegible]t præceptis ab ipso traditis, oportere [illegible] orare, & non deficere *Luc.* 18. *v.* 1. [illegible] 11. *v.* 5. *sqq.* Neque vero Pontifex [illegible] orat, sed & angeli; qui magis gaudent *[illegible] super uno peccatore pœnitentiam agente,* [illegible] *super nonaginta novem justis* &c. Luc. 15. [illegible] Sanctorum item, qui jam dormierunt, [illegible]: quæ inde patent, quod Raphael ob-[illegible] Deo rationabile obsequium Tobiæ & [illegible] *Tob.* 3. *v.* 24. *& c.* 12. *v.* 12. . . : [illegible] quod Jeremias, ut in Machabæorum [illegible] habetur, *extenderit dexteram, & dede-[illegible] gladium aureum.* Machab. 15. v. 13. [illegible] quo testatus est alius sanctus, qui ante [illegible]rat: *Hic est, qui multum orat pro populo, [illegible] civitate, Jeremias Propheta Dei.* Et-[illegible] absurdum est, cum in hac vita per spe-[illegible] tantum & in ænigmate sancti videant, in futura autem facie ad faciem sint visuri, non idem proportione quadam de reliquis existimare virtutibus, maxime cum ibi per-[illegible]ciantur, quæ comparantur in hac vita. Una [illegible] ex præcipuis virtutibus juxta Divinum [illegible]onem est charitas in proximum, quam

Angeli & Sancti nobiscum orant. n. 11.

Liber Tobiæ.

Liber secundus Machabæorum.

„ii, qui jam dormierunt sancti multo magis
„eos, qui in vita militant, habere puta
„sunt, quam ii, qui etiamnum in huma
„sunt infirmitate imbecilliorumque pugn
„adjuvant, neque enim hic tantum illud
„fraternam charitatem impletur, *siquid p*
„*tur unum membrum, compatiuntur omnia m*
„*bra* 1. Cor. 12. v. 26. Nam & eorum de
„charitatem, qui ex hac vita excesserunt,
„cere: *Sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Q
„*infirmatur, & ego non infirmor* 2. Cor.
„v. 28. Maxime cum Christus professus
„in quolibet se sanctorum infirmo infirmum
„ . . . Si Angeli Dei accesserunt ad Jesu
„& ministrabant ei . . . cum adhuc erat
„medio credentium non ut recumbens, sed
„ministrans, quot angelos verosimile est
„colligere filios Israel singillatim volenti .
„ministrare & amplius etiam quam Aposto
„collaborare augendæ Ecclesiæ, & multiplic
„dæ, adeo ut angelos ecclesiis quosdam præ
„Joannes in Apocalypsi dicat . . . Illi igi
„ipso orationis tempore ab eo, qui orat, q
„bus ipse indigeat admoniti, quæ possu
„veluti generali accepto mandato, perficiunt
adinstar medici ægroto Deum deprecanti,
divitis audientis pauperem ad Deum clam
tem, & illi subvenientis: „Sic existim
„dum est, conjungi aliquando inspectores D
„que ministros angelos, & præsentes e
„huic alicui oranti, ut in ea conspirent, q
„qui orat, postulaverit. Sed & uniuscuj
„que angelus etiam eorum, qui in eccle
„pusilli sunt, *semper videns faciem Patris*,

Angeli custodes.

Apocalypsis.

„*in cælis est*, Matth 18. v. 10. Orat nobis-„cum, & iis, quæ petimus, quantum potest „fieri, collaborat.

8. *Tertio.* Utilitatem orationis probat: „Quia ipsis verbis orationis sanctorum, maxi-„me cum orantes orant Spiritu & mente, in-„est divina virtus, quæ luce ab orantis cogi-„tatione exorta, ex ipsiusque ore emissa Spiri-„tale extinguat virus, quod adversariæ pote-„states eorum instillant animis; qui orare ne-„gligunt, nec id observant, quod Paulus con-„sequenter ad Christi monita dicit: *Sine inter-„missione orate.* 1. Thess. 5. v. 17. . . . Porro „cum virtutis actus præceptaque adimpleta in „orationis partem veniant, ille sine intermis-„sione orat, qui debitis operibus orationem „jungit, orationique convenientes actiones. „Illud enim, *sine intermissione orate*, hoc uno „modo ut Præceptum possibile possumus ac-„cipere, nempe si dixerimus, totam viri san-„cti vitam unam aliquam magnam esse conti-„nuam orationem, cujus etiam pars sit, quæ „solet oratio vocari; & quæ non minus quam „ter quaque diei fieri debet, quod ex Daniele „*cap.* 6. *v.* 11. manifestum est. Et *Petrus* „*ascendens in superiora, ut oraret circa horam* „*sextam* Act. 10. v. 9. Mediam e tribus ora-„tionem exhibet, quam & ante illum David „commemoraverat: *Mane exaudies vocem meam*, „Ps. 5. v. 4. Ultima quoque ostenditur his „verbis: *elevatio manuum sacrificium vesper-„tinum*. Ps. 140. 2. Sed neque noctis tempus „sine hoc orationis genere recte transigemus,

Oratio diaboli tentamenta repellit. n. 12.

Quomodo sine intermissione orandum.

Horæ orationis.

„cum David dicat: *Media nocte surgebam*
„*confitendum tibi*: Ps. 118. v. 62. Et Pau
„in Actibus Apostolorum dicatur Philippis 1
„dia nocte cum Sila orasse, & laudasse Dei
„*Act.* 16. *v.* 25.

Christi orantis exemplum & beneficia per orationem obtenta. n. 13. 9. *Quarto.* Utilitas orationis ostenditur exemplo Christi, & beneficiis per oration ab hominibus obtentis: „Quodsi enim Je „orat, nec frustra orat, sed per oration „petita consequitur, sine oratione forte 1 „accepturus, quis nostrum orare neglig „Christum vero orasse patet ex *Marci* 1. *v.* „*Luc.* 11. *v.* 1. *Luc.* 6. *v.* 12. *Joan.* 17. *v* „*Joan.* 11. *v.* 42. . . . Quid est autem „cesse, eos recensere, qui, quod ut opo „orarent, maxima a Deo beneficia consec „sunt? „ Id quod probatur ab exemplo An Samuelem, Ezechiæ prolongationem vi 2. *Reg.* 20. *v.* 2. Mardochæi & Estheris *Liber Esther & Judith.* lutem suæ gentis, Judith victoriam Holoph nis. *Judith,* 13. *v.* 9. Trium puerorum berationem a flamma ignis *Dan.* 3. *v.* 50. I nielis ereptionem de ore leonum c. 6. v. Jonæ de ventre ceti per orationem obtin tium. „Quanta vero sunt, quæ unusquisc „nostrum, si modo grato animo memor beni „ciorum acceptorum laudes Deo pro his „ferre velit, poterit enarrare? „ Quod der Allegorizando prædicta beneficia Origei exemplificat.

Quid orandum. n. 14. 10. Orationis utilitate exposita Origei ostendit, quid a Deo orandum sit: scilic „*Petite magna, & parva adjicientur vobis,*
„*pe*

tis cælestia, & terrena adjicientur vobis.
diceret: vos qui Spirituales esse vultis,
stia per orationes petite, ut ea consecuti
t cælestes regni cœlorum hæredes sitis,
ut magni bonis fruamini maximis; ter-
autem, & parva, quibus ad necessaria
ris opus habetis, pro indigentiæ modo
at vobis Pater.

... Porro quatuor orationum genera di-
nit Origenes cum S. Paulo, 1. Tim. 2.
„Obsecro igitur *primum omnium fieri ob-*
sationes, orationes, postulationes, gratiarum
nes pro omnibus hominibus. Arbitror ita-
obsecrationem esse emissas ab aliquo sup-
ter preces, ut id, quo indiget, conse-
tur: orationem esse, quam quis de ma-
bus rebus elatiore animo Deum glorifi-
do emittit: postulationem, petitionem,
ad Deum ab eo factam, qui majore
dam confidentia utitur: gratiarum actio-
esse de bonis a Deo impetratis conjun-
n orationibus confessionem, cum benefi-
nagnitudo per confessionem agnita, aut ei,
accepit, apparens, ipsius beneficii ac-
ti loco sumitur. Exempla sunt, primi
dem Luc. 1. v. 13. *Ne timeas Zacharias,*
niam exaudita est deprecatio tua &c. Item
od. 32. v. 11. Deut. 9. v. 18. Esther. 13.
. Secundi nominis exempla in Daniele
. 3. *v.* 25. *Tob.* 5. *v.* 1. Quoniam vero
us ex Daniele citatus obelo notatus est,
od in Hebræo non extet, librumque To-
rejiciunt Judæi quasi non canonicum,

Quatuor orationum genera.

„adducam ex primo Regum cap. 1. illud A
„næ: *Oravit ad Dominum &c.* Item *Habac.*
„*v.* 1. *Jon.* 2. *v.* 2. Tertii nominis exer
„plum est apud Apostolum Rom. 8. v. 2
„*ipse Spiritus postulat gemitibus inenarrabilib*
„*&c.* Postulatio etiam mihi videtur, qu
„dixit Josue, ut sol staret contra Gabaot
„*Jos.* 10. *v.* 12. Samsonem quoque in lib
„Judicum arbitror postulantem dixisse: *mori*
„*tur anima mea cum alienigenis.* Jud. 16. v. 3
„ . . . Gratiarum vero actionis exemplum
„illa Domini nostri vox: *Confiteor tibi Pa*
„&c. Luc. 10. v. 21. Obsecratio, & gr
„tiarum actio non absurde potest & sanc
„offerri, harumque duæ, postulatio inqu
„& gratiarum actio, non sanctis modo, sed
„hominibus, obsecratio vero sanctis tantu
„siquis Paulus aut Petrus inveniatur, ut a
„juvent nos, dignosque efficiant, qui fru
„mur concessa ipsis remittendorum pecca
„rum potestate, nisi forte sicui, qui sanc
„non sit, fecerimus injuriam, concessi
„etiam nobis est, cum nostrum in illum pec
„tum senserimus, obsecrare etiam illum,
„injuriæ nobis veniam tribuat. Quodsi hon
„nibus sanctis illæ preces offerendæ sunt, qua
„to magis Christo gratiæ sunt agendæ, a q
„tot tantaque beneficia volumtate Patris ac
„pimus? Sed & ab ipso postulandum,
„Stephanus cum diceret: *Domine ne stat*
„*illis hoc peccatum* Act. 7.

Sancti orari possunt.

12. „At si intellexerimus, quid sit o
„tio, forte nullus unquam genitus erit ora
. . . „d

Quis orandus. n. 16.

„dus, ac ne Christus quidem ipse, sed solus „Deus omnium & Pater, quem ipse etiam „Salvator noster orabat, & quem nos orare „docet *Luc.* 11. *v.* 1. (*a*) Si enim alius a „Patre Filius est secundum substantiam & sup„positum (*b*) aut orandus est Filius, & non „Pater, aut uterque, aut Pater solus. Ate„nim Filium orandum esse sine Patre, nemo „non fatebitur, absurdissime & præter eviden„tiam dictum iri. Si uterque orandus est, „planum est, plurali numero nos precaturos: „*benefacite* &c. Quod cum per seipsum non „conveniat, restat ergo, ut oretur solus Deus „universorum Pater, at non sine Pontifice, „qui ab ipso Patre cum jurejurando constitu„tus est. *Ps.* 109. *v.* 4. Cum igitur Sancti in „suis orationibus gratias Deo agunt, eas per „Christum Jesum ipsi referunt. Sicut autem „eum, qui proprie orare vult, non decet „eum orare, qui orat, sed eum, quem ora„tionibus invocandum docuit Jesus noster Do„minus, nempe Patrem, sic non est ulla ora„tio Patri sine ipso offerenda, ut patet *Joan.* 16. *v.* 23.

(*a*) Licet Origenes solum Patrem orandum esse docens ab errore purgari queat juxta D. Huetium *Orig. l.* 2. *q.* 2. dicendo, orandum esse Patrem per Filium mediatorem nostrum, preces nostras Patri offerentem, nihilominus D. Petit-Didier ab omni errore non audet Origenem excusare, quia videtur credidisse, non posse nos orare Christum sumpta voce precationis προσευχῆς in suo proprio ac naturali sensu.

(b) Quando Origenes dicit Christum alium esse a Pa-
tre quoad substantiam, vocem substantiæ pro vo
Personæ usurpat.

Cœlestia a Deo petenda. 13. Porro cœlestia a Deo potissimum peten-
da sunt: „Quicunque enim terrena & parv
n. 17. „a Deo petit, ipsi non obtemperat, qui, cu
„nihil terrenum & parvum sciat largiri, cœle
„stia & magna petere jussit. . . . Quod si qui
„objiciat, corporea, quæ sanctis propter ora-
„tionem donata sunt, imo Evangelicam ipsa
„vocem docentem, terrena nobis & parva ad
„jicienda esse, sic ei respondendum . . . S
„mente paulo generosiore cogitemus, qu
„præcipue a Deo in nos collata sunt dona
„proprie admodum dicemus, magnorum &
„cœlestium spiritualiumque sequelas esse re
„corporeas sanctorum utilitatibus datas. Ve
„pro fidei ratione, vel prout vult, qui larg-
n. 18. „tur. . . . Cæterum mirum non est, si no
„omnes corporalia accipiant, . . . Res enim
„omnes materiales & corporeæ, quæcunqu
„tandem illæ sint, umbræ levis & fragili
„rationem habent, nec sunt ullo modo cum
„salutaribus, sanctisque Dei universorum do
„nis conferendæ: quæ enim comparatio cor
„porearum divitiarum cum iis, quibus divite
„simus in omni sapientia? . . . Orandum ig
„tur, orandum est pro iis, quæ præcipua &
„vere magna sunt & cœlestia; quod autem a
„umbras attinet, quæ præcipua illa conse-
„quentur, Dei arbitrio relinquendum: sci
„enim ille, quid propter mortale corpus opu
„sit nobis, antequam petamus eum.

14. Pri

14. Primam hanc de oratione partem al- *Dispositiones ad orationem.*
sequitur, nempe explicatio orationis Do-
icæ, quam antequam Origenes exponat,
t: „primum oportet certo quodam modo
stitutum ac dispositum esse eum, qui orat, n. 19. 20.
sic demum orare. Videamus igitur, quid
e orationem apud Matthæum positam sal-
r noster de illa dixerit: id sic habet:
cum oratis, non eritis sicut hypocritæ &c.
Matth. 6. v. 5. sqq. Videtur itaque Serva-
r noster multis in locis gloriæ cupiditatem
fectatus, quod & hic fecit prohibens ora-
nis tempore hypocritarum facta sectari...
amores igitur sententiæ: *Quomodo potestis*
dere, qui gloriam ab invicem accipitis. Joan.
v. 44. Debemus gloriam omnem ab ho-
inibus profectam contemnere, & eam quæ-
re, quæ vere gloria est, quæ ab eo datur,
i solus gloria dignum orat modo se digno,
longe supra meritum illius, qui ornatur.
od igitur ipsum, quod pulchrum existima-
potuisset, & dignum laude, tunc inqui-
tur, cum ideo fit a nobis, ut videamur
hominibus, quamobrem nulla hujus à
o merces sequitur. *Matth.* 6. . . Dein- n. 21.
qui hypocrita non est . . . is intrat in
biculum suum . . . occlusisque omnium
suum ostiis, ne ab illis distrahatur, aut
rum imagines in animum intromittantur,
at Patrem, qui absconditum ejusmodi nec
git, nec deserit, sed ipsum inhabitat . . .
anum est, nos, si sic oremus, postulatu-
s justum non Deum solum, sed & Patrem,
ui nos utpote filios non derelinquit, sed in
„abscon-

„abscondito nostro adest, illudque inspicit,
„getque bona in cubiculo nostro recondi
n. 22. „si modo ejus ostium occluserimus. Deni
„orantes non inania, sed digne Deo loq
„mur: loquimur autem vana, cum neque n
„metipsos, neque emissos a nobis in orati
„semones severe examinamus, sed de rel
„corruptis loquimur, aut sermones & cog
„tiones proferimus abjectas, alienasque
„Domini puritate . . . Soli enim ethnici c
„tionem omnem de corporeis externisque
„bus faciunt, ita ut ethnico vana loquenti
„milis sit, qui inferiora petit a Domino, cœ
„& quæ excelsa cœlorum superant, inh
„tante. Porro idem videtur esse inania lo
„ac multa loqui . . . unum enim est bonu
„turpia multa . . . Quare in multiloq
„nullus effugiet peccatum, nec exaudiri q
„quam potest, qui putat, quod in mult
„quio suo exaudiatur *Matth.* 6. *v.* 7. Cav
„mus ergo, ne precando similes simus et
„cis, qui vana aut multa loquuntur: n
„enim universorum Deus & Pater, quibus
„digeant filii sui, quoniam ea digna sunt
„terna cognitione: quodsi quis ignorat Deu
„& ea, quæ Dei sunt, ignorat, ignorat q
„que, quibus habeat opus; vitiosa enim s
„quibus indigere se putat.

Explicatur præfatio orationis Dominicæ. 15. „Jam quæ ipsa declarantur orati
„Dominica consideremus. *Pater noster, qu*
„*in cœlis.* Observatu dignum est, in Ve
„Testamento inveniaturne alicujus oratio,
n. 23. „Deum Patrem appellet, nam nos quid
„n

„hunc cum pro viribus investigaverimus, non
„invenimus . . . Porro Deum Patrem voca-
„ri, eosque filios, qui ad verbum Dei acces-
„serunt, multis in locis videre est, ut in
„Deuteronomio *Deut* 32. *v.* 6. 18. 20. Et in
„Isaia. *If.* 1. *v.* 2. & in Malachia *cap.* 1. *v.* 6.
„Quamvis autem Pater dicatur Deus, iique
„filii, qui verbo fidei, qua in ipsum creditur, ge-
„niti sunt, firma tamen, & stabilis apud an-
„tiquos filiatio non reperitur: ipsa igitur loca,
„quae adducta sunt, subditos ostendunt fuisse,
„qui dicebantur filii *Gal.* 4. *v.* 1. Plenitudo
„autem temporis est, in adventu Domini N.
„J. C. cum adoptionem accipiunt, qui vo-
„lunt. *Rom.* 8. *v.* 15. *Joan.* 1. *v.* 12. . . .
„Igitur si intelligamus, quid illud sit. Luc. 11.
„v. 2. *Cum oratis, dicite, Pater:* verebimur,
„si filii legitimi non simus, hac illum voce
„compellare, ne ad alia peccata nostra etiam
„impietatis crimen accedat . . . manifestum
„est enim, eum, *qui facit peccatum, ex dia-
„bolo esse.* 1. Joan. 3. Et sicut semen Dei in
„eo, qui natus est ex Deo, manens causa
„est, cur peccare non possit, qui unigenito
„Verbo conformatus est, sic omni, qui facit
„peccatum, semen diaboli inest, quod quam-
„diu in anima inest, nihil eam recti sinit agere
„posse . . . Ne voces igitur tantum putemus
„didicisse nos dicere certo quodam orationis
„tempore, sed tota vita nostra, qui indesi-
„nenter oramus, dicat: *Pater noster, qui es in
„coelis*, sitque conversatio nostra nullo modo
„super terram, sed omnino in coelis.

16. „Cum

Deus non est corporeus. *n. 24.* 16. „Cum dicitur sanctorum Pater es
„cælis, non ille figura corporea circumsc
„putandus est, & in cœlis habitare; 1
„comprehensus cœlis Deus continentibus
„sum cœlis inveniretur minor, cum econ
„rio credere necessé sit, ineffabili eum c
„naque sua virtute comprehendere omnia
„continere,„ ex quo etiam Origenes pr
Deum proprie in loco non esse, & loca
pturæ „altiori & Spirituali magis sensu a
„pienda, esse, cum videbitur in loco D
„esse docere.

Explicatur prima petitio. *n. 25.* 17. *Sanctificetur nomen tuum.* Ubi n
& explicat Origenes, ex hoc non se
Deum in seipso non esse sanctum, sed
optare, ut homines hanc sanctitatem in
operibus agnoscant: „Præterea observat
„hoc & de reliquis, quæ deinceps imperat
„dicuntur modo, dicendum, imperativis
„optativis crebro usos esse interpretes, u
„Psalmo 30. v. 19. *muta fiant labia dol*
„ubi *fiant* pro *utinam fiant*, ponitur. Et:
„*fit illi adjutor*: in Psalmo 108. de Juda
„Tatianus autem, cum non intellexerit, voc
„*fiat*, non ubique optativam esse, sed in
„dum imperativam, impiissima de Deo co
„mentus est, qui dixit, *fiat lux*: quasi op
„verit potius, quam imperaverit, lum
„fieri, propterea quod, inquit ille nefa
„sentiens, in tenebris erat Deus. A quo qu
„rendum est, quomodo sit accepturus illu
„*Germinet terra herbam pabuli* &c. . . .
„sicut lumine indigebat, ita indigentia co

„P

„pulsus est, ut herbam pabuli optaret? Quod-
„si juxta ipsum absurdum est, hæc Deum oras-
„se, quæ imperativis vocibus expressa sunt,
„quandoquidem & de hoc, *fiat lux*, idem dicatur, non
„optative, sed imperative dictum esse.

18. „*Adveniat regnum tuum.* Si regnum *Explicatur secunda petitio. n. 25.*
„Dei juxta Verbum Domini intra nos est. *Luc.*
„17. v. 20. procul dubio is, qui regnum Dei
„advenire precatur, de eo, quod in se habet,
„regno Dei, recte orat, ut oriatur, & fru-
„ctus ferat, & perficiatur. Nam in quolibet
„Sanctorum Deus regnat. . . . Ac Dei qui-
„dem regnum dici puto felicem superioris ani-
„mæ statum, compositasque & sapientes co-
„gitationes, regnum vero Christi tum sermo-
„nes, qui in audientium salutem proferun-
„tur, tum qui perficiuntur actus justitiæ, &
„cæterarum virtutum. . . . Qui vero princi-
„pis hujus sæculi tyrannidem patitur libero pec-
„cati arbitrio, in eum & peccatum regnat. . . .
„Verum dicet aliquis: si is, qui orat, ideo
„orat, ut exaudiatur, & exauditur aliquando,
„factum est, futurum aliquando, ut sanctifi-
„cetur alicui nomen Dei, regnumque Dei ei
„adveniat; quæ si habuerit, quomodo conve-
„nienter adhuc orabit pro his, quæ adsunt,
„quasi non adsint. . . . Ad hæc dicendum. . . .
„neque sanctificari cuilibet nostrum regnum
„Dei, neque adesse regnum Dei potest perfecte,
„nisi *venerit, quod perfectum est*, Cor. 13. v. 10.
„Si autem ad perfectionem facimus, si ad ea,
„quæ sunt priora attenti, eorum quæ sunt
„retro, obliviscamur. . . . Propter hoc in-
„desi-

„desinenter orantes ea animi affectione, q
„Verbo Divina fiat, dicamus Patri nostro,
„in cœlis est: *Sanctificetur nomen tuum, ad*
„*niat regnum tuum.*

Tertia petitio. n. 26. 19. „*Fiat voluntas tua sicut in cœlo &*
„*terra.* Prædicta verba cum apud solum M
„thæum habeantur, consequenter ad ea, q
„præcedunt, expendamus. Cum adhuc v
„semur in terra nos, qui oramus, intelli
„musque in cœlo fieri Dei voluntatem ab o
„nibus cœlorum domesticis, oremus a no
„etiam, qui in terra sumus, in omnil
„fieri voluntatem Dei, quod accidet, si
„hil præter ipsius agamus voluntatem. .
„Quæret aliquis, quomodo voluntas Dei
„in cœlo, ubi sunt *spiritualia nequitiæ*,
„quæ *inebriabitur gladius Dei* etiam *in c*
„Is. 34. v. 5. . . . Sed qui allegorice cœl
„accipiens dixerit, ipsum esse Christum, terr
„vero Ecclesiam, is quæstionem facile solv
„dicens, orandum esse unicuique eorum,
„ex Ecclesia sunt, ut sic paternam capiat
„luntatem, quemadmodum Christus capieb
„qui venit facere voluntatem Patris sui,
„omnem perfecit. . . . Cum ergo dicit
„*fiat voluntas tua* &c. ne esse quidem ill
„cælo putandi sunt, qui animi propensione c
„illo, qui cecidit de cœlo sicut fulgur, c
„derunt. Forte etiam cum ita orandum
„Servator noster, non omnino de his, qu
„terreno loco sunt, fieri jubet preces, ut
„similes fiant, qui in cœlesti sunt loco,
„ea mente orationem illam præcipit, ut om

„c

„quæ in terra sunt, hoc est, quæ deteriora & „magis terrenis affinia melioribus assimilentur, „quæ habent conversationem in cœlis, & om- „nia cœlum fiant: peccator enim, ubicunque „tandem sit, terra est. . . . Qui vero Dei „voluntatem facit, nec Spirituales ejus Salu- „tares leges negligit, cœlum est. Sive igitur „adhuc terra per peccatum sumus, oremus in „in nos etiam sic ad emendationem nostram ex- „tendi voluntatem Divinam, sicut ad illos „jam pertigit, qui ante nos cœlum facti sunt, „aut sunt cœlum: sive non terra, sed cœlum „jam a Deo reputati sumus, precemur, sicut „in cœlo, sic & in terra, hoc est, in deterio- „ribus hominibus impleri voluntatem Dei, „ut terra illa cœlum fiat. . . . Ut si alio usus „exemplo apertius dicerem, si, ut voluntas Dei „facta est in hominibus pudicis, sic fiat & in „impudicis, intemperantes pudici erunt.

20. „*Panem nostrum substantialem* (alii ver- „tunt supersubstantialem ἐπιούσιον) *da nobis ho- „die.* Quoniam existimant aliqui de corporeo „pane juberi nos orare, æquum est, falsa eo- „rum opinione sublata veram de substantiali „pane sententiam proponere. Igitur ab eis „quærendum est, quomodo, qui dicit peten- „da esse cœlestia & magna, . . . is quasi eo- „rum, quæ docuit secundum ipsos oblitus, de „terreno & parvo preces Patri offerri jubeat. . . . „Verus autem panis, qui verum nutrit homi- „nem, eum, qui ad imaginem Dei factus est, „quo qui alitur, etiam ad similitudinem Crea- „toris efficitur: quid autem alendæ animæ *Quarta petitio. n. 27.*

„aptius eſt quam Verbum ? Quid Sapien
„Dei pretioſius menti ejus, qui ipſam capia
„Quid rationabili naturæ veritate conveni
„tius ? Ad hæc ſiquis objiciat: ſi hæc ita
„haberent, futurum non fuiſſe, ut Chriſ
„petendum doceret ſubſtantialem panem, qu
„aliquid a ſe diverſum : audiat ille etiam
„Evangelio ſecundum Joannem *cap.* 6. *v.*
„*ſeqq.* Aliquando de alio a ſe diverſo loq
„aliquando ita, quaſi ipſe panis ſit. Et q
„niam cibus omnis panis dicitur juxta Scrip
„ram *Deut.* 9. *v.* 9. Varium eſt autem &
„verſum Verbum, quod alere poteſt, c
„non omnes poſſint ſoliditate nutriri divinar
„diſciplinarum, ideo cum robuſtiorem ve
„perfectioribus cibum proponere ait Joan.
„v. 52. 54. ſeqq. *Panis, quem ego dabo caro*
„*eſt. . . . niſi munducaveritis carnem Filii ho*
„*nis. . . . Caro enim mea vere eſt cibus*
„Hic eſt verus cibus caro Chriſti, qui ci
SS. Eucharistia. „cum eſſet Verbum, *factus eſt caro.* .
„Quando a nobis manducatur, tunc *habit*
„*in nobis* : cum autem diſtribuitur, imple
„illud : *Et vidimus gloriam ejus. Hic eſt*
„*nis, qui de cælo deſcendit* &c. At Paulus
„rinthiis loquens parvulis, & ſecundum ho
„nem ambulantibus ait: *Lac vobis potum dedi*
„1. Cor. 3. v. 2. Puto ipſum non de corpo
„cibis præcipue dixiſſe, ſed de Verbis D
„quibus anima nutritur. . . . Igitur ne
„ciborum indigentia ægrotet anima noſtra,
„fame Verbi Domini Deo moriamur, viv
„panem, qui idem eſt ac ſubſtantialis, ma
„ſtro Servatori noſtro obſequentes, creden

„recti

„rectiusque viventes a Patre postulemus. Jam „vero intelligendum est, quid significet vox „ἐπιούσιος *substantialis*. Ac primum quidem „sciendum est, vocem illam ἐπιούσιον *substan-„tialem* a nullo Græcorum aut sapientum usur-„pari, neque vulgi esse consuetudine tritam, „sed ab Evangelistis fictam videri: in ea & Mat-„thæus & Lucas conveniunt, eamque nullo „discrimine efferunt. Simile & in aliis fece-„runt, qui sunt Hebraica interpretati: quis „enim Græcorum umquam voce ἐνωτίζου usus „est, aut ἀκουτίσθητι pro *auribus percipe*? Si-„mile ἐπιουσίῳ vocabulum a Moyse scriptum est „a Deo dictum: *Vos eritis mihi populus* περι-„ούσιος *peculiaris*. Exod. 19. v. 5. Ac videtur „utraque vox ab οὐσία substantia formata esse, „illa ut panem ostendat, qui in substantiam „nostram convertatur; hæc ut populum signi-„ficet, qui circa substantiam versetur, eique „communicet. . . . Panis igitur in superiori-„bus intellectualis erat, quem nos petere opor-„teret, necessario substantia pani cognata in-„telligenda est, ut sicut corporeus panis in ejus, „qui nutritur, corpus immissus suam ei com-„municet virtutem, qui se nutriendum ipsi præ-„buerit; atque ita erit ille, quem petimus, pa-„nis substantialis. . . . Substantialis ergo pa-„nis est, qui rationali naturæ convenientissi-„mus, ipsiusque substantiæ affinis sanitatem „simul & bonam habitudinem, & vires in ani-„ma efficit, immortalitatemque suam, est enim „immortale Verbum Dei, comedenti se com-„municat. Hic substantialis panis alio mihi „nomine videtur in Scripturis vocatus esse *li-*

„gnum vitæ, Gen. 3. v. 22. quod etiam Sapie
„tia vocatur *Prov.* 3. *v.* 18. & quia angeli qu
„que aluntur Sapientia, dicuntur in Pſaln
„etiam angeli nutriri *Pſ.* 77. *v.* 25. . . . I
„tur, qui ſubſtantialis panis participatione co
„firmat cor ſuum, filius Dei efficitur, . . .
„quo orandum eſt, ut eo digni efficiamur, Ve
„boque illo nutriti, quod in principio ap
„Deum erat Deus, in Deum transformemu
„Dicet aliquis ἐπιούσιον ab ἐπιέναι, *accedere*, fo
„matum eſſe, ita ut petere jubeamur propriu
„futuri ſæculi panem, ut per anticipatione
„nobis illum Deus jam largiatur, deturque h
„die, quod veluti cras dandum erat; hoc
„enim pro ſæculo præſenti accipi, cras p
„futuro. Sed cum prior acceptio me quide
„judice melior ſit, expendamus illud *hodie*..
„Mos eſt Scripturæ multis in locis ævum or
„ne hodie vocare; ut in illo: '*Hodie ſi voc*
„*ejus audieritis*. Pſ. 94. 8. Quodſi hodie totu
„hoc ſæculum eſt, forſan *heri* ſæculum eſt pr
„teritum. . . . Qui ergo hodierna die Deu
„non tantum precatur, ut hodie ſed & in die
„accipiat, is ab eo, *qui potens eſt dare ſupe*
„*abundanter, quam petimus, aut intelligimus*. Ep
„3. v. 20. Accipere poterit, ut ſic hyperb
„lice dicam, etiam ſuperiora iis, *quæ ocul*
„*non vidit* &c. 1. Cor. 2. v. 9. . . . Inqu
„rendum demum eſt, quomodo *noſter* ſit h
„panis: docet autem Apoſtolus, *ſive vitam*
„*ſive mortem, ſive præſentia, ſive futura, omnia* Sa
„ctorum eſſe: de quo non eſt neceſſe, nu
„dicere.

21. „

21. „*Et dimitte nobis debita nostra, sicut & Quinta*
„*nos dimittimus debitoribus nostris.* Debemus *petitio.*
„igitur, habemusque implenda officia quædam, *n.* 28.
„non dando solum, sed & benigne loquendo,
„ac certis quibusdam agendis: quin & certo
„quodam modo affecti in alios esse debemus;
„quæ debita aut reddimus implentes, quæ di-
„vina lege præscripta sunt, aut contempta sa-
„na ratione non reddimus, manemusque de-
„bitores. Simili modo æstimanda sunt, quæ
„fratribus debemus, & iis, qui per religionis
„Verba nobiscum sunt in Christo regenerati,
„ac iis, qui eadem ac nos matre vel eodem
„patre geniti. Est aliquod etiam erga cives
„debitum, item aliud erga omnes homines
„commune; proprium item in hospites; pro-
„prium in eos, qui parentum ætatem habent;
„aliud in quosdam, quos æquum est, ut fi-
„lios, aut ut fratres honore prosequi. Igitur
„qui ea non facit, quæ in fratres implenda sunt,
„debitor manet eorum, quæ prætermisit: si-
„militer si desimus hominibus in iis, quæ per
„humanissimum Sapientiæ Spiritum a nobis
„advenire illis decet, majus fit debitum. Quin
„& in iis, quæ ad nos pertinent, debemus
„corpore quidem sic uti, nec carnes ejus vo-
„luptatis studio conterere; debemus vero ani-
„mæ certam curam impendere, & mentis acri-
„moniæ attendere, nec non sermoni, ut acu-
„leo careat, & utilis sit, & nullatenus otiosus,
„quæ a nobis ipsis nobis debita si non agimus
„gravius fit debitum. Præterea cum omnium
„longe maximum Dei opus simus & figmen-
„tum, certum in illum affectum servare, cha-

K 3 „rita-

„ritatemque ex toto corde, & ex tota men
„debemus, quæ ni præstiterimus, debitor
„Dei manemus peccantes in Dominum. Chi
„sti etiam, qui proprio nos redemit Sanguin
„debitores sumus, quemadmodum servus qu
„libet debitor est emptoris, qui tantum p
„ipso pecuniæ dedit. Est & in Spiritum
„debitum aliquod nostrum, quod tunc reddimu
„quando eum non contristamus, eumque n
„contristantes ferimus requisitos a nobis fr
„ctus ipso adjuvante, & animam nostram vi
Angelus Custos. „ficante. Porro etsi accurate non scimus, qu
„uniuscujusque nostrum Angelus sit, illud t
„men consideranti cuique manifestum est, i
„quoque debitores nos esse. Item si spect
„culum sumus mundo & Angelis & Homi
„bus, . . . illis ea debemus, quæ Sapient
„nos, si voluerimus, docebit. . . . Item
„aliud debitum viduæ, cujus Ecclesia cura
„gerit, aliud Diaconi, aliud Presbyteri. E
„scopi denique debitum gravissimum est, qu
„ni reddatur, judicio repetet totius Eccles
„Salvator : jam vero Apostolus commu
„quoddam viri mulierisque debitum nomin
„vit. 1. *Cor*. 7. . . . Porro nefariæ illæ op
„rationes in superiori animæ nostræ parte i
„pressæ fiunt *quod est adversus nos chirog*
„*phum*, ex quo velut ex libris ab omnib
„nobis propria, ut ita dicam, manu scrip
„judicabimur. . . . Quodsi tot sunt, quib
„debeamus, profecto sunt aliqui quoque, q
„nobis debeant : alii enim debent nobis
„hominibus; alii ut civibus, alii ut patrib
„quidam ut filiis, deinde ut viris muliere

„

„ut amicis amici. Siqui ergo ex tot debito-
„ribus nostris in iis, quæ nobis debent, offi-
„ciis reddendis remissius se gesserint, humani-
„ter cum illis agemus, nec erimus injuriarum
„memores, sed debita propria recordabimur,
„quæ sæpe omisimus solvere non hominibus
„tantum, sed & ipsi Deo. . . . Quodsi noli-
„mus in debitores nostros esse benigni, ea-
„dem patiemur, ac ille, qui centum denarios
„conservo suo non condonavit *Matth.* 18. *v.* 32.
„Sane pœnitere se dicentibus iis, qui in nos
„peccaverunt, condonandum, etsi sæpius id
„faciat debitor *Luc.* 17. *v.* 4. Quos autem non
„pœnitet, in eos duri nos non sumus, sed
„sibi ipsis illi mali sunt *Prov.* 15. *v.* 32. Quin
„& cum id accidit, danda est opera, ut omni
„modo curatio adhibeatur ei, qui ita ad om-
„nia perversus est, ut ne sentiat quidem
„propria mala. . . . Porro quod Lucas ait:
„*Dimitte nobis peccata nostra*, cum peccata in-
„de oriantur, quod non reddimus, quæ de-
„bemus, idem ac Matthæus dicit, qui non
„videtur locum ei dare, qui solis pœnitenti-
„bus debitoribus remittere velit, cum dicat a
„Servatore præscriptum esse, ut orationi ad-
„damus: *Siquidem ipsi dimittimus omni debenti*
„*nobis*. Habemus igitur omnes potestatem re- *Apostoli,*
„mittendi peccata in nos admissa. . . . Sed is, *eorumque*
„in quem Jesus insufflavit, quemadmodum in *successores*
„Apostolos. . . . Dimittit, quæ dimitteret *habent po-*
„Deus, & insanabilia peccata retinet mini- *testatem*
„strans soli dimittendi peccata potestatem ha- *remittendi*
„benti Deo. Sic autem habent in Evangelio *peccata.*
„secundum Joannem, quæ de remissione ab

„Apoſtolis concedenda ſcripta ſunt: *Acci*
„*Spiritum S. quorum remiſeritis peccata* &c.
„an. 20. v. 23. Quæ ſi absque examine
„cipiantur, accuſandi videbuntur Apoſto
„quod non omnibus remittant, ut omnib
„remittatur, ſed quorumdam retineant pecc
„ta, ita ut per eos etiam apud Deum re
„neantur. At ſicuti prohibentur legis Sac
„dotes pro quibusdam delictis offerre ſacri
„cia, ſic Apoſtoli, & qui ſimiles Apoſto
„ſunt Sacerdotes, juxta magnum Pontific
„diſciplina divini cultus inſtructi, & a Spi
„tu edocti, ſciunt pro quibus peccatis,
„quando & quomodo offerre ſacrificium op
„teat, & pro quibus non oporteat, norunt.
„Sunt tamen nonnulli, qui neſcio quomo
„ſibi arrogant ea, quæ Sacerdotalem ſupera
„dignitatem, forte etiam rudes Sacerdota
„Diſciplinæ, glorianturque, quaſi poſſint etia
„idololatriam condonare, adulteriaque, & fo
„nicationes remittere, quaſi, modo pro
„oraverint, qui ejusmodi facinora perpetr
„runt, ſolvendum ſit etiam, *quod ad mortem*
„*peccatum*. 1. Joan. 5. v. 16.

Confeſſio. **Nota.** Scientia ſolvendi & retinendi peccata Co feſſionem omnino ſupponit. Deinde Origen docet hic ſolum, ne Sacerdotes temere ſibi arr gent poteſtatem omnia peccata indiſcriminati pro libitu remittendi, cum nonnulla uti idolol tria, adulterium, & fornicatio, nonniſi poſt di turnam & dignam pœnitentiam remittenda ſin

Sexta petitio. 22. „*Et ne nos inducas in tentationem. S*
„*libera nos a malo*.„ Hic Origenes poſtqua
n. 29. fuſe oſtendit, neminem in hac vita ſine tenta
tion

fione esse, quia omnis hominis vita super terram tentatio est, monet. „Quare oremus a „tentatione liberari non ita, ne tentemur, fieri „enim id non potest, maxime cum super ter„ram simus, sed ne tentati succumbamus; qui „vero tentationi succumbit, eum ingredi in „tentationem arbitror ejus veluti retibus ca„ptum„ Porro observat hic Origenes, Deum aliquando permittere, ut in pœnam peccatorum nostrorum tentationi succumbamus, ubi iterum sua somnia occinit, animas scilicet in quolibet statu libero arbitrio ad bene vel male agendum gaudere, ac proinde perpetuos esse a superioribus ad inferiora lapsus & reditus: pœnas etiam omnes esse purgatorias, sicut & ipsa peccata. De quibus commentis fuse disserit Huetius *Origen. l.* 2. *q.* 7. Denique utilitatem tentationis ita exponit. „Quæ in anima no„stra latent omnes præter Deum, nosque etiam „ipsos, ea per tentationes manifesta fiunt, „ne nos amplius lateat, quales simus, sed „qui simus, cognoscentes sentiamus, si „velimus, propria mala, & agamus etiam „gratias pro bonis, quæ nobis per tentationes „ostensa sunt, id quod declaratur Deut. 8. v. 2. „*Afflixit te . . . ut cognita fierent, quæ in corde* „*tuo sunt.*;„ Quod exemplo tentationum Evæ, Caini, Chami, Esau, & Josephi ex libro Genesis illustratur. „Propterea in succedentium „sibi tentationum intervallis stemus, & ad fu„tura nos comparemus, quæcunque tandem „possint accidere, ut quidquid contigerit, non „imperatos nos arguat, sed studiosissime com„positos ostendat; quod enim per humanam

„deerit imbecillitatem, cum perfecerimus,
„in nobis sunt omnia, id implebit Deus,
„*diligentibus se omnia cooperantur in bonum.* R
„8. v. 25.

Septima petitio. n. 30.

23. *Sed libera nos a malo.* „Videtur
„Lucas his verbis: *Ne nos inducas in tent*
„*nem*, etiam reipsa docuisse illud: *Libera*
„*a malo*: Et ad discipulum quidem, qu
„qui jam profecerat, verisimile est Domi
„per compendium fuisse locutum, ad popu
„autem, cui perspicua magis doctrina opus e
„apertius. Liberat autem nos a malo De
„non cum nullo nos certamine inimicus ag
„ditur, sed cum vincimus adversus ea,
„accidunt fortiter stando.... Liberat a tr
„lationibus Deus, non ita, ut tribulationes
„plius non ingruant.... Sed cum trib
„tionem passi, auxiliante Deo non angustian
„id est, a tribulatione non vincimur....
„liberavit Deus, non quod Satan licent
„non acceperit, in has aut illas tentationes
„injiciendi, accepit enim; sed quod in om
„bus, quæ illi adversa contigerunt, nihil
„caverit coram Deo, sed justus apparue

Affectus & status orantis. n. 31.

24. Explicata oratione Dominica Orig
„tractat: „De affectu & statu, quo esse o
„tet eum, qui orat.... Affectus ad anin
„referendus est, status ad corpus. Ait ita
„Paulus 1. *Tim.* 2. *v.* 8. affectum describ
„orandum esse *sine ira & disceptatione*: sta
„vero: *levantes puras manus*.... Arbi
„igitur, eum, qui ad orationem accessurus

„ſi paululum ſubſtiterit, ſeque ipſum compo-
„ſuerit, promptiorem, & attentiorem per to-
„tam orationem fieri. Item ſi omnes animi
„anxietates, cogitationumque perturbationes
„abjecerit, ſibique pro viribus in memoriam
„reduxerit ejus, ad quem accedit, majeſta-
„tem, & quam impium ſit, illi ſe laxum, &
„remiſſum, & quaſi contemnentem offerre:
„ſi denique aliena depoſuerit, ſic venire ad oran-
„dum, animam ante manus, ut ita loquar, ex-
„tendere; ante oculos mentem ad Deum diri-
„gere; antequam ſtet, erigere humo ſuperio-
„rem animæ partem, & coram univerſorum
„Domino ſtatuere; omnem denique earum,
„quas ab aliquo ſibi paſſus videtur, injuria-
„rum memoriam in tantum deponere, quan-
„tum & Deum quiſpiam vult immemorem
„eſſe eorum, quæ inique geſſit ipſe, & in
„multos e proximis peccavit, aut quæ præter
„rectam rationem quovis egiſſe modo ſibi con-
„ſcius eſt.

15. „Cum innumeri ſint corporis habitus, *Corporis*
„ille procul dubio, quo extenduntur manus, *ſitus*
„& ſurſum oculi tolluntur præponendus omni- *orantis.*
„bus eſt ab eo, qui etiam fert in corpore ve-
„lut imaginem eorum, quæ animam per ora-
„tionem decent. Hoc tamen dicimus nulla ob-
„ſtante circumſtantia præcipue ſervandum; ob
„circumſtantiam enim licet aliquando ſedentem
„orare, puta propter ægritudinem pedum non
„contemnendam, aut etiam jacentem, pro-
„pter febres aut ejuſmodi morbos; eadem-
„que de cauſa, ſi v. g. navigemus, aut nego-
„tia

„tia non finant fecedere ad debitam ora
„nem perfolvendam, orare licet nihil
Flexio genuum. „præ fe ferentem. Genuum etiam flexio
„neceffariam effe fciendum eft, cum fua
„apud Deum peccata fupplex accufaturus
„ut remittantur: eft enim figura Pauli
„ram Deo procidentis. *Eph.* 3. *v.* 14. S
„tualem autem genuflexionem oftendere r
„videtur Apoftolus in his: *Ut in nomine*
„*omne genufle€tatur cœleftium* &c. neque e
„ullo modo putandum eft, ita conform
„effe cœleftium corpora, ut genua etiam
„porea habeant, cum rotunda effe eorum
„pora demonftratum fit ab iis, qui accu
„ifta tractarunt. Vide *Origeniana l.* 2. *q.*

Locus orationis. 26. „Porro de loco fciendum eft, loc
„omnem aptum ad orationem effici ab
„qui recte orat: nam *in omni loco incenfum*
„*ferte mihi*, *dicit Dominus*. Mal. 1. v.
„Item: *volo igitur viros orare in omni l*
„1. Tim. 2. v. 8. Poteft etiam, quo fuas q
„que preces quietior ac minus diftractus
„folvat, certum ac definitum in privatis æ
„bus, fi fpatium fit, eligere locum, ut
„dicam, fanctiorem, ibique orare, cum pr
„tamen infpexerit, nihilne ibi nefarium
„miffum umquam fit . . . ne Deus in e
„refpicere fugiat . . . De loco autem coi
„liciti an deceat, confiderandum eft. Pr
„terea habet aliquid cum utilitate jucundi
„cus orationis, ille fcilicet, quo fideles
„unum conveniunt; credibile eft enim, a
„gelicas poteftates credentium cœtibus adef
„ipfiu

„ipsiusque Domini & Servatoris nostri virtu-
„tem, imo & sanctorum Spiritus, opinor
„etiam defunctorum, nam de superstitibus
„manifestum est, licet quomodo adsint, fa-
„cile non sit dicere. Ac de Angelis quidem
„sic colligi potest: *Si immittet angelus Domini in*
„*circuitu timentium eum.* Ps. 33. v. 6. . . . Pro-
„babile est, multis in Christi gloriam legitime
„congregatis, uniuscujusque Angelum in cir-
„cuitu singulorum timentium immittere, cum
„illo scilicet viro, cujus ipsi cura, & custodia
„tradita est, ut duplex, sanctis congregatis,
„Ecclesia sit, altera hominum, altera Ange- *Angeli*
„lorum . . . Deinde S. Paulus 1. Cor. 5. v. 4. *custodes.*
„ait: *congregatis vobis, & meo Spiritu* &c.
„Quodsi corpore adhuc indutus Paulus in com-
„mune consulere Spiritu suo Corinthi posse
„putavit, non est desperandum, eos etiam,
„qui e vita excesserunt, beatos ad ecclesias
„Spiritu occurrere, & forte potius, quam is,
„qui est in corpore . . . Quodsi vero plurimi
„convenerint more humanarum Societatum,
„corporeisque magis de rebus tractantes
„erant, non respicientur a Deo . . . Et for-
„san iterum duplex fit in unum conventus,
„impiorum hominum, & malorum angelo-
„rum.

27. „Jam de parte mundi, in quam respi- *Versus*
„ciendo orandum sit, pauca dicenda sunt. *orientem*
„Cum autem quatuor sint partes, ad septen- *orandum.*
„trionem, ad meridiem, ad occasum, & ad *n. 32.*
„ortum, quis non statim fateatur, ortum
„perspicue indicare, illuc nos symbolice con-
„ver-

Susannæ cura Rodolphi Wetsthenii, omnia hæc eruditis notis illustravit. Eand D. Carolus de la Rue ex codice Basileensi tioni suæ operum Origenis Tomo I. inseri & repudiata Wetsthenii interpretatione l na, aliam nitidiorem e regione Græci tex collocavit: quam in usum D. Huetii D. Cl dius Fleuri jam antea paraverat.

§. II.

Analysis.

Ærumnæ vitæ nihili faciendæ intuitu æternæ mercedis. n. 1. 2. 3. 4.

2. Origenes initio hujus Tractatus n. 1. 2 *Primo:* Ostendit Christi confessorib eos ærumnas hujus vitæ pro nihilo reput debere intuitu æternæ mercedis, cujus cordatione in omni tribulatione exultand est, & tandem Martyres ita alloquitur: „ „lim igitur vos per omne quod instat certar „memores multæ illius mercedis, quæ in „lis reposita est iis, qui persecutionem & „probria patiuntur propter justitiam, & „pter Filium hominis *Matth.* 5. *v.* 11. . „Quod si quam in anima vestra sentiatis „gustiam, dicat ei, qui in vobis est, Spir „Christi: *Quare tristis es anima mea?* . „*Spera in Deo &c.* Ps. 41. v. 6. . . . Se „tales non simus, ut possimus semper ani „tranquillitatem servare, saltem non eff „datur, nec extraneis appareat ejus comi „tio, ut defensionis locus nobis apud De

n. 5. „superfit . . . Abrahamo dixit olim De „*egredere de terra tua*, Gen. 12. v. 1. N „forte ab eo brevi dicetur: exite de univ

„te

„terra, cui obedire bonum est, ut nobis cito
„cœlos ostendat, in quibus est id, quod di-
„citur regnum cœlorum . . . Probatio igitur n. 6.
„& examen nostræ erga Deum charitatis in-
„stans esse tentatio putanda est; tentat enim
„vos Deus, ut in Deuteronomio *cap.* 13. *v.* 3.
„Scriptum est, *ut sciat, utrum diligatis Domi-*
„*num Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex*
„*tota anima vestra.*

3. *Secundo.* Ad Martyrium excitare nos debet, „quia si omne Verbum malum *abomi-*„*natio est Domino Deo.* Prov. 15. v. 26. quan-„ta abominatio putanda est, malum negatio-„nis Verbum, malum, quo Deus alter renun-„tiatur, sermo, & malum jusjurandum per „fortunam hominis rem omnium minime sub-„sistentem? . . . Quis enim alius sermo tam „otiosus est, quam conjunctum negationi jus-„jurandum? Neque enim ullo modo sunt ado-„randæ creaturæ Creatore præsente, & ad „omnes preces sufficiente, imo eas præve-„niente . . . Pulchrum est enim ad impios „sermones obsurdescere, cum eos, qui per-„verse loquuntur, corrigere desperamus. Pro-„derit etiam nobis tunc temporis, cum ad „ea, quæ Deo contraria sunt, provocabimur, „cogitare, quid nos docere velit Deus., cum „ait: *Ego sum Dominus Deus tuus Zelotes,* „Exod. 20. v. 5. . . . Scilicet ad animam „sponsam suam Deus se Zelotem esse dicit, ut „qui id audierint, eos ab omni cum dæmoniis, „tamque iis, qui dicuntur esse dii, fornicatione „deterreat . . . Quam vero labem putave-

Negatio fidei abominanda.

n. 7. n. 8. n. 9. n. 10.

„ris deteriorem inuri posse animæ, quæ ali
„quomodocunque renuntiaverit Deum,
„eum confessa fuerit, qui vere unus, & so
„est Dominus? Equidem ut qui adhæret 1
„retrici, unum corpus efficitur, sic arbit
„eum, qui aliquem confitetur, eo maxi
„tempore, quo de fide inquiritur, adhib
„turque tormenta, commisceri & uniri
„quem confitetur: qui vero negat, ipsa ne
„tione sua quasi acuto quodam gladio ab il
„quem negat, dividi ac separari.„ Quapro
eandem mensuram vel confessionis, vel ne
n. 11. tionis a Christo recipiet. *Matth.* 10. *v.*
„Quare si per totum inquisitionis & tenta
„nis tempus locum non demus diabolo in
„dibus nostris, qui nos inquinare vult c
„tationibus malis, aut negationis, aut d
„tationis, & ad ea, quæ Martyrio & p
„fectioni sunt inimica, sollicitat; si nos ip
„præterea nullo verbo maculemus, quo
„confessione alienum sit; si cuncta feramus
„adversariorum contumelias, & ludibria,
„risus, & infamiam, & misericordiam,
„nostri misereri videntur, quos nempe err
„tes & stultos arbitrentur, & deceptos
„cant; ad hæc si neque nos divellat, atq
„distrahat uxoris liberorumve amor, aut
„cujus eorum, quæ charissima in vita put
„tur esse, ut aut possessionibus, aut huic
„vitæ hæreamus, sed ab his omnibus av
„toti Dei simus, ejusque vitæ, quæ cum
„so, & apud ipsum est, ut communion
„habituri cum unigenito ejus Filio, & h
„qui ejus participes sunt, tunc nos confes

„

„nis mensuram implevisse dicere poterimus:
„si vero vel uno istorum aliquo defecerimus,
„non implevimus, sed inquinavimus confessio-
„nis mensuram.

4. *Tertio.* Obligationem confitendi Christi fidem cuilibet Christiano etiam cum vitae „dispendio incumbere probatur ex eo: „Quia „nos id, quod dicitur testamentum, certis „conventionibus suscepimus, quas tum feci-„mus, cum nos juxta Christianam religionem „victuros recepimus. Porro dicit Evange-„lium: *Siquis vult post me venire, abneget semet-„ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* „Matth. 16. v. 24. Item Luc. 9. v. 23. sqq. „Nunc vero appareat, an sustulerimus cru-„cem nostram, & Jesum secuti simus, quod „factum est, si vivit in vobis Christus. Si no-„lumus volumus animam salvam facere, ut „ipsam animam meliorem recipiamus, Mar-„tyrio perdamus eam. Si enim eam perdi-„derimus propter Christum, eamque illi pro-„tulerimus, propter ipsum moriendo, veram „salutem ei comparabimus: sin minus, au-„dimus, nihil illi prodesse, qui universum „mundum sensibilem sua ipsius jactura lucra-„tus fuerit, quique propriam semel animam „perdiderit, ejusve detrimentum fecerit, eum „nec mundum universum, si lucratus illum „sit, posse pro amissa anima commutationem „dare. *Obligatio confitendi fidem. n. 12.*

5. *Quarto.* Origenes ad Martyrium hortatur ob eximium beatitudinis cumulum, quae Martyribus praecipue etiam promittitur Matth. 19. *Martyrii praemium. n. 14.*

19. v. 27. sqq. „*Amen dico vobis, quod*
„*qui secuti estis me &c.* Horum ego Ver
„rum causa optarim tot bonis affluere, q
„tu (*Ambrosi*) aut etiam pluribus, &
„Martyr esse Deo in Christo, quo multo
„plura accipiam, aut ut Marcus ait Marc.
„*centuplicia.* Longe plurima sunt paucis il
„quæ relinquemus, si ad Martyrium erir
„vocati centies multiplicatis. Quapropt
„Martyr fuero, velim & liberos relinqu
„& agros & domos, ut apud Deum, &
„trem D. N. Jesu Christi, *a quo omnis Pat*
„*tas in cælo & in terris nominatur.* Epl
„v. 15. multo plurimorum & sanctiorum l
„rorum pater dicar, aut ut definite dic
n. 15. „centuplorum.„ Ut autem Origenes ad h
rerum temporalium contemptum Ambro
magis accendat, ei repræsentat: Quod
„æquum est, eos, qui laboribus & torme
„probati non sunt, primas iis cedere, q
„equuleis, & variis tormentorum generi
„& igne patientiam exhibuerunt, sic &
„pauperes, etsi Martyres erimus, ratio
„det, primas vobis relinquere, qui pro
„Dei in Christo charitatem omnia conculc

Professio fidei in Baptismo. n. 17. 6. *Quinto.* Origenes Ambrosio & P
ℓteto in mentem revocat solemnes professi
in Baptismo factas, ostenditque eam ele
nem, qua promiserunt, servire vero Deo
tius, quam extraneis diis, pro ipsis in n
sitatem abiisse propter pacta cum Deo in
quando erudientibus eos in fide responder
„*Serviamus Domino, quia sanctus est.* Jos

„V

,,v. 16. Nunc autem id vobis dicendi locus
,,non est, tunc enim dixistis: *Absit a nobis*
,,*ut relinquamus Dominum, & serviamus diis*
,,*alienis, Dominus Deus noster ipse est Deus.* Ibid.
,,Sed & in Religionis fœdere olim doctoribus
,,vestris spopondistis in hæc verba: *Serviemus*
,,*Domino, quia ipse est Deus noster.* Si ergo
,,qui pacta cum hominibus conventa transgre-
,,diuntur, intestabilis quidam & a salute alie-
,,nus est, quid de iis dicendum, qui per ab-
,,negationem irrita faciunt pacta cum Deo
,,inita, & ad Satanam recurrunt, cui, cum
,,baptizarentur, renuntiarunt.

7. *Sexto.* ,,Ad Martyrium excitare nos de- *Martyrium jucundum sanctis spectaculum.*
,,bet, quia ingens convocatur corona ad spe-
,,ctandum certamen nostrum, cum ad Marty-
,,rium vocamur . . . Mundus enim universus,
,,& omnes Angeli dextri sinistrique, & omnes
,,homines, & qui a Dei partibus, & qui a n. 18.
,,reliquis stant, nostrum audient pro Religione
,,Christiana certamen, & vel in cœlis Angeli
,,super nos gaudebunt . . . Cum econtra ei
,,qui negaverit, a diabolo dicetur: *Et tu ca-*
,,*ptus es sicut & nos.* Is. 14. v. 10. Et etsi quis
,,magnæ & gloriosæ in Deo spei fuerit, ta-
,,men si postea seu timiditate, seu objectis la-
,,boribus victus erit, hæc a Deo audiet: *De-*
,,*scendit ad inferos gloria tua.* Is. 14. v. 11.
,,. . . Caveamus ergo, ne vel dubitatio no-
,,bis unquam oboriatur, an negandum sit,
,,an confitendum, ne & ad nos dicatur hic
,,Eliæ sermo: *Usquequo claudicatis in duas par-*
,,*tes? Si Dominus est Deus, sequimini eum.*

 ,,3. Reg.

n. 19. „3. Reg. 18. v. 21. Verisimile est autem
„& subsannandos a quibusdam, & opprol
„habendos a vicinis nostris, qui sunt in
„cuitu nostro . . . quæ cum acciderint,
„camus Deo; *Posuisti nos opprobrium vicinis*
„*stris . . . nec obliti sumus te &c.* Ps.
n. 20. „v. 14. sqq. Meminerimus nos in hac vita c
„stitutos, & cogitantes vias, quæ extra
„tam sunt, dicere Deo: *Declinasti semitas*
„*stras a via tua.* Ps. 43. 18. Meminisse op
„tet locum afflictionis animæ esse locum istu
„in quo humiliati sumus, ut in precibus
„stris dicamus: *Humiliasti nos in loco afflic*
„*nis &c.* Ps. 43. 19. Confidenter autem &
„lud dicamus: *Si obliti sumus nomen Dei no*
n. 21. „ . . . *nonne Deus requiret ista?* v. 20. N
„apertum modo Martyrium, sed & occult
„perfecte suscipere contendamus, ut &
„apostolico more dicamus: *Gloria nostra*
„*est testimonium conscientiæ &c.* 2. Cor. v.
„Et: *ipse novit absondita cordis.* Ps. 43. v.
„& maxime cum ad mortem ducemur, qu
„do dicemus, quæ a solis Martyribus D
„dicuntur: *Quoniam propter te mortificamur*
„*ta die.* v. 22. Quodsi nobis unquam p
„dentia carnis injiciat metum minantium m
„tem judicum, tunc illud e Proverbiis di
„mus cap. 7. v. 2. *Fili honora Dominum,*
„*valebis, præter eum vero ne timeas alium.*

Exemplum Machabæorum, & 8. *Septimo.* Origenes ad Martyrium s
ferendum excitat, proponendo exemplum Ele
zari, & septem fratrum Machabæorum
libro 2. Mach. c. 6. & 7. & subjungit: „Arbitr
„n

„me utilissime hæc breviter e scriptura pro- *Eleazari.*
„posuisse, ut videamus, quid adversus cru- *n.* 22. 23.
„ciatus acerbissimos, & gravissima tormenta 24. 25.
„possit pietas, & amor Dei quovis amore longe 26. 27.
„potentior.

9. *Octavo.* Ad Martyrium nos gratitudo *Martyrium grati erga Deum animi signum.*
erga Deum animare debet: „Nam cum vinci *n.* 28.
„nolit, qui sanctus est, velitque beneficia re-
„pendere, quibus eum Deus prævenit, quæ-
„rit, quid Domino faciat pro universis, quæ
„ab illo accepit; nec aliud quidquam invenit,
„quod possit homo gratus Deo reddere æquale
„beneficiis, quam in Martyrio mori; scriptum
„est enim: *Quid retribuam Domino pro omni-*
„*bus, quæ retribuit mihi?* Et addit: *Calicem*
„*salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*
„Ps. 115. Solet autem Martyrium calix salu-
„taris vocari, ut in Evangelio reperimus:
„*Potestis bibere calicem, quem ego bibo?* Matth.
„20. v. 21. . . Sed aliquis forte propter hæc
„verba: *Pater si possibile est, transeat a me calix*
„*iste.* Matth. 26. non perpenso Scripturæ sen-
„su Servatorem sub passionis tempus minus
„fortiter se habuisse putaverit, illo autem ti-
„mente, dicet aliquis, quis semper fortis
„erit? Primum autem interrogabimus eos,
„qui de Salvatore hæc suspicantur, an minor
„fuerit eo, qui dicebat: *Dominus illuminatio*
„*mea, & salus mea, quem timebo?* Ps. 26. v. 1.
„seqq. Forte autem non alterius sunt a Propheta
„relata verba, quam Servatoris ipsius . . .
„Ejusdem igitur non est, timide dicere; *tran-*
„*seat a me calix iste*, & fortiter pronuntiare:

„*si consistant adversum me castra, non timebit*
„*meum* . . . Vide etiam, an cum omne M
„tyrium vocetur ab illo Martyrium,
„genus Martyrii eum recusasse, cum dice
„*transeat a me calix iste*, dixisset enim, tı
„seat a me calix, sed forte speciem illam
„fugisse, & aliam fortasse graviorem ta
„postulasse, ut per alium calicem unive
„lius aliquod, & ad plures pertingens be
„ficium perficeret. Quod ut fieret, nond
„concedebat sapientior voluntate Filii vol
„tas Patris, aliter ac videbat Salvator,
„& ordine res administrantis: „ Ubi Orige
„humanam Christi voluntatem designat, q
„tamen Divinæ se perfectissime conformab

Martyrium peccata remittit. n. 30. 10. *Nono.* Ad Martyrium accendem
„Si meminerimus, nos peccasse, nec p
„remissionem peccatorum sine Baptismate
„cipi, nos autem juxta Evangelicas leges ı
„posse baptizari aqua & Spiritu in remis
„nem peccatorum, sed datum nobis esse m
„tyrii Baptisma; sic enim vocatur Marc.
„v. 38. & Luc. 12. v. 50. *Baptismo ha*
„*Baptizari.* Attende etiam, num Mart
„nostri Baptisma, ut illud Christi mundi p
„gatio fuit, multorum sit etiam, qui per
„lustrentur, purgatio. Ut enim qui sec
„dum Mosis legem assistebant altari, per s
„guinem taurorum & hircorum remission
„ministrare peccatorum videbantur, sic eor
„animæ, qui propter testimonium Jesu sec
„percussi sunt, cœlesti altari non adstant s
„stra, sed precantibus remissionem pecca
„rum ministrant.

11. *I*

11. *Decimo.* Ad Martyrium nos excitet: *Via ad coelum angusta.* n. 31.
„Quia beatitudo futura ab asperiori & hiberna,
„ut ita dicam, tempestate incipienda est.
„Prius enim angusta & arcta via hieme obeun-
„da est, ut cum hic beatorum quisque osten-
„derit, quo pacto in sua se administratione
„gerat, illud deinde eveniat Cant. 2. v. 10.
„*Veni vicina mea, formosa mea, columba mea,*
„*jam enim hiems transiit &c.* Et vos adhuc me-
„minisis, non aliter vos posse audire illud:
„*Hiems transiit*: nisi præsentem hanc tempe-
„statem fortiter constanterque sustinueritis;
„cum autem transierit hiems, & imber recess-
„serit, flores apparebunt; *Plantati* enim *in*
„*domo Domini, in atriis domus Dei nostri flore-*
„*bunt.* Ps. 91. v. 14.

12. *Undecimo.* „Illud etiam novimus, cum *Daemon ad negandam fidem vult cogere.* n. 32.
„nobis Jesus persuaserit, idola & impium mul-
„torum deorum cultum relinquere, suadere
„nobis idololatriam inimicum non posse, sed
„cogere velle. Ea causa est, cur talia in eos
„exerceat, in quos potestas ipsi datur, ut vel
„Martyres eos, qui tentantur, efficiat, vel
„idololatras. Sæpe etiam nunc dicit: *Hæc*
„*omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.*
„Matth. 4. v. 9. Caveamus igitur, ne ido-
„lo colamus umquam, & nos dæmoniis sub-
„jiciamus . . . Non enim olim tantum sta- n. 33.
„tuam auream Nabuchodonosor erexit, ne-
„que tunc solum Ananiæ, Azariæ, & Mi-
„saeli minatus est, eos, ni adorarent, in ca-
„minum ignis injiciendos, sed & nunc alius
„Nabuchodonosor idem dicit nobis, qui tran-

 „simus,

„simus, & vere Hebræi sumus. Nos aut
„ut cœlestem rorem experiamur, qui omn
„a nobis ignem extinguat, sacros illos i
Historia Bel & draconis. „temur juvenes. . . . Evertamus Bel ve
„Dei, draconemque cum Daniele occidam
„ut ad ora leonum accedentes, nihil ab
„pati possimus, sed ii tantum, qui hujus no
„certaminis causa sunt, ab iis deglutiantu

Christus persecutiones prædixit. n. 34. 13. *Duodecimo.* Martyribus exempl
Apostolorum, & prædictionem persecution
„a Christo ipso Apostolis factam propon
„*Tradent enim vos in Conciliis, &c.* Matth.
„v. 17. 24. Luc. 12. 14. sqq. Docet eti
„nos Dominus, neminem absque providen
„Divina ad Martyrii certamen pervenire;
„citur enim: *Nolite timere eos, qui occia*
„*corpus . . . omnis ergo, qui confitebitur me*
„*ram hominibus, confitebor & ego eum co*
„*Patre meo &c.* Matth. 10. v. 28 - 34.
„Luc. 12. v. 4. sqq. Qui nos interficiunt,
„tam corporis occidunt, animam etsi veli
„occidere non possunt, quomodo enim occ
„posset anima, quam ipsa confessio vivere
„cit. Et hoc observa, non servis Jesu,
„amicis datum esse præceptum, *nolite tin*
„*eos* &c. . . Confitebimur igitur Filium I
„coram Deo & hominibus, & non diis,
„vices nobis retribuat ille, quem confessi
„mus, cum confitebitur nos coram Deo
n. 35. „Patre suo . . . Quis autem hæc reput
„illud Apostoli non exclamabit: *Non sunt c*
„*dignæ passiones hujus temporis ad futuram g*
„*riam &c.* Rom. 8. v. 18. . . . Siquis aut
„ne

„negare coram hominibus cogitat, memine-„rit ejus, qui vere dixit: *negabo & ego eum „coram Patre meo* . . . Nec eo tantum cer- n. 36.
„tandum est, ne negemus, sed ne omnino „erubescamus, cum Dei hostes turpia pati nos „existimant, sed illud audiendum est: *qui me* n. 37.
„erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis „erubescet &c. Luc. 9. v. 26. Et *Jesus susti-„nuit crucem confusione contemta.* Hebr. 12. v. 2. „Et imitatores ejus confusione contemta assi-„debunt ei, & cum eo regnabunt in cœlis, „cum eo, inquam, qui *venit non pacem mittere in „terram, sed gladium.* Matth. 10. v. 34. gla-„dium autem misit inter imaginem terreni, „& imaginem cœlestis hominis. Nec gladium „tantum venit mittere in terram, sed & ig-„nem, de quo dixit: *Quid volo, nisi ut accen-„datur?* Luc. 12. v. 49. Accendatur igitur „hic ignis in vobis, deleatque terrenas om-„nes, & corporis amicas cogitationes, & „Baptismo, quo, usquedum perficeretur, „coarctabatur Jesus, libentissime baptizemini „. . . Mementote illius: *siquis venit ad me, „& non odit Patrem . . . adhuc autem & ani-„mam suam, non potest meus esse discipulus.* „Luc. 14. v. 26. Sed animam vestram sic „odio habete, ut eam per odium in vitam „æternam custodiatis. *Qui enim odit animam „suam,* inquit Joan. 12. v. 25. *in vitam æter-„nam custodit eam.*

14. *Decimotertio.* „Meminerimus singuli, „quoties morte vulgari interire periclitati si-„mus, cogitemusque, num forte simus ideo „ser-

Deus ad agendam pœnitentiam nos

Martyrio reservat. „servati, ut proprio sanguine abluti, &
„peccato mundati apud cœleste altare cur
n. 39. „qui similiter certaverint, conversemur
n. 40. „Cum e contra qui parat dæmoni men
„& fortunæ vinum miscet, relinquat D
„num, & cum montis sancti ejus oblitu
„reprehensioni illi subjectus erit Is. 65. v
„*Vos autem qui dereliquistis me . . . tradar*
„*in gladium &c.* Et 1. Joan. 2. v. 23. *O*
„*qui negat Filium, nec Patrem habet &c.*
n. 41. „morte transivimus ad vitam, eoquo
„infidelitate ad fidem transierimus, ne r
„mur, si nos odit mundus . . . Pro r
„posuit animam suam Jesus, & nos i
„ponamus eam, non dicam pro ipso, sec
„nobis, opinor autem pro iis, qui Mar
„nostro ædificandi sunt. Adest nobis ter
„Christiane gloriandi, ait enim: *gloriam*
„*tribulationibus &c.* Rom. 5. v. 3. . . .
„lus quidem dicat: *si secundum hominem a*
„*stias pugnavi Ephesi.* 1. Cor. 15. v. 32.
„autem: si secundum hominem occisus su
n. 42. „Germania. *Si sicut abundant passiones Ch*
„*ita per Christum abundat consolatio*, 2. C
„v. 5. Summa alacritate passiones Christ
„scipiamus, & abundent illæ in nobis
„abundantem consolationem appetimus, q
„consequentur omnes, qui lugent . . . *In*
„*nibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei mi*
„*in multa patientia &c.* 2. Cor. 6. v. 3.
„angusta arctaque via incedentes ad vi
n. 43. „perveniamus . . . Nunc ostendamus,
„scientiam per opera scientiæ conveni
„concupivisse: omnis castitas manifestet

„n

„nobis, ut longanimis Dei Filii, & longani-
„mis Christi fratres, longanimitatem in omni-
„bus, quae nobis accidunt, exhibeamus . . :
„si oportet se commendare per arma justitiae a
„dextris, & a sinistris, qui commendavimus
„nosmetipsos per gloriam, qua numquam ela-
„ti sumus, nunc infamiam patienter feramus;
„ac sicut bonam famam moribus nostris meri-
„ti sumus, & consecuti, irrogatam ab impiis
„infamiam sustineamus. Praeterea si ut *vera-*
„ces nos mirati sunt ii, qui veritatem amant,
„nunc cum dicimur *seducti*, rideamus. Ob
„multa, quibus liberati sumus, pericula mul-
„ti nos Deo *cognitos* esse dixerunt, nunc qui
„volet, dicat nos *ignotos*, cum forte magis
„cognoscimur. Ferentes igitur, quae contin-
„gunt, *castigamur*, *sed non mortificamur*, &
„tristes assimilamur qui *gaudentes* . . . Ma- *n.* 44.
„gnum igitur & nos sustineamus certamen
„passionum . . . Credimus enim, meliorem
„nos habere substantiam, ac ne terrenam ac ne
„corpoream quidem, sed invisibilem & incor-
„poream. *Hebr.* 10. *v.* 32. *sqq.*" Maxime *n.* 45. 46.
execrandum sit, daemones in aere commo-
rantes, nidoribus, & sanguine pascere, &
nomen Dei idolis & falsis diis attribuere.

15. *Decimoquarto.* Aliud motivum Mar- *Martyrium animam conjungit Deo.*
tyrii sufferendi Origenes petit ex naturali de-
siderio animae Deo adhaerendi, cum quo ali-
quam cognationem habet: quia intelligibi-
lis, & incorporea est. „Est enim manifestum, *n.* 47.
„mentem habere cognationem cum intelligi-
„bilibus, & cum eo, qui intelligibilia supe-
„rat

„rat Deo. Quid ergo refugimus, & dol
„mus abjecto, quod nos impedit, corrupt
„corpore, & terreno tabernaculo, quod
„mam gravat & onerat, mentem sollici
„vinculis absolvi carnis, ac sanguinis flu
„evadere, ut cum Christo Jesu propria be
n. 48. „tudinis requie perfruamur. Dudum
„sermones audivimus, & multo jam tem
„ex Evangelii præscripto viximus, ædi
„vimusque nobis omnes domum; ubi
„ædificaverimus, an supra petram, & fo
„rimus in altum; an super arenam sine
„damento, præsens ostendet certamen: in
„enim tempestas ferens pluviam, & flum
„& ventos, vel ut Lucas vocat, *inundation*
„& hæc illisa domui vel non poterunt e
„movere, & propterea non cadet dom
„quippe supra petram Christum fundata,
„ædificii debilitatem arguent, quod insta
„occasione corruet, quod a nostris absit a
„ficiis . . . Quamobrem nos precemur,
„assimilemur *viro sapienti, qui ædificavit*
„*mum suam supra petram.* Matth. 7. v. 24
n. 49. „Demonstremus animam nostram semen
„suscepisse, non ut qui secus viam sunt,
„que ut petrosa, neque ut spinæ, sed ut t
„ra bona. . . . Quando igitur juxta Apo
„lum *Dei agricultura, Dei ædificatio* estis,
„ædidcatia Dei stemus inconcussi ad tem
„statem, ut Dei agricultura neque de m
„gno curemus, neque de tribulatione,
„persecutione, quæ propter Verbum oriat
„neque de sollicitudine hujus sæculi, neq
„de fallacia divitiarum, aut de vitæ volup
„tibu

...ibus, sed his omnibus contemtis festinemus ad eas divitias, quae fallaciam non habent, ... ad voluptates, ut ita dicam, Paradisi de... properèmus.

16. Tandem Origenes concludit sanctis Confessoribus repraesentans: 1. „Quod dictum est „de Abel ab homicida & injusto Cain occiso „in omnibus convenire, quorum injuste san„guis effusus est, scilicet: *Vox sanguinis fra„tris tui clamat ad me de terra.* Gen. 4. v. 10. „Deinde 2. forte etiam ut pretioso sanguine „Jesu emti sumus, sic & pretioso sanguine „Martyrum quidam ementur, cum Martyres „magis exaltandi sint, quam exaltati fuissent, „si justi tantum, non etiam Martyres fuissent; „[illegible] est enim, exaltationem proprie dici „mortem, quae in Martyrio obitur, ut ex illo „apparet: *Si exaltatus fuero a terra, omnes „traham ad me ipsum.* Joan. 12. v. 32. Clari„ficemus igitur & nos Deum, morte nostra „eum exaltantes, quandoquidem, qui Mar„tyr est Deum sua morte clarificat, quod & „[illegible] a Joanne didicimus, cum ait: *Hoc „autem dixit, significans, qua morte esset clari„ficaturus Deum.* Joan. 21. v. 19. Haec pro „facultate mea, ut licuit, ad vos scripsi, „quae vobis precor ad praesens certamen utilia „sint: quodsi vos maxime, utpote digni, qui „[illegible] e divinis mysteriis perspiciatis, majo„ra & pretiosiora atque ad propositum effica„ciora assecuti, haec ut tenuia & puerilia spre„veritis, id accidet, quod ego quoque vobis „optarim. Propositum enim nobis est, non

„ut

„ut per nos, quod in vobis est, perfici:
„sed ut quomodocunque perficiatur: atque
„nam per illa perficiatur, quæ diviniora &
„dentiora sunt, & omnem hominum supe
„tia naturam verba, & Sapientiam Dei.



ORIGENIS OCTO LIBRI CONTRA CELSUM.

§. I.

Argumentum.

1. Celsus Philosophus Epicureus librum tra Christianam Religionem sub t λόγον ἀληθῆ sermo verus scripsit; verum leviter Christianæ Religionis principiis i tus erat, ut subinde Gnosticos pro veris stianis erronee reputaret: unde factum e infirmis sæpius armis contra Christianos d taret. Contra hunc igitur Origenes octo libros de Veritate Religionis Christianæ annum 247. edidit, quos Fabricius *in Græc.* opus præclarum, lectuque digniss vocat, & D. Dupinus *Bibl. Auct. Eccl.* ait: „Origenis libri contra Celsum præst „simum opus sunt, & profunda eruditio „fertum. Item: Liber hic politissime n „animi attentione, exquisitaque me „optimum Origenis opus est: sed etiam „logia pro Christianis absolutissima & ela „tissima omnium earum, quas nobis tra „sit antiquitas.„ Librorum horum prim

tio latine tantum interprete Christophoro Persona Romae anno 1481. in lucem prodiit, quae cum satis imperfecta esset, anno 1605. Augustae Vindelicorum hi libri Græce & latine prodierunt interprete Sigismundo Gelenio cum notis Davidis Hœschelii, cui tamen editioni Cantabrigensis anni 1658. & 1677. cum notis Spenceri praefertur. Melior adhuc est interpretatio Eliae Boherelli anno 1700. Amstelodami edita. Optima denique D. Caroli de la Rue, quam tomo primo Operum Origenis inseruit.

§. II.

ANALYSIS LIBRI PRIMI.

Præfatio.

Origenes in sua ad libros contra Celsum hortatu Ambrosii conscriptos Præfatio- *Celsi calumnias* notat inprimis, quod „Salvator ac D. N. *vita Christianorum* Jesus Christus, cum falsis premebatur testi- *refutat.* moniis, obticuit, ad crimina objecta nihil *n. 1. 2.* respondit; quippe qui persuasum habebat, tota vita sua, rebusque inter Judæos gestis melius falsa testimonia dilui, & crimina repelli, quam si ullis se sermonibus defendisset. Tu vero pie Ambrosi, nescio qua causa volueris me depellere calumnias & criminationes, quas contra Christianos Ecclesiarumque fidem scripto Celsus edidit, quasi eas aperte non falsi convincerint res ipsæ, nec eas obtereret doctrina quovis scripto præstantior, & quæ neque idem illis ullam probabilitatem relinquit, aut quidquam virium habeant.... Jesus igitur

„semper falsis testimoniis premitur, & quia s
„per inest hominibus malitia, semper acc
tur. Silet quidem ad hæc hodieque, nec q
„quam voce respondet, sed Germano
„ejus discipulorum vita defenditur; hæc e
„falsorum testium perfidia validior falsa t
„monia calumniasque redarguit, atque eve

Ob infirmos scripta Celsi refutanda sunt.

n. 3. 3. „Quamobrem affirmare non dub
„quam a me defensionem parari postulas,
„illam debilitari, quæ rebus & factis con
„simulque illam Jesu potentiam, quæ non
„nino stupidis evidenter apparet. Tame
„tua jussa detrectare videar, conatus sum
„viribus ad singula, quæ Celsus objecit, i
„spondere, quod ea evertere visum est,
„etsi non arbitror, ullum e fidelibus esse,
„scriptis ejus commoveri queat: nam p
„beat Deus, ut quisquam sit, qui postq
„tantam adeptus est Charitatem Dei in C
„sto Jesu, Verbis Celsi ejusve similium a
n. 4. „posito dimoveri possit. . . . Quodsi Ap
„los gloriari oporteat, se a Charitate Dei n
„morte, neque vita separari posse, mihi ne
„quam placeret is, cujus fides in Christum
„scriptis Celsi, qui defunctus jam pridem
„vitam vivere desiit, aut alia sermonis pr
„bilitate subverti potest. . . . Attamen
„fieri potest, ut in vulgo fidelium reperia
„quibus exitio esse possent Celsi scripta, s
„autem defensio, quæ dilueret Celsi ca
„nias, & stabiliret veritatem; statui tua
„capessere, scriptumque, quod ad me m
„confutare.

4. „C

4. „Quod quidem scriptum licet inscriba-
„tur a Celso, *sermo verus*, neminem tamen
„puto, si modo in Philosophia tantulum pro-
„fecit, hanc illi laudem concessurum fore. Sa-
„ne Paulus, cui non latebat, multa esse in
„Philosophia Græcorum non contemnenda,
„imo quæ, tametsi falsa, specie tamen veri
„multis fucum facere possint, *Coloss.* 2. *v.* 8.
„cernens in Sermonibus Sapientiæ *hujus mundi*,
„videri quiddam magnificum, dixit Philoso-
„phorum illorum sermones esse *secundum Ele-
„menta hujus mundi*. At Celsi scripta nemo sa-
„næ mentis dixerit esse secundum Elementa
„hujus mundi. Et illa quidem Philosophorum
„scripta, quod quidam fallax & captiosum præ-
„se ferant, *inanem fallaciam vocavit*. . . . At
„Celsi scripta nullam fallaciam mihi habere vi-
„dentur, atque adeo ne vanam quidem, qua-
„lis eorum Philosophorum est, qui sectarum
„auctores fuere, quique ad res hujusmodi in-
„genium non vulgare attulerunt.

Celsi scriptum falso sermo verus inscribitur.
n. 5.

5. Denique monet Origenes iterum: „Se
„hanc Præfationem ante operis initium collo-
„casse, ut qui in hoc opus inciderit, statim a
„limine intelligat, id non fuisse fidelibus elu-
„cubratum, sed iis, aut qui fidei in Christum
„gustum non habent, aut quos infirmos in
„fide vocat Apostolus *Rom.* 14. Hæc Præfa-
„tio, ait Origenes, me etiam lectori excusa-
„bit, quod aliam in initio, aliam in sequen-
„tibus refellendi Celsi rationem secutus sim:
„nam primum rerum capita, & quæ contra
„dici possent, paucis adnotare constitueram,

„hæc omnia postea in sermonis veluti co
„redacturus: deinde vero res ipsa monuit
„tius fore, si tempori parcerem, contentu
„iis, quæ initio Celsi criminationibus obj
„ram, in consequentibus pro virili contra
„decertarem. Quapropter ignoscas velim
„quæ post Præfationem initio sunt: qu
„neque tibi faciunt satis, quæ sequuntur,
„quoque similem petens veniam, mitto t
„Sapientiores, & qui dictis scriptisque i
„hominis contra nos calumnias refellere
„leant. Sapit tamen ille magis, qui illud
„scriptum legens, defensione omnino non
„get, sed totum quantum est, conten
„quod simplex quisque fidelis per inhabi
„tem in se Spiritum non immerito facit

ORIGENIS CONTRA CELSU
LIBER PRIMUS.

Foedera pro defendenda veritate licita sunt. n. I.

6. Origenes in hoc Libro Celsi calumnias tra Religionem Christianam refutat *Primo* quidem, „volens Celsus invidiam C
„stianismo conflare, *quod foedera inter se*
„*ineant Christiani legibus vetita*, ait.... Ne
„vult in eam quam Christiani mutuam ag
„vocant, odium excitare, quasi communis
„culi causa instituta fuerit, & validior sit c
„Sacramento.„ *Respondet* Origenes: „Non
„surdum est, foedera contra leges inire ve
„tis defendendæ causa. Sicut enim, siqui
„foedera inter se inirent, ut tyrannum ur
„invadentem e medio tollant, illi recte f
„rent; ita Christiani diabolo, mendacio
„a

...d ipsos tyrannidem exercentibus merito ...n perfractis diaboli legibus contra diabo... ipsum foedera ineunt, sicque dant ope... eorum saluti, quibus persuaderi potest, ...nc tyrannicam legem excutiant.

Secundo. „Celsus ait, *barbaram esse Chri... doctrinae Originem*, qua procul dubio ...ismum intelligit, e quo tamquam appen...r Christianismus. Hic saltem hanc fer... aequitatem, ut id illi vitio non vertat, ...a ipse barbaros laudat, ut qui dogmata ...ogitare possint; sed addit, non alios esse, *...melius Graecis inventa barbarorum dijudicent, ...gumentis confirment, ad virtutis usum acco...dent. Resp.* Ex ejus igitur dictis id pri...m ad Christianarum veritatum defensionem ...ligendum, siquis Graecanicis disciplinis im...tus, in iisque exercitatus ad nos transierit, ...m non modo judicaturum vera esse, quae ...edimus, sed etiam rationum momentis fir...turum, additurumque ea, quae deesse vi...ntur, ut Graecarum Scholarum more & le...us demonstrari queant. Sed adjicio: do...inam Christianam sua quadam propria ra...ne demonstrari. Divina est haec ratio, & ...eam Graecorum Dialectica ne comparari ...idem potest: illam sitam esse docet Apostolus *...Cor. 2. v. 4. in Ostensione Spiritus, & virtutis.* ...iritus quidem, propter prophetias, quarum ...mium perspicuitas & evidentia quemvis le...orem persuadere potest, ut ea praesertim ...edat, quae ad Christum pertinent, virtutis ...tem, propter miracula, quorum patran- „dorum

Christiana doctrina sua rationis demonstrari potest. n. 2.

„dorum vim ac potestatem penes Christi
„esse, cum ex multis aliis, tum inde ma
„efficitur, quod eorum adhuc supersint v
„gia apud eos, qui ex legis Christianæ
„ceptis vitam suam, moresque exigunt.

Doctrina Christiani suis hostibus superior. n. 3.

8. *Tertio.* Celsus calumniatur: „*Chri*
„*nos, quæ lubet, facere & docere clanculum*
„*id quidem magna ratione, sic enim capitale*
„*bi intentatam poenam effugere*: illorum pe
„lum confert, quæ ob Philosophiam adiit
„crates, addere poterat Pythagoram, a
„que Philosophos. *Resp.* Illi dicendum, A
„nienses confestim pœnituisse sui in Socra
„facinoris, suumque odium omnino posu
„quemadmodum & alii erga Pythagoram
„quidem Pythagorici diu Scholas habue
„in ea Italiæ parte, quæ magna Græcia
„cabatur. Sed ad Christianos quod spec
„Senatum Romanum, Imperatores div
„temporibus, milites, populos, ipsos eo
„qui credebant, parentes in eorum doctri
„conspirasse, ut tot undique hostium in
„circumvallata haud dubie oppressa fuisset
„Divina virtute sustentata non modo evas
„sed etiam orbem universum vicisset vel
„conjuratum.

Quædam morum regulæ omnium animis impressæ. n. 4.

9. *Quarto.* „De nostra morum discip
„detrahere se putat Celsus tamquam *nec*
„*vi, nec nova, quod ea nobis sit communis*
„*aliis Philosophis*, cui ita *respondendum* est:
„omnes haberent communes quasdam de
„ribus regendis notiones in animis impres
„e

. in se Dei judicium accersunt,
. peccatis pœnam declinarent.
.irum , Deum , quæ per Pro-
atorem docuit , eadem in om-
m animis impressisse , ut Deo
.lus excusatione uti possit , cum
ii sensum legis in corde suo scri-
.beat. Quod autem Christiani
ia sentiunt, id ipse Celsus expo-
veluti confirmat dicens , ab illis
deos manufactos non existimari,
:ta ratione alienum sit, deorum in
:abere improborum , perditis mo-
:pe etiam injustorum artificum ope-
.de ut ostendat, neque hanc senten-
: Christianorum propriam aut ab illis
:n , Heracliti verba refert dicentis :
res inanimas , tanquam dii essent , acce-
n perinde facere , ac siquis cum parieti-
fabuletur. Verum hæc, ut & alia , quæ
nicen pertinent, docent insitæ hominum
:s notiones ; hinc hausit Heraclitus. . . .
addo ego Zenonem Cittiensem , qui in
: de republica ait : *Nihil opus erit Sacel-*
idolorum) *construi , nihil sanctum existi-*
ndum est , quod a fabris operisque construitur.
quet igitur etiam de hoc dogmate litteris
ei inscriptum esse hominum mentibus , quid
pendum sit.

Idololatria est contra rectam rationem. n. 6.

„cit, discat, immortalem non esse, qui
„tuus est, sed qui surrexit e mortuis.

Cur Christus incommoda prævisa non declinavit.

7. *Septimo.* „Valde stultum & illud C
„*Quis Deus, aut dæmon, aut vir prudens,*
„*hujusmodi incommoda sibi obventura esse pr*
„*deat, & non illa, siquidem posset, evitaret?*
Etiam Socrates, Leonidas, & alii mor
n. 17. pro virtute & bono communi non declinar
„Quid igitur mirum videri debet, si Jesus
„præscius rerum, quæ sibi essent obventu
„ea tamen discrimina subiit, quæ prævide
„Paulus periculo præviso in Jerusalem se c
„misit: *Act.* 21. *v.* 12. Quin & multi e
„stris, quamvis probe scirent, se, si in confi
„do Christianismo perstarent, morituros,
„men despecta vita volentes mortem piet
n. 18. „causa occubuerunt . . . Sequitur & a
„stultum Judæi apud Celsum: *Si prædi*
„*istum proditurum, illum vero negaturum*
„*cur illum ut Deum veriti non sunt, caver*
„*que iste, ne proderet, ille, ne negaret.* *Resp.*
„prænovit proditurum, novit malitiam, u
„nascitura erat proditio, quamque evert
„prænotio omnino non poterat: quemadn
„d

dum si præscivit negaturum, novit imbecil-
„litatem, quæ datura erat locum negationi,
„hacque de causa negaturum esse prænuntia-
„vit. Hæc vero imbecillitas coerceri confe-
„stim non potuit a prænotione . . . Hæc er- n. 19.
„go acciderunt, & quidem ut possibilia; &
„quia acciderunt, propterea prædicta fuisse
„verum est: nam vera rerum futurarum prædi-
„ctio ex eventibus judicatur . . . Quando *Prænotio*
„igitur Celsus putat, quod prædictum est, *rei futuræ*
„ideo fieri, quia prædictum est, id illi nullo *causa non*
„modo assentimur, nec enim dicimus, eum *est.*
„qui prædixit, causam ideo esse, cur res fu- n. 20.
„tura sit, quia prædixit, eam futuram; sed
„cum res futura, etiamsi prædicta non esset, fu-
„tura sit, illam sui prædicendæ locum præbuis-
„se illi, qui prænoscit. Atque totum hoc ani-
„mo ejus, qui prædicit, obversatur, cum res
„hæc accidere possit, & possit non accidere,
„e duobus hoc unum accidet. Neque dici-
„mus, a prænoscente effici, ut res aut eve-
„nire, aut non evenire possit, ita ut, qui
„prænoscit, dicat, res hæc omnino futura est,
„& impossibile est aliter fieri. Atque hac ra-
„tione intelligi par est omnes prædictiones,
„quæ vel in Divinis scripturis, vel in Græco-
„rum historiis reperiuntur, de iis, quæ in no-
„stro posita sunt libero arbitrio:„ Hoc Orige-
„nes exemplificat in Vaticinio de Juda prodi-
„tore. Ps. 18. Et in oraculo de Laio occi-
„dendo; & postquam ignavam illam argumen-
„tationem, uti vocat, exsibilavit: vel fatum
„est, ut sanus fiam, & frustra utor medicina,
„vel non est, & nec sic medicina me curabit,
quia

quia sanitas a medicina dependere po
subdit, prænuntiata quidem certo, non
men necessario a libere agentibus futura ess
„Unde nec ex eo, quod Jesus prædixerit,
„altero se proditum iri, vel ab altero neg
„dum esse, sequitur, ut illis impietatis &
n. 21. „farii facinoris causa fuerit . . . Nec ob
„quod Judas mensæ Dei particeps Divino
„magistro insidias struxerit. Quis enim nes
„multos fuisse, qui etiam illis, quibus
„sale mensaque communibus utebantur, f
„xerint insidias? Referta est Græcorum F
„barorumque historia ejusmodi exemplis
n. 22. „Neque Jesus aut insidias meditatus fuit,
„discipulos proditores, impiosve fecit, ut
„dictis liquet.

Christus dolores vere & sponte tulit. n. 23.

8. *Octavo.* „Post hæc Celsi Judæus di
„*Si Jesus passus est, ut Patri morem ger*
„*quæcunque & Deo, & volenti, & sponte*
„*ferenti illata sunt supplicia, nullam illi*
„*num attulisse, nullamque molestiam. Resp.*
„quæ illi inflictæ sunt pœnæ, nullam a
„lerunt molestiam, nullum dolorem, c
„modo Celsus concessit, illum tulisse su
„cium? nempe ignoravit, eum qui nasce
„corpus sumpsit, illum hujusmodi assump
„in quod pœnæ, & quidquid iis, qui
„pore induti sunt, molestum accidit, ca
„posset. Quemadmodum igitur volens su
„pit corpus, eadem prorsus ac humanum
„tura, sic etiam suscepit, quidquid illi m
„stiam parit . . . Venit, quia voluit, ie
„propterea, quod pro hominibus morie

„C

„omni creaturæ esset profuturus. . . . Nec „obstat, quod Celsus objicit, quod luxerit Je„sus, & obsecraverit: *Pater mi si potest calix „iste transire.* Non enim scriptum invenitur, „Jesum luxisse: deinde prætermittit, quod pro„xime sequitur, & ex quo pietas Jesu erga Pa„trem, magnanimitasque inprimis elucescit: „*Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* „Matth. 27. v. 39. Et: *Si non potest hic calix „transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* „v. 42. Hic igitur describitur, quæ in Jesu „humana natura erat, carnis infirmitas, & ala„critas Spiritus: infirmitas quidem, cum ait: „*Transeat a me* &c. alacritas vero Spiritus his „verbis: *Non sicut ego volo* &c. . . . . Scio „aliam dari hujus loci interpretationem, quæ „hujusmodi est: cum Salvator prævideret, „quas populus Judaicus, & Jerusalem luitu„ri essent poenas ob facinora, quæ in ipsum au„si fuerant, præ suo in illos amore volens „averti ab illo populo tot mala, quæ ipsi im„pendebant, dixit: *transeat a me calix iste*.... „Jam si, ut dicit Celsus, neque molestum ne„que grave Jesu fuisset, quod ipsi tunc tempo„ris illatum est supplicium, quomodo qui se„cuti sunt, illo velut exemplo tolerandæ pro„pter pietatem molestiæ uti potuissent, cum „non passus esset humana, sed tantum pati „visus fuisset. n. 24. n. 25.

9. *Nono.* „Adhuc Jesu discipulos sic com„pellat Celsi Judæus: *Quamvis meras fabulas „conscriberitis, vestra tamen figmenta ne colore qui„dem veri illinire potuistis.* Ad quod' repono, „res *Discipulorum scripta de Jesu non*

sunt figmenta. „res illas ab eis facili potuisse negotio oc„tari, si videlicet nullam de illis fecis
n. 26. „mentionem. . . . Non intellexit Cel„hæc duo in eosdem non cadere, decipi „dendo, Jesum Deum esse, & eum a P„phetis prænuntiatum, & fingere de illo, q„vera non esse certo noverint. Aut ig„non finxerunt, sed sic sentiebant, & n„dolo scripserunt: aut mentiti scripserunt „hæc non sentiebant, neque decepti Deum„lum putabant. . . . Falsum autem est fi„les Evangelii contextum ter quaterve „tasse: nam alios non novi, qui Evang„contextum immutaverint, quam Marcio„Valentini, fortasse & Lucani Sectatores. „vero criminis nostræ doctrinæ non imput„dum est: in culpa sunt, qui Evangelia „pravare audent. . . . Quod vero dicit C
n. 27. „sus Prophetarum *Vaticinia sexcentis aliis p„babilius, quam Jesu accomodari*, sigillatim „monstrare Celsus debuisset, quod nequid
n. 28. „ejus Judæus dicturus est. . . . Jam aut„diximus duplicem Christi inter homines „ventum a Prophetis prædictum fuisse, q„propter inutile fuerit refellere id, quod fic„Judæus addit: *Qui venturus est, eum P„phetæ præpotentem regem fore pronuntiant.* Qu„vero sequitur, *tam perniciosam pestem ab „non fuisse prænuntiatam:* hic agnosco Juda„rum stomachum, qui probare numquam „terunt, perniciosam pestem eum esse, qui „homines a vitiorum proluvie avocatos ad „tam naturæ consentaneam & temperantia c„terisque virtutibus ornatam advocavit.

10. L

10. *Decimo.* „Adjecit etiam Celsus, *inanibus & detortis argumentis Jesum & Deum, & Dei Filium a nobis demonstrari.* Sed inania argumenta exhibere debuisset. Ostendit magnitudinem suam, cum natus fuerit sub Augusto, qui in unum regnum maximam hominum multitudinem consociaverat: regnorum enim multitudo impedimento fuisset, quominus in totum orbem doctrina Jesu disseminaretur. . . . Flagris cæsus & in crucem actus est, quia corpus humanum assumpsit. . . . Genealogiam suam ex Regibus ducit, non obstante quod mater ejus fabri uxor fuerit; perspicuum enim est etiam nostra ætate, ex divitibus illustribusque parentibus natos esse quosdam Maria pauperiores, & ex ignobilissimis duces & reges factos. . . . Rursus in Jesu morte mota est terra, scissæ petræ, aperta monumenta, velum templi a summo usque ad imum discissum. . . . De solis autem defectione, quæ accidit sub Tiberio Cæsare, quo regnante Christum crucifixum esse constat, & motibus, queis tunc terra succussa est, Phlegontem opinor in XIII. vel XIV. Chronicorum libro injecisse mentionem.

Jesus Dei Filium se demonstravit. — n. 30. — n. 31. — n. 32. — n. 33.

11. *Undecimo.* Celsi Judæus Divinitatem Jesu impugnat, „*quia vinctum se non solvit.* Num sequiturne, ut solvere se non potuerit? Credat potius ex nostris Scripturis Petrum vinctum in custodia Angelo vincula dissolvente egressum fuisse. *Act.* 12. *v.* 7. Item Paulum *Act.* 16. *v.* 24. . . . Deinde non

Divinitas Jesu ex passione ejus non destruitur. — n. 34.

 „tam

„tam a Pilato fuit damnatus, quam a Ju
„rum gente, qui a Deo propterea damnat
„universam terram dispersi sunt. . . .
„Celsus carpit, ludibria, chlamydem c
„neam, coronam e spinis, & arundine
„manu Jesu impositam. Verum admiranda
„tius Scriptorum illorum sinceritas, et is
„hæc omnia volens hominum causa passu
„tanta patientia, ut neque, quod damn
„foret, lamentatus esse, neque quidquam
„fecisse aut dixisse feratur, quod ignaviæ
n. 35. „possit. *Cur autem*, inquit Celsus, *saltem*
„*non illatam sibi Patrique injuriam ulcisc*
„Respondeo, cur non Deus in eos ani
„vertit, qui Numini injurias inferunt,
„medio tollunt providentiam? Quæ di
„Græci, ut hanc repellant criminatio
n. 36. „eadem & nos & meliora dicemus. . . .
„sus Celsus jocatur: *Sanguis ille qui e co*
„*in crucem sublato fluxit, fuitne e corpore Di*
„*Resp.* Aliorum quidem mortuorum corp
„sanguis cogitur, nec limpida ex illis m
„aqua: e mortuo autem Jesu corpore,
„mira! sanguis & aqua percussa latere f
n. 37. „runt. . . . Postea Celsus Jesu vitio dat,
„*siti compulsus, eamque impatienter ferens f*
„*acetum avidis faucibus hauserit.* Id qui
„sensu tropologico explicari posset, sed hi
„tis fuerit, communem hanc responsionem
„hibere, illud a Prophetis fuisse præenuntia
„*Ps.* 68. *v.* 22.

Incredulitas Ju- 12. *Duodecimo.* „*Nobis igitur crimini*
„*tis*, interpellat nos Judæus, *quod hunc*

„

...ne non habeamus, nec hominum causa passum *Deorum*
...sit. Ad quæ sic respondebimus: Judæis cri- *culpanda.*
...ini ducimus, quod lege & Prophetis inutri- n. 38.
...i, Christum prænuntiantibus, neque sol-
...unt argumenta, quibus Jesum esse Christum
...monstramus, & suam incredulitatem præ-
...ant, hoc nomine, quod ea solverint. . . .
Crimini ducimus, quod excellentissimam po-
...tem declaranti nedum crediderint, sed
...illo dæmones in Beelzebub principe dæ-
...niorum ejici ex anima hominum dixerint.
...mini ducimus, quod, postquam Jesus, ut
...que regnum Dei annuntiaret, ne vicum
...dem Judææ adire dedignatus est, hanc
...s benignitatem in invidiam adduxerint,
...si vagabundus hæc loca pererrasset, an-
...vitam trahens in ignobili corpore. . . .
...od autem manifestius mendacium *Je-* n. 39.
...minem, nec suos discipulos, quamdiu vixit,
...sua Divinitate persuadere potuisse? Unde
...n Pontificum & Judæorum exarsit invi-
..., nisi quod persuadendi vi & miraculis tur-
...ad se trahebat? Nonne etiam plane men-
...m est, illum ne suos quidem persuasisse
...ipulos? Equidem humanum quid præ
...re passi sunt, at non exuerunt, quam
...o ut Christo conceperant opinionem, &
...lto firmius, quam antea, post resurrectionem
...n eum Dei Filium esse crediderunt. . . .
...gnum autem est Philosopho, quod sibi in n. 40.
...num inducit Celsus, ut Jesus assumpto
...tali corpore non moreretur, aut morere-
...quidem, sed non ea morte, quæ exem-
...esse queat aliis, qui eoipso discent, pro

„pietate mori, & eam libere coram eis pr
„teri, qui pios pro impiis habent.

Jesus ab omni malo immunis. 13. *Decimo tertio.* „Jesum præterea cu
„Celsus larva Judaica personatus, *quod se*
„*ab omnibus malis immunem ostenderit.* K
„Si intelligit illa, quæ mala propriè vocan
n. 41. „ostendat aliquod ejus opus malum: sin n
„appellat paupertatem, crucem &c. Soc
„Democrito, Crateti etiam acciderunt m
„qui sponte pauperem vitæ conditionem
„gerunt, nec idcirco in malis eos fuisse q
„quam sanæ mentis dixerit. . . . Item d
„ecquis eorum, qui ejus doctrinæ assensi f
„scripserit quidpiam, de quo vere Jesus re
n. 42. „hendi queat. . . . Et cum ea, quæ p
„dixit, impleta jam videamus omnia, n
„quæ solidiora argumenta desideraverit
„sus. . . . Nihil sane imminuta est fide
„Jesum iis, quæ perpessus fuit, imo vi
„aucta est in iis, qui fortes atque animosi
„& quos docuit, vitam proprie felicem
„esse hujus temporis, sed futuri sæculi, q
„autem in præsenti sæculo vivimus, eam
„calamitatibus plenam, vel primum n
n. 44. „mumque animæ certamen. . . . C
„etiam manifestum est, Jesum, qui m
„rata in Scripturis supplicia pertulit, nih
„mile habere illis, qui propter magicas a
„aliudve crimen misere perierunt. . . .
„militer pergit Celsi Judæus: *De latrone*
„*pliciis affecto impudens aliquis dixerit: hic*
„*latro, sed Deus erat, suis enim prædixit*
„*re, ut pateretur.* His duo sunt, quæ re

„d

„deam: ac primum quidem, nos ideo de Jesu
„credere, illum a Deo ad nos descendisse,
„quia talia passurum se esse præenuntiavit: de-
„inde nos de illa Celsi comparatione fuisse ab
„Evangeliis præmonitos, ibi enim legitur Deus
„*cum iniquis reputatus* ab iniquis *Luc.* 23. *v.* 19.
„... At neque iste publico commodo mo-
„riens, neque ejus discipuli pietatis causa sup-
„pliciis mulctati non injuste interimuntur, ne-
„que non impie Jesu structæ sunt insidiæ....
„*At discipuli ejus eum morientem videntes, se di-* n. 45.
„*scipulos ejus esse negaverunt.* *Resp.* Hic iterum
„Celsus peccatum, quod Apostoli adhuc im-
„becilliores commiserunt, ex Evangeliis arri-
„pit at quæ ab illis post peccatum recte ge-
„sta sunt, qua constantia mortem pro Jesu
„doctrina oppetierint, alto silentio dissimulat,
„ut de Petro *Joan.* 21 *v.* 19. de Jacobo *Act.* 12.
„*v.* 2. & 13. *v.* 46. & de reliquis Apostolis *Act.* 5.
„*v.* 41.... Mentitur etiam, dum *decem solum* n. 46.
„*homines a Jesu conversos dicit*; palam est enim,
„non decem modo, non centum, non mille, sed
„modo quinque, modo quatuor millia, tot deni-
„que sibi conciliasse homines, ut illum in de-
„sertum sequerentur, ubi non verbis solum, sed
„et operibus eos docebat.... Denique mentitur, n. 47.
„quasi nos diceremus, *Jesum a nobis existima-*
„*ri Filium Dei, quia passus est*, in quo Celsus
„imitatur vilissimos nostros adversarios, qui
„putant, quod Christus cruci affixus perhi-
„beatur, consequens esse, ut omnes eodem
„supplicio affectos veneremur.

Christi miracula defenduntur.

14. *Decimo quarto.* Celsus putat ex mi
culis Christi ejus Divinitatem non proba
eoquod *sint commenta Evangelistarum.* *Respo*
n. 48. „Claudos & cœcos a Christo curatos fui
„quam ob rem illum pro Dei Filio habem
„inde perspicuum est, quod & in Prophe
„scriptum sit: *Tunc aperientur oculi cæcorum*
„If. 35. v. 5. Mortuos fuisse suscitatos,
„istud commentos esse, qui Evangelia scri
„runt, æque constat; nam si figmentum e
„plures resuscitatos recensuissent, eosque
„utius in monumentis dixissent fuisse m
„tos: illos contra, quæ sua sinceritas est,
„paucos enumerant: nimirum Archisynag
„Filiam, unicum viduæ filium: tertium
„nique Lazarum.... Licet autem nulli, d
„Jesus in vivis esset, mortui fuissent, soli
„men suscitati sunt, quos suscitari ad per
„hendum ad Evangelii doctrinam expedire V
„bum judicavit. Ego autem dixerim, Jesu
„scipulos secundum ejus promissum *Joan.*
„*v.* 12. majora patrasse miracula, quam
„Jesu, quæ sub sensum cadebant: quoti
„enim patefiunt oculi eorum, qui mente c
n. 49. „sunt &c.„ Quia vero Christus *Matth.* 24.
bet nos cavere a signis pseudo-christorum, C
sus Verba Christi contra vera miracula in p
vum sensum detorquet. „Nam quoniam
„quos Jesus a nobis vitari jubet, se Chris
„esse prædicant, & dicit præterea fore, ut
„probis moribus quidam in ipsius nomine
„racula efficiant, id potius omnes præsti
„torum exterminat, Jesuque Divinitatem c
n. 50. „stituit.... Sane Paulus 1. *Thessal.* 2. *v.* 1. *s*
„

,,declarat, quomodo revelandus sit homo pec-
,,cati Antichristus, & quæ mira faciunt Anti-
,,christi, iique qui se patrandis miraculis pa-
,,res Jesu discipulis esse venditant, vocantur
,,*signa & prodigia mendacia, quæ in omni seductio-*
,,*ne iniquitatis* vim habent in eos, *qui pereunt*;
,,miraculorum autem Christi, & ejus discipu-
,,lorum fructus est non deceptio, sed anima-
,,rum salus. Quis dixerit, deceptione effici,
,,ut emendetur vita, & malitia quotidie magis
,,ac magis minuatur? Nonnihil in Scriptura n. 51.
,,videbat Celsus, cum dixit, *Jesum præmonuis-*
,,*se, fore, ut Sathanas quædam prodigia faceret*,
,,sed hinc nimis propere colligit, prodigia ni-
,,hil habere divinitatis; nam quæ Divina po-
,,testas efficit, ea sunt hujusmodi, ut cum il-
,,lis præstigiatorum artificia comparari neque-
,,ant... An mali dæmones præstigiis res
,,miras faciunt, & Divina beataque natura nul-
,,lum poterit efficere miraculum?... Ubi quid
,,malum boni est fucatum similitudine, ibi neces-
,,sario bonum est malo contrarium. Sic cum præ-
,,stigia aliqua fiant, divina virtute aliqua fieri
,,in vita necesse est. ... Cur tu Judæe mi- n. 52.
,,racula, quæ a Deo per Moysen facta esse tuæ
,,Scripturæ referunt, contra magorum Ægy-
,,ptiorum præstigias Divina esse defendere co-
,,naris, & inficiaris divina esse, quæ Jesus te-
,,ipso fatente patravit miracula? ... Quem-
,,admodum enim Moyses, ut sibi apud Se-
,,natum populumque faceretque fidem, opus
,,habuit miraculis, cur non Jesu miraculis
,,opus fuit, ut illi fidem adjungeret populus,
,,qui signa & prodigia postulare consueverat,

P 5 ,,imo

„imo majoribus divinioribusque, quam q
„Moyses fecerat, opus fuit, ut averterent
„inanibus fabulis humanisque traditionib
„quæ apud Judæos vigebant, & persuaden
„hujus doctrinæ Magistrum, horumque m
„culorum effectorem longe Prophetis ante
„lere, utpote quem illi prænuntiaverunt. .
n. 53. „Quare nec quidquam hic Celsi Judæus c
„tra fideles dicit, quod non possit in Moy
„retorqueri, ita ut si Jesus præstigiator
„rit, & Moyses, & uterque, de iisdem
„bus accusari possint.

Christi resurrectio defenditur. n. 54. 55. 56.

15. *Decimo quinto.* Celsi Judæus *resurre nem Christi, terræ motum, ostensa discipulis s stigmata* &c. *cum fabulis Zamolxis, Herculis comparat, & ut figmenta rejicit.* Respondet O genes, & hæc omnia inprimis in Judæum torquet; utpote in cujus sacris libris multo rabiliora referuntur. Deinde resurrectior Christi ita vindicat: „Jesus inter alias ca
„palam in cruce mortuus est, ut nequis d
„ret, illum volentem ab oculis hominum
„cessisse, non mortuum revera, sed visum
„duntaxat mori, & reversum postea, qua
„voluit, suam prodigiose e mortuis finxisse
„surrectionem. Cæterum cum discipuli se
„tos dederint doctrinæ, quam non sine p
„culo profiteri poterant, ipsi mihi videntur
„dens esse resurrectionis argumentum. .
n. 57. „Quod autem Judæus apud Celsum dicat,
„*si fieri nequeat, ut quis ex mortuis resurgat*
„*corpore:* hæc profecto Judæi non sunt; is e
„fidem adjungit iis, quæ in tertio & qu

„Reg

„Regum libro ſcripta ſunt de puerulis, quo-
„rum alterum Elias, Eliſæus alterum ſuſcita-
„vit. . . . Porro Chriſti uberiores fuerunt, n. 58.
„quam aliorum reſurrectionis fructus: quid
„enim boni mundo peperit reſurrectio puero-
„rum, quos e mortuis revocarunt Elias &
„Eliſæus, quod conferri poſſit cum commo-
„ditatibus, quae mundo redierunt ex Jeſu re-
„ſurrectione, poſtquam pervulgata eſt, & il-
„lam omnes id agente divina virtute credi-
„derunt? Terræ motus & tenebræ a Phle- n. 59.
„gonte conſignata ſunt tempore, quo paſſus
„Jeſus fuit. . . . Poſtquam autem ex Evan-
„gelio Celſus retulit, Jeſum poſt reſurrectio-
„nem ex mortuis exhibuiſſe manus clavis per-
„foratas, ad Mariam Magdalenam reſpiciens,
„quae vidiſſe eum ſcribitur, ſic illam injuriis
„inceſſit: *Mulier fanatica*: & quia etiam alii
„narrantur, Jeſum vidiſſe redivivum, pergit
„et iſtos traducere: *Et neſcio quis alius*, in-
„quit, *iisdem magicis artibus addictus*.... Dein- n. 60.
„de ſubjicit: *Talem ſomniaſſe, & ſomnia ſua ad*
„*alios detuliſſe*. *Reſp*. Hoc quidem per ſom-
„nium fieri, nemo abſurde crediderit: idem
„vero vigilantibus accidere, id non ſit ve-
„riſimile, niſi ſint extra ſe, & mente ca-
„pti, aut atra bile laborent, de qua re tamen
„ne Verbum in Scriptura. . . . Imo Thomam n. 61.
„incredulum advocavit Jeſus; & dixit illi:
„*Infer digitum tuum huc, & vide manus meas* &c.
„Joan. 20. v. 27. . . . Quin & ipſa ejus re- n. 62.
„ſurrectio prædicta fuerat a Propheta. Pſ. 15.
„℣. 9. *Caro mea habitabit in ſpe, quia non dere-*
„*linques animam meam in inferno* &c. Erat au-
„tem

„tem post suam resurrectionem quasi medi
„inter crassum corpus, quod habebat, antequ
„pateretur, & subtile, quo anima induta co
„spicitur, postquam prius corpus deposuit, u
„de & in Evangelio secundum Lucam *cap.*
„*v.* 13. Colloquentibus Simone & Cleoph
„de iis, quae illi acciderant, Jesus intervenie
„*ibat cum illis* &c. & postquam aperti sunt oc
„li eorum, & ipsum cognoverunt, *& ipse e*
„*nuit ex oculis eorum.* Visiones igitur de J
„post ejus resurrectionem somniis & spect
„prudens quivis agnoscet longe magis
„mirabiles.

Cur Jesus post resurrectionem, non omnibus se conspicuum praebuerit.

16. *Decimo sexto.* „Postea Celsus diffic
„tatem objicit minime contemnendam :
„*suam*, inquit, *divinam potentiam revera inno*
„*scere voluit, oportuit utique, ut se suis adver*
„*riis, suo judici, omnibus omnino ostenderet:* n
„*ex Evangelio certum est, eum post resurrection*
„*non perinde ac ante se vulgo & omnibus praebu*
n. 63. „*se conspicuum.* Respondetur, Jesum eunde
n. 64. „non semper intuentibus visum fuisse,
„pro intuentium captu : sic cum in exce
„monte transfigurandus esset, non secum Ap
„stolos omnes duxit, sed Petrum, Jacobu
„& Joannem solos, utpote qui soli ejus glor
„videndae pares erant. . . . Et cum Jud
„eum proditurus se comitantibus dixit: *Qu*
„*osculatus fuero, ipse est*, quasi illum non c
„novissent, probat etiam Jesum non eunde
n. 65. „semper visum fuisse. . . . Imo ne Apos
„lis & discipulis quidem suis praesens semp
„aderat, nec semper videbatur post resur
„ctione

„ssionem, ut qui aspectum ejus sine ulla inter-„missione ferre non poterant: fulgidior enim „soluta dispensatione ejus erat divinitas.... „Sic igitur Scriptura divino judicio omnia fa-„ciens de Jesu memoriæ prodidit, illum qui-„dem ante passionem pluribus promiscue con-„spectum, sed non semper, post passionem ve-„ro non similiter se conspiciendum præbuisse, „sed cum quodam delectu pro suo cuique mo-„dulo... Nec enim illi, qui ipsum con-„demnaverat, nec suis adversariis oportuit, „ut se commonstraret: illi enim & ipsis pe-„percit Jesus, ut ne percuterentur cœcitate, „qua Sodomitæ percussi sunt, cum Angelo-„rum apud Lot hospitantium pulchritudini stru-„xerant insidias *Gen.* 19. *v.* 11. n. 66. n. 67.

17. *Decimo septimo.* Judæus Celsi instat: *Cur Christus e cruce non descendit.* *Cur Conducerent ejus divinitati comprobandæ, si subito e cruce evanuisset.* *Resp.* Nos probare vo-„lumus, non utilius fuisse, si subito e cruce „corpus ejus evanuisset.„ Nam præter ratio-„nes mysticas, quas ejus sepultura significat, „ab Apostolo memoratas *Rom.* 6. *v.* 4. „Opor-„tuit, ut qui crucis supplicium sibi subeundum „esse judicaverat, is servaret ea, quæ hujus-„modi propositi consectaria erant: proinde se-„peliretur ut homo, qui interfectus & mor-„tuus fuerat ut homo. Sed fingamus, subi-„to illum e cruce evanuisse, nihilominus, id „in malam partem accepissent Celsus, & ejus „increduli, & dixissent calumniandi animo: „Cur non evanuit, antequam pateretur. Si „ergo Evangelia juxta illos non fingunt, eum „evanuis- n. 68. n. 69.

„evanuisse e cruce, quomodo non æquum fu
„rit, eos ejus resurrectioni (*ab Evangeliis re*
tæ) fidem adjungere.

Christus a Patre missus. 18. *Decimo octavo.* Celsus postquam repet
calumniam suam, de paucis, qui eum post r
surrectionem viderunt, quærit, *quis Jesum*
n. 70. *nova mandata nuntianda miserit.* *Resp.* „N
n. 71. „docuit Jesus, quis illum miserit: *Unige*
„*tus Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarr*
„*vit.* Joan. 1. v. 18. Ipse est, qui de Deo c
„ram germanis suis discipulis disserens, e
„quæ ad Deum pertinebant, edocuit. . . . I
„numeræ autem causæ sunt, propter quas
„lum Pater miserit. Has, qui volet, accip
„re poterit vel ex Prophetis, qui illum pra
„nuntiaverunt, vel ex Evangelistis; nec v
„ro paucas discet ex Apostolis, maxime
„Paulo. Ipse etiam est, qui pietati dedit
„illustrat, & in peccatores animadvertit. Dei
„de illa etiam vox cœlestis: *Hic est filius me*
„*dilectus*, ejus missionem satis declaravit. .
n. 72. „Vocavit etiam ad lucem omnes, cum dix
n. 73. „Matth. 11. v. 28. *Venite omnes, qui labora*
„&c. Et cujus causa venerit, Scriptura e
„plicat, sive cum sermonem de beatitudinibu
„sive cum parabolas, sive tandem cum coll
„quia cum Scribis & Pharisæis habita comm
„morat. . . . Quod autem miratur Celsi J
n. 74. „dæus, *quis Deus inter homines versatus non i*
„*petravit fidem?* Ad quod sic ego responde
„narrat Mosaica lex, Deum Hebræis præse
„tem adfuisse, nec tamen a videntibus imp
„travit fidem; alias non vitulum sibi confl
„sent.

sunt . . . Utra enim vobis o Judaei majo- n. 75.
ra videntur miracula, an quae in Ægypto
vel deserto facta sunt, an quae Jesum fecisse
dicimus? Si priora, nonne perspicuum est,
illos vos, quia majoribus assueveratis dero-
gare fidem, minora aspernatos esse? Sin
autem Jesu miracula iis esse paria dicantur,
quid mirum, si idem populus aeque hic at-
que illic mox a principio incredulus fuit?

19. *Decimo nono.* Celsi Judaeus „Jesum *Christi*
comminatur, *quod promptus ad minas, & vitu-* *minae*
peria demittet: vae vobis, praedico vobis, ex quo *pruden-*
evidenter confitetur, se persuadere non posse, *tes.*
quod non in hominem Sapientem cadit. Retor- n. 76.
quet hoc in Judaeum Origenes; nam in le-
ge & Prophetis etiam Deus minitatur. *Isa.* 5. n. 77.
8. & 18. *sqq.* . . . Dixerim etiam Celsi Ju-
daeo execrationes, quotquot vere sunt in Le-
vitico & Deuteronomio scriptae, si Judaeus e
scriptura defenderit, nos similiter aut etiam
melius defensuros vituperia, & minas, quas
Jesus jactasse existimatur.

20. *Vigesimo.* Quaerit Judaeus, „*Ubi nunc* *Judaeo-*
Jesus, ut videamus, & credamus. Dicimus *rum casus*
nos, ubi nunc est, qui in Prophetis & *gentibus*
prodigia fecit, ut videamus & credamus, *jactati fuit.*
Dei peculium esse? . . . Pergit: *An eo* n. 78.
descendit, ut increduli essemus? Cui dicetur,
non eo venisse, sed ad vocationem gentium
. . est Judaeorum incredulitate; horum
enim casus gentibus fuit salus. 2. *Reg.* 2.
24. *Deut.* 32. *v.* 21.

„Tan-21.

Jesus purus homo non fuit. n. 79.

21. „Tandem concludens Judæus fic „Jesu loquitur : *Homo igitur fuit ille, & „quidem, qualem & veritas declarat, & de„strat ratio.* Sed nescio, an homo ausus „universum orbem suam religionem disse„nare, posset sine Deo facere omnia pro „bitrio, superareque omnes, qui suæ do„næ promulgationi adversarentur, Reges, „peratores, Senatum Romanum, omn„gentium Principes, populum. Quomodo „tem & hominis natura posset tantæ m„tudinis animos immutare, non modo „pientum, sed eorum etiam, qui nulla ra„ne ducuntur, qui vitiis dediti, quique „nus rationi sunt obsequentes? Quoniam „ro Christus erat & Dei virtus, & Patris „pientia, hæc omnia fecit, & etiam nunc „cit, licet Judæi & Græci ejus doctrinæ „creduli assentiri nolint. Nos igitur Jesu „cumentis instructi Deo credere non umq„desinemus, & illos ad Dei cultum ca„tientes ad meliorem frugem velle revoc„quamvis nos cæcitatis accusent, ipsi „cœci, & nos homines decipere crimi„tur, cum ipsi sive Judæi sive Græci aud„tes se decipiant.

ORIGENIS CONTRA CELSU LIBER TERTIUS.

Rixa de adventu Messiæ non est de

1. In tertio hoc libro „propositum est „genis, illa impugnare, quæ Celsus „ponit ex propria persona. Ait igitur *pr„Stulte inter se contendere Judæos, & Chr*

„*non de adventu Messiæ, & hanc rixam esse de*
„*umbra asini. Respond.* Dicant velim & Cel-
„sus &c. an satis umbræ asini simile istud sit,
„dixisse Judæorum Prophetas, ubi nasciturus
„erat dux ille eorum, ejusque gesta, vitam,
„& mortem, ac resurrectionem? Numquid hæc
„temere, sine probabili causa dixerunt Pro-
„phetæ? An Judæorum gens nulla verisimi-
„li ratione quosdam ut veros prædicavit Pro-
„phetas, alios ut falsos repudiavit? Nihilne
„fuit, quod eos moveret ad annumerandum
„libris Moysis sermones Prophetarum? . . .
„An soli Judæi nullum habuerunt, qui se fu-
„tura dicturum promitteret, quique suos pos-
„set coercere, ne rerum futurarum cognoscen-
„darum desiderio irent consultum dæmonia,
„quæ apud alios erant? . . . Præterea fie-
„bant ubique, saltem in multis locis, mira-
„cula: Celsus ipse memorat Æsculapium,
„Aristeam, Cleomedem. Et apud solos Ju-
„dæos, qui se rerum omnium Deo sacros dice-
„bant, nullum signum nullum prodigium fuit,
„quod firmaret eorum in rerum omnium Con-
„ditorem fidem, spemque alterius melioris vi-
„tæ? Statim enim convertissent illi se ad cul-
„tum dæmonum, qui ventura prædicerent,
„morbisque mederentur, & deseruissent Deum:
„quod ne facerent, innumera incommoda mo-
„do in Assyria, modo in Perside, modo sub
„Antiocho sustinere maluerunt, quam Judais-
„mum ejurare. Quomodo ergo increduli fal-
„sa verisimilitudine non adducuntur, ut cre-
„dant, figmenta hæc non esse, sed potius pu-
„ras Prophetarum animas impulsas a Spiritu

„divino inhabitante fuiſſe, ut prænuntiar
„alia quidem iis, qui ſua ætate in vivis era
„alia autem poſteris, & præcipue Salvato
„ad homines futurum adventum? Quomo
„ergo de umbra aſini diſputant inter ſe Jud
„& Chriſtiani, cum inquirunt e Propheti
„quibus ex æquo tribuant, isne venerit, c
„prædictus eſt, an non, ſed adhuc exſpec
„tur? Verum etſi daretur Celſo Jeſum n
„eſſe, quem Prophetæ prædicaverunt, nih
„magis de umbra aſini quæſierint, quo Prophe
„carum Scripturarum ſenſum hoc conſilio ſc
„tarentur, ut evidenter demonſtrarent, qu
„lis ſit is, quem Prophetæ præſignificaveru

Hebræi, & Chriſtiani ex ſeditione non orti. n. 5. 2. *Secundo.* Celſus calumniatur: „*Juda*
„*genere Ægyptios ideo ex Ægypto exceſſiſſe, q*
„*rempublicam ſeditionibus turbarent, & ritus r*
„*gionis more receptos deſpicatui haberent: ſi*
„*ergo Hebræi debent ſeditioni ſuæ ſocietatis*
„*tium, ita Judæi alii Jeſu ætate ſeditionem con*
„*commune Judæorum conſciverunt, & Jeſum ſ*
„*conſectati.*„ Reſpondet Origenes, Celſum
lationibus Ægyptiorum contra veram nar
tionem Moyſis in Geneſi & Exodo deſc
ptam immeritò & imprudenter fidem adhi
n. 6. re. „Nec enim vidit, fieri non potuiſſe,
„tanta ſeditioſorum Ægyptiorum turba, q
„a factione initium duxerat, in gentem c
„luerit, quæ ſimul in ſeditione linguam i
„mutaverit, ita ut qui haſtenus uſi fuiſſ
„Ægyptia, ii repente Hebraicam callerent.
Syrorum, & Phœni- „Et cur relicta Ægypto non Syrorum pot
„aut Phœnicum, quam Hebraica lingua
„ut

que longe diversa locuti fuerunt ? Ex omnibus efficitur falsum esse, quos genere Ægyptios seditionem adversus ios movisse: Hebræorum enim lingua erat, antequam in Ægyptum perge-, & Hebraicæ litteræ, quas Moyses in scribendis quinque libris adhibuit, diversæ Ægyptiacis. Ut autem falsum est He- debere seditioni suæ societatis initium, sic quoque verum, Judæos alios Jesu seditionem contra Judæos conscivisse ; nihil enim a Christianis seditiose factum ostendere potuerunt Celsus & reliqui. Et vero si seditio locum dedisset Christianorum societati, qui suam traxere originem a Judæis, quibus licebat armis sua defendere, & adversarios occidere, certe Christianorum Legislator non prohibuisset omnino ullam hominis occisionem, nec docuisset, vim homini numquam a discipulis suis inferri posse; neque etiam Christiani leges admisissent, ita pacificas, ut ipsi oves interficerentur, nec per eas liceret, de persecutoribus sumere supplicium. Et qui rem altius scrutari voluerit, is dicere poterit, non sine miraculo contigisse, ut qui ex Ægypto exibant, statim, quasi Deus inspirasset, linguam usurparent, quæ Hebraica vocitatur. . . . Deinde si Hebræi Ægyptii essent, nomina eorum Ægyptiaca fuisse oportet ; at plena Scriptura est nominibus Hebraicis, iisque, qui liberis imposuerunt hujusmodi nomina, utpote ortis ex parentibus Hebraicis. Christiani autem etiamsi illis fuisset belligerandi licentia, & idoneis auxiliis in-

cum lingua ab Hebraica diversa.

n. 7.

n. 8.

„ſtructi fuiſſent, id a Deo conſecuti
„qui ſemper pugnavit pro illis. . . .
„pauci per intervalla temporum & i
„numerabiles pro Chriſtiana religione
„tem obierunt, ſed eorum gentem pr
„extingui numquam permiſit Deus,
„univerſam ſalutari illa doctrina repleri
„ut infirmiores a metu mortis reſpira
„ſtructas illis inſidias diſſipavit, ut n
„populi contra illos amplius exaſperari
„ſent.

Chriſtiani neminem a fide repellunt. *n. 9.* 3. *Tertio.* Celſus manifeſte mentitur dic
„*Si vellent omnes homines fieri Chriſtiani, iſt*
„*recuſarent.* *Reſp.* Hoc verum non eſſe
„liquet, quod Chriſtiani curent, ut quo terra
„cunque ſua doctrina diſpergatur, urbes id
„vicos obambulantes non lucri cauſa, qua
„quidem interdum nec neceſſaria ad victu
„mant, ſed ſolum quantum opus eſt, tametſi
„rimi plura illis largiri velint. Et nunc fo
„cum Chriſtiani divites, vel in dignitatibus
„ſtituti, & delicatæ nobileſque fœminæ
„excipiunt, audebit quiſquam dicere, c
„dam gloriolæ deſiderio Chriſtianorum d
„nam prædicare; ſed initio Chriſtianiſmi,
„do doctoribus impendebat periculum,
„ſuſpicio non poterat habere locum,
„dieque major eſt apud exteros ignor
„quam apud ſuos gloria eſt, quæ ne
„conceditur omnibus: evidens igitur eſt
„dacium, ſi homines omnes vellent eſſe
n. 10. „ſtiani, hoc iſtos eſſe recuſaturos.
„vide, quodnam hujus rei dicat eſſe arg

...tum : *Principio*, inquit, *cum pauci essent, una*
...entia erant. Sed manifestum quidem est
...cos fuisse Christianos initio, si comparen-
...tur cum multitudine, quæ consecuta est,
...quamquam non omnino pauci erant, cum
...sum in solitudines modo quater mille ho-
...mines sequerentur *Matth.* 15. *v.* 38. *v.* 14.
v. 21. Sed fuerint ab initio pauci, istudne
... Christianos recusaturos esse, suam
...nibus hominibus doctrinam persuadere?
...Neque enim Celsus novit jam tum ab ini-
...tio fuisse de sensu librorum divinorum
...ter fideles dissidia : sic quæstio non mo-
...ca, inter eos, qui ex Judæis fidem ac-
...perant, exorta est, oporteretne Judaicos
... observari, ab iis, qui ex gentibus ad
... accesserant. . . . Sed & in epistolis
... 1. *Cor.* 15. *v.* 12. *Thessal.* 2. *v.* 2. men-
... fit nonnullorum, qui de resurrectione
...stiones moverent, utrum jam fuisset fa-
..., & de die Domini, instaretne, an non...
...inde Celsus vitio ducit, objicitque nobis
...as in Christianismo sectas. Ad hoc re-
...debimus, de nulla re natas esse sectas
...miles, quin ejus præclara fuerit, & vi-
... utilis institutio, uti patet in Medicina,
...ilosophia, & Judaismo, scilicet ob diversas
...terpretationes. Atqui neque Medicinam,
...que Philosophiam recte quis fugerit propter
...tas in ea exortas, nec ob sectas inter Ju-
...os damnandi sunt sacri Moysis & Prophe-
...um libri. . . . Quidni ergo pari modo
...ristianorum sectas excusabimus? De qui-
... *admirabile* mihi videtur istud Pauli pro-

Dissidia de sensu S.S. Librorum. n. 11.

Sectæ Christianismi præstantiam probant. n. 12.

n. 13.

„nuntiatum: *Oportet & hæreses esse in vobis*
„*qui probati sunt, manifesti fiant.* 1. Cor. 11. v.
„Quemadmodum enim is in Medicina aut P
„losophia *probatus* est, qui in diversis sectis v
„satus, diligenterque plerasque perscruta
„potiorem elegit, ita dixerim ego sapienti
„mum eum esse Christianum, qui Christia
„rum & Judæorum sectas accurate perspe
„habet. Quisquis autem nostram doctrin
„propter sectas vituperat, vituperare is deb
„& doctrinam Soctatis, e cujus Schola n
„sunt aliæ minime inter se consentientes:
„Platonis dogmatis parcet, cujus Aristot
„placita deseruit. . . . Ophiani vero, C
„ni hæretici &c. ad quos forte Celsus re
„xit, ne Jesu quidem nomen commune r
„nuerunt.

Christiana fides revelationi Divinæ innititur. 4. *Quarto.* „Subdit Celsus, *Christiano*
„*institutum nulla solida ratione niti, sed pr*
„*fuit seditio, & ex ea sperata utilitas, & e*
„*rorum metus.* Ad quod dicemus, ita ra
n. 14. „ne nostrum niti institutum, ut ejus pri
„pium sit Deus, qui in Prophetis hom
„docet, sperare adventum Christi salutem
„minibus allaturi. . . . Qui vere a Deo
„nos venisse variis miraculis se manifesta
„& Christianismum constituit. Illud de
n. 15. „tione jam refutatum est. Neque extero
„metu nostrum institutum confirmari vel
„patet, quod jam diu cum volente Deo fu
„tus est ille metus. . . . Atque etiam
„Celsus putat, *sancta nos nostræ doctrinæ o*
„*tare principia*, quin palam illa prædican

„quai

„quandoquidem ad nos accedentibus idolo„rum contemtum instillamus, & insuper a de„flexo rebus creatis cultu, qui Deo debe„tur, revocatos erigimus ad rerum omnium „Conditorem. . . . Quaenam autem omnis n. 16.
„generis confingamus *terricula*, quae nullo no„bis argumento Celsus objicit, ostendat, qui „valeat, nisi forte quod ex Scripturis doce„mus, Deum esse Judicem, eumque ab homi„nibus postulare rationem omnium, quae fece„runt: id Celsus terriculorum loco habeat, „eorum haec etiam Celsus dixit, injustos pu„nitum iri &c.

5. *Quinto.* „Postea Celsus *res nostrae fidei* **Res Christianae cum sacris Ægyptiis male comparantur.** *cum Ægyptiorum rebus comparare vult, apud quos se offerunt splendida fana, templa, caeremo*-*niae religiosae: intus cernis adorari aut felem, aut simiam, aut crocodillum, aut hircum, aut canem.* Sed quid simile est apud nos iis n. 17.
rebus, quae ad Ægyptios accedentibus spe-ciosae videntur? Quid simile illis brutis ani-mantibus? Quia vero Ægyptii dicunt, *illa* n. 18.
animantia esse Dei simbola. At vero quae gra-tia in sermone Sapientiae in nostra discipli-na retegit Christianis eruditis, de iis ne co-gnosse quidem Celsum arbitror. . . . Licet n. 19.
enim Ægyptii multa proponant aenigmata, involutasque de suis animalibus explicatio-nes, male tamen dicuntur omnia futilia esse, quando de Jesu disserimus, quae nostrae do-ctrinae Sapientia credi jubet, de quibus Paulus ait: *Loquimur Dei Sapientiam in mysterio ab-sconditam &c.* 1. *Cor.* 2. *v.* 6.... Si vero Cel- n. 20.

„ſus dicat, Paulum nihil Sapientiæ hab
„contra repono, tu primum ediſſere ejus
„ſolus. . . . Si quis enim præſenti atte
„que animo illas verſaverit, mirabitur ſat
„ingenium hominis, magna verbis vulga
„experimentis, aut ſi admiratus fuerit,
„ridiculus videbitur, ſive mentem viri
„cutus illam repræſentet, ſive velit impug
„re & evertere, quæ ſibi viſus fuerit inte
„xiſſe. . . . Quippe unumquodque Scrip
„rum in Evangeliis rationem habet n
„tam, animadverſuque difficilem non vu
„ſolum, ſed & quibusdam ex intelligenti
„numero.

Difficilis ſenſus S. Scripturæ. n. 22.

Styx cum diis gentilium nihil comparandus. n. 22.

6. *Sexto*. Celſus criminatur Chriſtian quod Herculem & alios ex numero deorum cludant, *quia homines fuerunt*, non vero Jeſu qui etiam homo fuit, & mortuus eſt, & jus ſolum umbra poſtea conſpecta fuit. *R*
„In Hiſtoriis deorum narratur multa Her
„lis intemperantia, & muliebris apud O
„phalem ſervitus, nec non res geſtæ Æſcu
„pii ab eorum Jove fulmine percuſſi: quan
„ergo juſta ratione putant Græci horum que
n. 23. „piam Deum aut Heroa haberi? Nos ve
„quæ de noſtro Jeſu creduntur, ex Prop
„ticis ſcriptis adſtruimus, factaque illius
„ſtoriæ cum illorum hiſtoriis comparatione
„monſtramus, nullam ejus intemperanti
„fuiſſe: neque enim qui illi moliebantur
„ſidias, falſaque contra illum teſtimonia qu
„ſierant, quidquam invenerunt, quod vel p
„babilem cauſam daret, illum intemperant

„ac

...di. Sed & mors ejus ex insidiis hominum accidit, nec quidquam habuit simile fulmini, quod in Æsculapium vibratum est: & Bacchus furiosus ille, vestemque muliebrem indutus quid eximium habet, ut ... Deo adoretur? Quodsi, ut illos excusent, ad allegorias confugerint, hinc quidem ... andum erit, an quid sani habeant istæ ...: illinc vero, an qui dilacerati ... & de cœlo dejecti a Titanibus, revera ... nt, dignique sint, qui colantur & adorentur. At noster Jesus suis conspectus sobus revera illis apparuit: mera enim est ... calumnia, umbram duntaxat conspe... esse. Jesu enim historiam scripserunt qui rerum omnium oculati testes erant, ... animo essent, perferendis alacriter ... trinæ causa suppliciis testificati sunt... ... cum de Æsculapio dicitur magnam n. 24.
... dinem vidisse, & adhuc videre non spe... ipsum, sed ipsummet sanantem, po... Celsus, ut nos credamus: quando au... discipulis Jesu assentimur, nos fatuos ap...; cum tamen nos ostendamus innume... multitudinem per fidem in Jesum ... quidpiam accepisse, quippe nihil *Mos legendi Evangelia super ægrotos.*
... in eos, qui curatione opus habent, in... t, quam supremum Deum, Jesuque no..., adjuncto de isto historia: sicut & nos ... . . . Deinde cum nihil divinum n. 25.
... se indicet aut Æsculapii ars medica, aut ... divinatio, (nec enim qui futura ... cit, statim etiam vir bonus est) quo... recte quis illos, etiamsi illis arti-

 „bus

„bus præditos esse concederem, ut deos
„ros veneretur ? Quando præsertim in e
„quam vocat Prophetidem ori Pythii sp
„insidentem divinus ille spiritus Apollinis
„locos muliebres subrepat. Nihil autem fi
„nos de Jesu, ejusque virtute sentimus.

Aristeas male cum Christo comparatur.

7. *Septimo.* Celsus objicit Christianis
„storiam ex Pindaro & Herodoto accep
„*De Aristea* Proconnesio, qui cum sic di
„oculis hominum evanuisset, rursus co
n. 26. „cuum se præbuit, & multis postea ten
„ribus permulta orbis loca invisit, mira
„que renuntiavit: & licet Apollo Metap
„tinis præceperit, ut illum deorum nu
„haberent, nemo hactenus fuit, qui Aris
n. 27. „Deum esse existimaret.„ Ad hoc Orig
inprimis Celsum objurgat, „quod figm
„esse putet, quæ de Jesu miraculis disc
„litteris consignarunt, & incuset eos, qui
„adjungunt fidem, & tamen res hujusn
„prodigiose confictas, fabulasque esse non
n. 28. „dicet. . . . Nam quo consilio providentia
„luit, ut Aristeæ causa prodigia fierent ?
„hil habes, quod respondeas. Nos con
„cum Jesu res gestas narramus, cur accide
„solidissima hæc a nobis ratio datur, D
„per Jesum voluisse salutarem hominibus
„stituere doctrinam firmatam quidem in A
„stolis, augendam vero consequentibus ter
„ribus, ubi non paucæ fiunt Jesu nomine san
„nes, aliaque miracula non contemnenda.
„quisnam erat Apollo ille, ut juberet
„steam a Metapontinis in deorum numero
„loc

jocari? Verum Apollinis de Aristea testimonia tibi digna videntur; summi Dei autem de Jesu testimonia te adducere non posse. . . . Ac Apollo quidem secundum Celsum jubet Aristeam a Metapontinis haberi Deum, sed quia illi argumenta, quæ Aristeam hominem, eumque fortasse non bonum probabant, certiora putarunt esse, quam Oracula Apollinis, ei parere noluerunt, sic nemo Aristeam Deum existimavit. De Jesu autem dicimus illum accipi ut Dei Filium, qui in humana anima & corpore venit. . . . Et dissipatis dæmonum insidiis effecit, ut ubique terrarum ad convertendos homines Evangelium ejus prævaleret, & essent ubique Ecclesiæ, quæ si cum populorum conciliis, quibuscum habitant, comparentur, in mundo tamquam lumina sunt. Ecquis non fateatur, eos, qui in Ecclesia deteriores sunt, & in meliorum comparatione minores, præstantiores esse multis eorum, qui in popularibus cætibus vivunt? . . . Ecclesia Dei, quæ est Athenis, mansueta est; contra cætus Atheniensium turbulentus est. Idem dixeris de Ecclesia, quæ est Corinthi & Alexandriæ. . . . Sic & invenies quosdam Ecclesiæ Senatores dignos, qui Dei moderentur civitatem, cum contrario, qui cernuntur passim Senatores, eorum mores nihil præseferant dignum sua dignitate; atque si eodem modo Ecclesiæ Antistitem cum singularum urbium Præsidibus comparaveris, intelliges, eos in professione ad virtutes his præcellere. An„non

n. 29. *Christianorum mores ab illis ethnicorum diversi.* *n. 30.* *n. 31.*

„non ergo æquum eſt, in Jeſu, qui hæc t
„conſtituere potuit, non vulgarem agnoſ
„Divinitatem, non autem in Ariſtea Pro
„neſio, nec Abaride Hyperboreo, qui ja
„Celſum curſu telum aſſequebatur.

Clazomenii hiſtoria. n. 32. 8. *Octavo.* Celſus idem argumentum ex
fabulis urget, „nam *Clazomenii* anima ſæ
„relicto corpore circumvagata fuit ſine
„pore, nec illum tamen homines in num
„deorum habuerunt. *Reſpondeo*, fortaſſe
„los dæmones iſta curaſſe perſcribi, nec e
„arbitror curaſſe fieri, ut dicta de Jeſu v
Cleomedis fabula. n. 33. „figmenta ſimilia illis exploderentur. D
„de Celſus refert, Aſtypaleenſem Cleome
„ex arca clauſa evolaſſe. *Reſp.* Hoc etſi
„bis figmentum non eſſet, ut eſſe figmen
„videtur, tamen cum Jeſu rebus compa
„non debet, cujus divinitatis ſigna ſunt,
„ticinia de eo edita, ſanationes in ejus n
„ne factæ &c. Cum vero Cleomedis hiſ
„nihil habeat probabile, eam vel ut fa
„redarguemus, aut dicetur, dæmonium q
„dam magicas artes imitatum oculis fu
„feciſſe. . . . Deinde quia comprehen
n. 34. „mortuum colimus, ait Celſus: Simile
„quidpiam facere Getis, qui Zamolxin,
„licibus, qui Mopſum, Acarnais, qui Am
„lochum, Thebanis, qui Amphiaraum,
„badienſibus, qui Trophonium cultu p
„quuntur. Verum his nos abſurde a C
„aſſimilamur; nos enim ſtatuas dæmoni
„ſecratas non erigimus, ſed cultum Deo
„buimus puris moribus, precibusque, qua
„

„ferimus per eum, qui ingenitam inter, & „genitam naturam veluti medius, ad nos de-„fert Patris beneficia, & Sacerdotis more no-„stras ad summum Deum perfert preces.... „Dicat quaeso nobis Celsus, an nihil sunt, quos n. 35.
„enumerat, aut estne aliquis eorum vel dae-„mon, vel heros, vel Deus: si dixerit, nihil „esse, palam fiet, vana esse, quae dixit: si „dicat, aut daemones, aut heroas, aut deos „esse eos, caveat, ne hinc probetur, quod mi-„nime vult, tale quippiam fuisse Jesum, pro-„inde potuisse multis hominibus persuadere, „se divinitus ad genus humanum advenisse, „& annon necesse sit, ut fateatur, majorem „Jesu potestatem, qui prohibet, ne illi in deo-„rum numero ponantur. . . . Denique Celsus *Antinoi*
„contendit cultum *Antinoi* Amasii Adriani a *cultus.*
„nostro in Jesum cultu non discrepare. Ve- n. 36.
„rum quid horum Adriani Amasiorum vita „ad omnes spurcitias etiam contra naturam „projecta commune habet cum vita Jesu, quem „colimus, quem vel intemperantiae macula „nequidem ejus calumniatores aspergere ausi „sunt. Sed & siquis veritatis amans res An-„tinoi incorrupte perpenderit, inveniet, quod „ejus virtutes quidam comminiscuntur, qui-„bus inde quaestus est, dum alii quidem a dae-„mone ibi collocato decipiuntur, alii vero infir-„mae conscientiae stimulis agitati poenam sibi „a deo Antinoo inflictam pati se putant. At „daemones etiam videntur aut formidare Je-„su nomen tamquam potentioris, aut legibus „ejus tamquam Domini reverenter obtempera-„re: nisi enim sic a Deo constitutus fuisset, „ejus

„ejus pronuntiato nomine non exirent e c
n. 37. „poribus, quæ possidebant. . . . Unde Cl
„stianis merito tutum visum est, nulli ut l
„credere, præterquam soli Jesu Christo,
„omnium moderator omnia arcana perspic
Vana fides in deos. „& paucis indicat. Quare de Antinoo
„quolibet alio in deorum numerum relato fi
„est infortunata, de Jesu autem fortunata
n. 38. „aut diligenter examinata : fortunatam aut
„dico, non quominus illam acceptam Deo
„feram, cui exploratæ sunt causæ rerum,
„quod per eum in hanc viam ingrediens
„tam sortitus sim.

Fides in Christum rationabilis. 9. *Nono.* Celsus ait „*fidem, quæ nost*
„*animam præoccupavit, in causa fuisse, cur*
„*su assentiremur.* *Resp.* Verum quidem est,
n. 39. „dem hujus assensionis nostræ effectricem f
„se: at vide, annon hoc ipso digna laude sit
„fides, quod nos ipsi credamus rerum omni
„Deo, gratias agentes illi, qui nos ad h
„fidem perduxit, confitentesque non potuiss
„lum sine Deo rem tantam perficere : q
„insuper adjungamus fidem iis, qui Evan
„lia scripserunt, ducti scilicet pietate & an
„candore, quæ in eorum scriptis elucent, q
„que nihil in eis spurium, aut dolosum,
n. 40. „fictitium aut vafrum suspicari sinunt.... V
„etiam, annon fides nostra ad communem f
„sum ab initio nobis insitum accomodata n
„tet eos, qui docilem dictis aurem præbe
„etsi enim perversitas doctrina roborata
„tuerit persuadere multis, simulacra ex a
„&c. esse deos adoratione dignos, commu
„tam

tamen sensus postulat, ut materiam corru-
ptioni obnoxiam non cogitemus esse Deum,
qui creavit, continet, & gubernat omnia.
... & anima rationis particeps ad naturam
... affinem respiciens rejicit, quos hactenus
... existimaverat, & naturalem amorem
... concipit in Creatorem.

10. *Decimo.* „Celsus iterum nobis objectat, *Jesu Divinitas.*
... *Deum æstimare, qui constet ex mortali cor-*
pore. Verumtamen sciant criminatores isti, *n. 41.*
... ab initio Deum, Deique Filium esse
credimus, eum esse Verbum ipsum, Sapien-
tiam ipsam, ipsam Veritatem; mortale au-
tem ejus corpus, & humanam, quæ in ipso
..., animam ad maximam dignitatem evecta
..., non societate tantum cum illo, sed
... in unum concursu, & permixtione, am-
... partem vocata divinitatis, & in Divi-
nitatem fuisse conversa. (*id est hypostatice*
...) Si quem hæc offendunt, quæ de Jesu
corpore dicimus, is Græcos consulat de ma-
..., quam docent per se omnis expertem
qualitatis, qualitates indui, qualescunque illi
... circumdare vult, quæ quidem opinio
... est, quid mirum, qualitatem, qua cor-
... Jesu mortale indutum erat, Dei volentis
providentia in ætheream, divinamque muta-
... fuisse. (*Sine confusione tamen naturarum,*
... *Origenes l.* 1. *Periarch. c.* 2. *n.* 1. *aperte*
...) Unde etiam ruit Celsi objectio *n. 42.*
... *æque, ac aurum &c. corruptibilis sit:*
... enim fieri non potuit, ut caro Jesu mu-
... qualitatibus talis evaserit, ut nihil ha-
„beret

„beret eorum, quæ infirmæ carni p
n. 43. „sunt. . . Neque obſtat, quod Chriſ
pulchrum ſuperſit, ſicut etiam Jovis:
„noſtrum Jeſum in ſepulchro poſitum eſſ
„ſitentes, eumdem e Sepulchro excitatu
„feramus, multisque ſignis illum rediv
„aparuiſſe conſtet.„ Cum econtra hoc
ve numquam probabitur.

Chriſtiana doctrina ſapientes non repellit.

11. *Undecimo.* Celſus criminatur
„ſunt Chriſtianorum inſtituta: *Nemo*
„*tus, nemo ſapiens, nemo prudens ad nos*
„*dat; hæc enim mala apud nos exiſtimantu*
n. 44. „Ad quæ ſic reſpondeo: probamus do
n. 45. „noſtræ mentem eſſe, ut Sapientiæ nav
„operam, cum ex veteribus Judæorum
„pturis, quibus & nos utimur, tum e
„quæ in mundo sunt, sint reditura non eade-
n. 69. „sed omnino similia. . . „ Neque prætensa-
„rerum necessitatem Celsus probare potest ex e-
„quia *non opus est Deo, ut sua opera denuo em-*
„*det;* neque enim Deus, cum corrigit mundu-
„diluvio, id facit more artificis, cujus op-
„deesset quidpiam, aut esset aliquid vitii, -
„tunc malitiam coercet, ne latius grassetur.
n. 70. „Quamdam etiam de malis Celsus oratione-
„habuit his verbis: *etiamsi quod tibi videa-*
„*malum, nondum ideo liquet, malumne reve-*
„*sit: nescis enim, annon tibi, aut alteri, aut u-*
„*versitati prosit.* Verum dicendum est, etsi De-
„illæso nostræ libertatis arbitrio utatur impr-
„borum malitia ad ordinem universitatis, eo-
„que utilitati illius accomodet, reos nihilom-
„nus esse, qui malum perpetrant; sicut si re-

„dam

„damnetur ad opera publica omnibus utilia, „ipse tamen videretur fungi abominando munere, in quo nemo vel mediocriter sapiens versari vellet. . . . Unde nequis hinc ansam „peccandi capiat, quasi peccato ipso futurus „utilis universitati.

15. *Decimo quinto.* „Quoniam vero Celsus *Ira Dei* „quaedam Scripturarum loca deridet, quia ibi *quid.* „Deo tribuuntur quasi humani affectus irae, *n. 71.* „minarum. Respondendum est: Quod Scri„ptura more hominum loquitur, eaque re homi„num utilitati consulit, neque enim in rem „vulgi fuisset, si quae illi dicenda erant, Deus „pro sua majestate dixisset. . . . Igitur iram *n. 72.* „Dei nominamus quidem, sed eum illius affe„ctum esse non dicimus. Est potius asperior „quaedam agendi ratio, qua Deus ad erudien„dos tantorum criminum reos homines utitur. „. . . Quod ad minas attinet, per eas de- *Minae Dei* „nuntiantur improbis, quae ipsis futura sunt. „. . . Et si Judaei, postquam tam crudeliter *n. 73.* „in Jesum saevire ausi sunt, funditus periere, „et suas urbes amiserunt, haec eos tantis poe„nis affecit ira, quam sibi thesaurizaverant; „Dei enim judicium in illos constitutum lingua „Hebraica ira appellatur.

16. *Decimo sexto.* „Multis postea nos accu- *Omnia* „sat Celsus, quod a Deo omnia propter homi- *propter* „nem facta esse dicamus, & probare vult, ni- *hominem* „hilo magis propter animantes rationis exper- *creata.* „tes facta esse omnia. . . . Verum sicut pec- *n. 74.* „caret ille, qui, quod canes rerum vena-

 „lium

„lium copia fruantur, ideo diceret præfect
„foro non magis hominibus quam canibus pr
„vidisse: multo magis igitur Celsus in Deu
„naturis ratione præditis providenten impi
„est, qui negat alimenta hominibus potius es
n. 75. „quam stirpibus &c. comparata.... Cumq
„Celsus dicit: *Tonitrua, fulgura, pluvias n*
„*esse opera Dei, & si essent, non magis nobis h*
„*minibus alendis facta sunt, quam stirpibus &*
„providentiam tollit, quæ non magis nobi
„quam stirpibus &c. consulit. . . . Sed n
„soli Deo rerum illarum Conditori addi
„Christiani gratias illi habemus, quod no
„& propter nos animalibus, quæ nobis s
„viunt, tale domicilium adornaverit, *herb*
„*servituti hominum.* *Ps.* 103. 14. *sqq.* Neq
„mirum est Deum etiam ferocissimis anima
„bus alimenta præbuisse; fuerunt enim Phi
„sophi, qui dicerent, illa animalia nata e
„ut animali rationis participi materia exe
n. 76. „tationis essent. . . . Addit Celsus: *I*
„*magna molestia victum quærimus, animali*
„*autem tellus inarata fert omnia.* At non
„det, Deum voluisse undecunque præberi
„lertiæ humanæ exercendæ materiem, u
„illa otiosa & artium imperita remaneret,
„que ea causa hominem creasse indigente
„ut penuria ipsa cogeretur, artes inveni
„alias ad victum, alias ad vestitum nece
„rias. . . . Ex quibus omnibus mirari su
„providentiam; nam animantibus rationis
„pertibus paratus pastus, quia ad artes mi
„me idoneæ sunt, natura quoque teguntu
„aliæ villis vestitæ, aliæ plumis &c.

„D

„Dies etiam & nox serviunt mortalibus; uter- n. 77.
„que factus propter naturas ratione præditas:
„si autem uterque creatus propter homines,
„*prodest formicis & muscis*, uti Celsus objicit,
„non idcirco dicere oportet, formicarum &
„muscarum causa facta esse diem ac noctem,
„aut in iis creandis alio spectasse providen-
„tiam, quam ad homines. . . . Instat Celsus, n. 78.
„*nos reges animantium male dici, cum illæ nos &*
„*venantur & devorant, nobis vero armis, cani-*
„*bus &c. contra eas opus sit, illis autem sponte*
„*contra nos natura arma dederit.* Verum etiamsi
„viribus corporis nos multo superent animan-
„tes, illas tamen in nostram potestatem nostra
„redigit ratio, atque solertia Elephantes nobis
„subdimus. . . . Canibus ad gregum & do-
„morum custodiam, bobus ad agriculturam,
„jumentis ad ferenda onera utimur. . . Quod n. 79.
„subdit Celsus: *Antequam urbes, artes, & ar-*
„*ma essent, homines a feris captos & devoratos*
„*fuisse, feras autem ab hominibus nequaquam.* Hic
„vide, tametsi homines feras, & feræ homi-
„nes capiant, multum tamen differre inter
„eos, qui solertia vincunt, ab iis, qui ferita-
„te & rabie nonnisi eos superant, qui ad se mu-
„niendos sua non utuntur solertia. . . . Fal- n. 80.
„sum autem est homines a feris initio captos
„& devoratos fuisse, minime autem feras ab
„hominibus: neque enim Deus homines feris
„subjecit, sed hominibus dedit, ut sua soler-
„tia, artibusque ab ea contra feras excogi-
„tatis domare possent feras.

 17. De-

Discrimen inter providentiam hominum & animalium.

17. *Decimo septimo.* Pergit Celsus prob re, „nihil apud Deum interesse hominem i „ter & formicas aut apes, *quæ etiam habent r „gem, bella, victorias, urbes, pœnas ignavoru* „Verum ex his liquet, illum ignorasse, qu
n. 81. „sit discriminis inter rationis solertiæque op „ra, & ea, quæ natura rationis experte, „simplici *machinamentorum* constructione fiu „ . . . Formicæ enim & apes hæc sine r „tione faciunt, & admirari oportet divinit „tem, quæ etiam brutis animantibus qua „dam quasi imaginem rationis largita est, i „que fortasse ad incutiendum hominibus pud „rem, ut formicas intuiti & laboriosiores fiere „& rerum sibi utilium parciores; apes ve „contemplati inde discerent, & potestatib „parere, & in partem operum venire, quæ „civitatum conservationem necessaria su
n. 82. „Fortasse etiam hæc imago bellorum, quæ g „runt apes, nobis documento est, quomo „juste & ordinate gerenda bella sint, siqua
n. 83. „do inter homines geri opus est. . . . E „dem modo formicarum cura de victu pro hi „me congerendo ad omniparentem naturam „ferenda est, quæ etiam brutas animantes „exornavit, ut ne minima quidem relicta fu „rit, quæ impressa a natura non ferret rati
n. 84. „nis vestigia. . . . Similiter quod *mortuis f „micis vivæ peculiarem quemdam locum secerna* „hominum demonstrat industriam, quæ do „brutis animalibus a natura collata exorna
n. 85. „potuerit. . . . Unde e cœlo in terram d „spiciens non aliud in brutis animantibu „quantalibet sint eorum corpora, principiu

„a

„animadverteret, quam, ut ita loquar, ratio-„nis privationem; in ratione præditis autem „rationem, quæ hominibus communis est cum „divinis cœlestibusque naturis, fortasse etiam „cum Deo ipso, & qua fit, ut ad Dei imagi-„nem creatus esse dicatur.

18. *Decima octava.* Celsus, ut humanum genus „ad animantium statum dejiciat, ait: „*In magiæ* „*arcanis Sapientiores hominibus esse serpentes &* „*aquilas, norunt enim multa contra venena &* „*morbos remedia &c.* Verum quomodo in hac „re serpentes sunt hominibus Sapientiores? „Cum enim feniculo ad acuendam oculorum „aciem, agilitatemque corporis comparandam „utuntur, id solum sibi a natura porrectum ar-„ripiunt, non rationis lumine, sed corporis „constructione. At vero homines idem facien-„tes non eo adducuntur simplici natura, sed „partim experientia, partim ratione, partim „ratiocinatione, & scientia. Sed esto, alia quo-„que remedia cognoscant bestiæ, an inde con-„sequens est, non naturam esse, sed rationem, „quæ bestias illa docuerit? Nam inventrix eo-„rum si fuisset ratio, non unum, duo, vel tria „invenisset in animalibus, sed tot, quot in „hominibus invenit. . . . Præterea multis „probare Celsus nititur, non melius homines „de Deo cogitare, quam bruta. . . . *Nam ab* „*avibus discunt homines, ut ars divinorum tota in* „*observandis earum prædictionibus posita sit. . . .* „*Ajunt præterea, prudentiores bestias & animantia* „*habere inter se colloquia nostris sanctiora: Ele-* „*phantis autem nihil juramenti tenacius videtur,*

Bruta quomodo morborum remedia noscant. n. 86. n. 87. n. 88.

„*idque ea causa sine dubio, quod Deum cog*
Auguria vana. „*scant.* . . . Verum cum de divinatione
„aves minime conveniat inter Philosoph
n. 89. „debuit Celsus probare illam divinationem
„vera esse, tum rationes eorum diluere,
„ejusmodi divinationes e medio tollunt;
„stea occurrere iis, qui animalia volunt ad
„vinandum moveri aut a dæmoniis, aut a d
„denique argumentis probare bestiarum a
„mam esse diviniorem. . . . Quod si ver
„ergo aves clariorem, quam Celsus, Dei
„bent notionem. . . . Planius igitur C
„judice naturam Divinitatis intellexerunt a
„ad divinationem aptæ, quam Plato &c.
„nos par fuit, magistras audire aves, ut que
„admodum, si Celso fides, nos docent res
„turas divinare, ita nobis claram illam, qu
„animo comprehensam habent, divinitatis
„tionem impertirent, sicque de illa homi
n. 90. „omni dubitatione liberarent. . . . Cert
„divina quædam vis animantibus inesset, p
„noscendi futura, ut ea hominibus scire vo
„tibus impenderent, multo magis cogno
„rent, quæ ad ipsas spectant, & ea si cog
„scerent, profecto caverent, illuc volare,
„illis homines laqueos & retia tetendiss
n. 91. „Præterea cum aves juxta Celsum cum avi
„colloquantur, quæ ex eis divinandi vir
„pollent, futura sine dubio secum invi
„communicarent, neque avis, de qua Ho
„rus *Iliad. l.* 2. *v.* 308. *sqq.* pullos edidis
„ubi ipsa pullique ejus draconi præda fu
„erant, neque draco, de quo idem Poeta *I*
„*l.* 12. *v.* 200. *sqq.* commisisset, ut ab aq
„n

„raperetur. . . . Nos vero id tribuimus dæ- n. 92.
„moniis, qui insinuant se in corpora anima-
„lium, quæ rapaciora, ferociora, calidiora
„sunt, eaque, quo & quoties lubet, impellunt,
„aut eorum facultatem imaginum receptricem
„ad volatus variosque motus comparant, ut
„homines hoc divinationis genere capti, Deum
„rerum omnium moderatorem non quærant,
„non colant, & in avibus &c. occupentur....
„Unde Moyses merito in suo de animalibus n. 93.
„edicto, immunda illa omnia appellat, quæ
„Ægyptii cæterique homines vatidica esse pu-
„tant. . . . Præter hæc si divina avium ideo n. 94.
„est anima, quia illæ futura prænuntiant,
„quanto magis cum ab hominibus omina ac-
„cipiuntur, divinam dicendum esset eorum esse
„animam, per quos omina audiuntur. . . .
„Sed verus Deus ad significandas res futu- n. 95.
„ras non brutis animantibus utitur, nec homi-
„nibus quidem e vulgo: eligit ad hanc rem
„sanctissimas purissimasque animas, quas af-
„flat suo numine & vatidicas reddit. . . . Cæ- n. 96.
„terum scire oportet, rerum futurarum notitiam
„non esse necessario rem Divinam; est enim
„per se quid indifferens, quod in malos æque
„ac in bonos cadit, uti in medicis &c. patet.
„. . . Porro si, uti Celsus ait, *bestiæ chario-* n. 97.
„*res Deo sunt*, quam homines, utinam cum il-
„lis Celsus Deo charus esset, & illis similis fie-
„ret, quæ Deo chariora esse existimat. Quod
„ad bestiarum colloquia attinet, Celsus, qui
„vult ea sanctiora esse nostris, id fulcit au-
„ctoritate hominum prudentiorum. Sed ne-
„mo sapiens id umquam prodidit. . . . Ve-

„rum ut crederemus esse quosdam, qui
„distinctam avium vocem intelligant, & (
„ob rem significent, quo profecturæ, & (
„facturæ sint; hoc etiam dicemus a dæm
„bus per signa indicari hominibus, idque
n. 98. „consilio, ut eos decipiant. . . . Elepha
„jurare, erga Deum fideliores esse nobis,
„bere Dei notionem, nescio, unde Celsus
„ceperit, nisi forte mansuetudinem eorum
„quasi fœdus ab illis cum hominibus init
„ubi eis semel subditi sunt, juramenti fi
„appellet: sed ne id quidem verum est;
„etsi raro, nonnunquam tamen, ad pristinan
„ritatem redeunt. Item ciconiæ parentes
„nutrientes, hoc non faciunt officii cognit
„aut ratione, sed naturæ ductu, quæ ita
„las machinata est, ut etiam in bestiis ex
„plum esset, unde homines admoneren
Phœnicis historia. „gratiam referre parentibus. Postea C
„de *Phœnice* Arabiæ alite refert, illum
„multos annos in Ægyptum transmigrare
„ferre defuncti patris corpus globo myr
„tamquam sepulchro inclusum, illudque ibi
„locare, ubi solis templum est. Respo
„Origenes: Ita proditum est, fateor:
„etiamsi verum esset, naturale tamen esse
„test, cum Divina Providentia creandis t
„copia tantaque varietate animalibus exp
„re voluerit hominibus diversitatem rerum
„quibus hunc mundum composuit, quæ d
„sitas etiam in avibus conspicitur. Hanc
„tur, alitem suæ speciei unicam condidit,
„non illam, sed ejus Conditorem, admirare

19

19. Ex dictis contra Celsum concludit, omnia propter hominem, & omnes naturas rationis participes facta esse. . . . Curae autem est Deo non solum universum, ut opinatur Celsus, sed prae universo natura ratione praedita: nec umquam universitatem deserit providentia: *Neque etiam hominibus, ... nec simiis muscisve irascitur Deus.* Sed infligit poenas hominibus, qui leges naturae violant, illisque per Prophetas, & Salvatorem, qui inter homines venit, intentat minas, idque ut, qui dociles se praebebunt, redeant in viam, qui vero contemnent illos melioris vitae stimulos, ii poenas luant, quibus eum decet pro sua universitatis bono condendi voluntate illos afficere, qui tanta tam laboriosa curatione, & correctione indigent.

ORIGENIS CONTRA CELSUM LIBER QUINTUS.

Origenes, „ne quid cuidam videatur Cel- *Dei Filius*
„sus non absurde nobis Judaeisque ob- *de caelo*
jecisse, quod non examinatum praetereat, *descendit.*
invocato inprimis Divino auxilio eum refu- n. 1.
tare pergit. Ac *Primo* quidem ad haec ejus ver- n. 2.
ba: *Neque Deus o Judaei & Christiani, neque Dei Filius aut descendit, aut descendet.* Resp. Frustra sunt, qui putant eos deos, qui e caelo delabuntur in terram, ut vel homines futuris rebus praemoneant, vel morbis per oracula medeantur. Igitur nec Pythius, nec Aesculapius fuerit in terram delapsus. . . .

„Ex

n. 3. „Ex iis vide, Celsum, dum nostra dir
„molitur, totum Epicureum esse*, quan
„non fateatur. Quisquis igitur Celsi ser
„nes legis & approbas, aut negandum tibi
„Deum huc advenire, qui singulis rebus
„spiciat, aut si admiseris, Celsus menc
„arguendus: sin autem, ut haec Celsi
„sint, providentiam sustuleris, falsum erit, c
„alio in loco affirmat: *Deos esse & provi*
„*tiam*. Quodsi Celso neganti *Deum non de*
„*disse* &c. non assenseris, providentian
„confiteris, cur ex iis, quae de Jesu Propl
„vaticinati sunt, non perpendis, uter m
„habendus sit Deus & Dei Filius ad hom
„delapsus, Jesusne, qui tanta constitui
„perfecit, an illi, qui suis Oraculis suos cu
„res deducunt a sincero illo castoque cu
„qui rerum omnium Conditori deferri d
n. 4. „. . . Deinde, quasi Judaei & Christiai
„spondissent, esse Angelos, *si Angelos* d
„rogat, *quinam sint, explicate, diine, an quod*
„*genus*? Tum quasi responsum ab eis tu
„*vos audio*, inquit, *sunt quid aliud nempe d*
„*nes*. Verum fatemur, *Angelos esse ad*
„*stratorios Spiritus* &c. *Hebr.* 1. v. 14.
„modo ad coelum ascendere ad offerenda
„minum preces, modo illinc delabi, u
„cuique afferant, quod illi Deus pro n
„conferri jussit. Etsi vero Angeli, quos
„officio sic appellatos didicimus, dii etia
„quando in sacris Scripturis nominantur
„pterea quod divini sunt, nusquam ibi p
„ptum reperias, ut qui Deo debetur c
„eodem prosequamur eos: nam omnes

...tiones, orationes, gratiarum actiones opor-
...et ad Deum dirigere per summum Sacerdo-
...m omnibus Angelis superiorem, Verbum
...ivum, & Deum. Quin & hoc ipsum Ver-
...m orabimus, illi feremus preces, illi gra-
...s agemus, illi vota faciemus, si modo
...opriam precationis possimus ab impropria
...ernere rationem. (*vid. Tract. de orat.* §. 12.)
...um Angelos a nobis invocari (*id est*, *ado-*
...*ri*) recta ratio non patitur. . . . Atque ut n. 5.
...geli nobis propitii sint, nostrique gratia
...nia faciant, satis est, si quantum per hu-
...nae naturae vires licet, erga Deum ita
...mus affecti, ac illi, eorum propositum imi-
...tantes, quemadmodum & ipsi Deum imitan-
...r. . . . Quod autem Celsus putat, nos An-
...los a daemonibus non distinquere, id ho-
...inis est, qui sacras nostras Scripturas non
...t. . . . Daemonum enim nomen tribui-
...r semper maleficis illis potestatibus crassio-
...corpore solutis, quae homines in errorem
...ducunt, & ad ima deprimunt.

... *Secundo* Celsus perperam putat, „*Ju-* *Judaei praeter Deum nil adorant.* n. 6.
... *coelum*, *&*, *qui in illo sunt*, *Angelos vene-*
... Nam *Exod.* 20. *v.* 3. *sqq.* patet, qui ex
...scripto legis vivunt, & Creatorem coeli
...rant, ab iis coelum eodem in honore non
...eri. Neque etiam Angelos, qui in coelo
..., adorat, quisquis Mosaicam legem ob-
...at. . . . Unde etiam Judaei *solem*, *lu-* n. 7.
..., *aliasque stellas* non adorant: cum enim
...m pro Deo non habeant, neque solem
...stellas adorant, quae si etiam coeli tan-
„quam

„quam totius partes forent, quod tamen
„est undecunque verum, male a Celso p
„divinæ censentur, ecquis enim Græci
„hoc illi concesserit? Palam illi quidem
„dum universum esse Deum profitentur:
„pro primo Deo Stoici; pro secundo Pla
„ci; quidam pro tertio habent. Ergone
„lis, quia mundus totus est Deus, con
„partes ejus divinæ sunt, ita ut non solum
„mines, sed animantes omnes, muscæ,
„ces &c. plantæ, flumina &c. dii sint?
„te id nemo Græcorum dixerit, sed potius
„qui fluminibus præsunt, sive dæmones
„ sive dii, ut illi vocant, pro diis habendos
n. 8. „ . . . Certe cultus cœli &c. a Judæi
„quam alienissimus: & vero Deus apud
„miam *c.* 7. *v.* 18. cum populo Judaico
„stulat, quod reginæ cœli, totique cœli
„tiæ sacra faceret. Quidquod inter cr
„illud ipsum reperias, & ob eam causam
n. 9. „Judæos fuisse repudiatos *Act.* 7. *v.* 42.
„*Ioff.* 2. *v.* 18. . . . Male etiam Celsus
„tratus est, *Judæos a magicis quibusda*
„*cantatoribus spectra quædam hanc in rem n*
„*carmine evocantibus adductos fuisse*, *ut c*
„*Angelos colerent*: nescius videlicet, &
„esse contra legem. *Lev.* 19. *v.* 31. Itaque
„sus probare debuit, Judæos, qui hæc
n. 10. „bant, in legem non peccare. . . . Qu
„nobis Christianis ratio postulatur, cu
„diis, quos Græci conspicuos & sensibil
„cant, cultum tribuamus, eam nobis le
„saica suppeditat, docens, eos a Deo
„fuisse gentibus omnibus, quæ sub cælo

...na autem iis, quos præ cæteris terræ gen-
...tanquam portionem selectam sibi Deus re-
...vatam voluit. *Deut.* 4. *v.* 19. *sqq.* Nulla
...que fuit ratio, cur, qui creata omnia ge-
...que pedibus proculcare, & a Deo præstan-
...ma vitæ bene actæ præmia expectare di-
...cerant, illi ita sensibili solis & lunæ & stel-
...arum lumine percellerentur, ut licet lucem
...am, lucem mundi, lucem hominum habe-
...ent, se tamen infra sensibilem illam lucem ar-
...itrarentur, resque illa præditas adorarent. „
...iterum Origenes antiquum suum errorem n. 11.
...de astris ratione & libertate præditis repetit....
...vero, *a sole, luna & stellis*, ipsa sunt Celsi n. 12.
...*a, pluvias, æstus, nebulas, tonitrua præ-
...*: ut res ita sit, nonne tamen satius est,
...i & venerari Deum, cujus jussu præ-
...t? Nec enim adoramus Moysen, & ejus
...vaticinandi munere successores, quamvis isti,
... afflante, longe meliora pluviis, æstibus,
...lis, tonitruis, fulguribus, fructibus,
...gentibusque his nostris omnibus prædixe-
...... Sane sint Dei præcones, & vere
...stes Angeli; at cur non potius colendus
...solus est, qui prædicatur, & annuntiatur,
...n Angeli & præcones? ... Hactenus n. 13.
... nec solem, nec lunam, nec stellas ve-
...amur.

Tertio. Pergit Celsus: „*Stulta & hæc* Conflagratio mundi.
... *opinio, postquam Deus tamquam coquus*
... *immiserit, cætera quidem tostum iri, sed*
...*los evasuros incolumes.* Verum ignorat n. 14.
...s, quod etiam quibusdam Græcorum n. 15.
... est, & quod fortasse ab antiquissima
„He-

„Hebræorum gente acceperant, ignem mu
„inferri lustralem, aut fortasse pœnæ simu
„remedii loco futurum, prout cuique o
„erit, ignem, qui uret quidem, non vero c
„sumet eos, in quibus non erit materia, c
„confici debeat: uret autem & consumet
„qui in construendo actionum, sermonum,
„gitationumque, ut ita dicam, ædificio,
„gna, fœnum, & stipulam adhibuerint. .
n. 16. „Hoc igitur dicimus, qui doctrinam inco
„ptam, integros mores, mentem omnino
„ram conservaverint, eos ab igne, pœnis
„immunes fore; horum vero dissimiles, &
„quos ignis castigatione pro meritis disp
„sanda animadverti opus erit, eis pœnis c
„quodam consilio affectum iri, quas Deum
„cet iis infligere, qui ad ipsius imaginem
„vitam traduxerunt naturæ ad imaginem c
„tæ minime consentaneam. Atque hæc
„versus illud Celsi: *Cætera quidem tostum*
n. 17. „*se vero solos evasuros incolumes*: quod vero
„dit: *nec solum eos, qui in vivis erunt, sed et*
„*qui jam pridem defuncti fuerint*: oportet, ut
„male sacras litteras intellexerit, aut ist
„non intelligentibus audierit: non enim
„madvertit, arcana quadam Sapientia dic
„ab Apostolo Jesu fuisse: *Non omnes dor*
„*mus, omnes autem immutabimur.* 1. *Cor.*
„*v.* 51. *sqq.* Scire tamen illum oportuit,
„in animo haberet is, qui sic loquitur, ut
„non mortuus, qui se suique similes a
„tuis segregat, qui postquam dixit, *& m*
„*resurgent incorrupti, & nos immutabimur.*
„que hunc intellectum eorum esse confirm

„a, quæ 1. *Theſſ.* 4. *v.* 14. habentur, in hoc „enim Paulus ut vivus, & vigilans, & omni- „no a mortuis diverſus ait: *Nos, qui vivimus*... „*non præveniemus eos, qui dormierunt* &c. deinde „cum ſciret, præter ſe ſuique ſimiles alios „fore mortuos in Chriſto, ſubjungit: *Mortui*, „*qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi* &c.

4 *Quarto.* „Cum autem plura fuerint a Cel- „ſo dicta ſcurriliter adverſus carnis reſurrectio- „nem, diſſeramus de iſto problemate. . . . „Ergo neque nos, neque divinæ litteræ ajunt, „eos, qui jam dudum obierint mortem, e terra egreſ- „ſos iisdem carnibus, nulla in melius facta mu- „tatione victuros eſſe. Legimus enim multa in „Scripturis de reſurrectione, ſed Deo digna: „1. *Cor.* 15. *v.* 35. *ſqq.* & *v.* 43. *ſqq.* Cum „enim corporis natura ſit corruptibilis, neceſ- „ſe eſt, hoc corruptibile tabernaculum induat „incorruptionem, & quod aliunde mortale eſt „atque adeo morti, quæ peccatum comitatur, „obnoxium, induat immortalitatem, ut quan- „do corruptibile incorruptionem, & mortale „induerit immortalitatem, tunc fiat, quod „olim a Prophetis prædictum fuit, nimi- „rum amittat mors victoriam. *Oſee.* 13. *v.* 14. „qua ſibi nos victrix illa ſubdiderat; & fran- „gatur ejus *ſtimulus*, quo anima non undecun- „que munita peccati vulneribus confoditur... „Quin etiam Stoici ajunt, poſt certas temporum „vices exuri rerum univerſitatem, & poſtea „denuo exornari rebus omnino ſimilibus ea- „rum, quæ in prima exornatione fuerant... „ejusmodi vero eſſe futura in poſteriori con-

Carnis reſurrectio vindicatur. *n.* 18.

n. 19.

Stoicorum ſententia de reſurrectione. *n.* 20.

„versione ; futurum Socratem Athenienſe
„Sophroniſci filium, futurumque, ut Phænar
„te nupta Sophroniſco rurſus illum proger
„ret. Tametſi ergo voce reſurrectionis non utu
„tur, rem tamen declarant, nempe Socrate
„Athenis iterum Philoſophaturum : Phalar
„rurſus uſurum eſſe tyrannide. Alexandru
Pythagoricorum & Platonicorum. n. 21. „Pheræum rurſus tyrannum fore &c. Pyth
„gorici vero & Platonici docent, ſtellis p
„ratas quasdam converſiones eamdem forma
„eumdemque ſitum obtinentibus in terra o
„nia ſe ſimili modo habere, atque cum eod
„ſitu eademque forma ſtellæ in mundo era
„Ex quo neceſſe eſt, ut, cum poſt magnam co
„verſionem ad idem erga ſe invicem aſtra
„dierint, ubi erant Socratis tempore, Soc
n. 22. „tes rurſus ex eis naſcatur. . . . Verum
„rejectis nos credimus id, quod ſeminat
„non vivificari, niſi prius moriatur, nec ſe
„nari corpus, quod futurum eſt, *ſeminatur in*
„*ruptione*, *ſurget in incorruptione* &c. 1. *Cor.*
„*v.* 36. *ſqq.* Quocirca doctrinam Eccleſiæ C
„ſti retinemus, totamque ſuam pollicitati
„Divinæ aſſerimus magnitudinem, impleri
„lam poſſe probantes non verbis tantum,
„etiam argumentis. . . . Neque cunctar
„fidem habere dicenti : *Cœlum & terra tr*
„*bunt, verba autem mea non præteribunt.* Ma
Origenis ſententia de reſurrectione. n. 23. „24. v. 35. Nos igitur non dicimus, corrupt
„corpus redire ad priſtinam naturam, ſed
„ſitam eſſe corpori vim quamdam, quæ
„corrumpitur, & qua fit, ut corpus in in
„ruptione ſurgat. . . . Neque etiam, ut C
„ſus ait, *ad abſurdiſſimum illud præſidium*
„ſi

fugimus, *omnia esse Deo possibilia*: scimus enim, illud *omnia* non complecti ea, quae fieri posse repugnat, & cogitari. Dicimus etiam, Deum *turpia non posse*, alioqui Deus posset non esse Deus: nam siquid turpe Deus facit, Deus non est. Quod autem Celsus ponit, *Deum non velle, quae sunt contra naturam*, distinguendum est. Verbis illis siquis malitiam designat, negamus & nos Deum velle, quae contra naturam sunt: sin autem quidquid consilio Dei aut voluntate fit, id necessario consequum est, non fieri contra naturam; quaecunque Deus facit: haec licet incredibilia sint, & quibusdam incredibilia videantur, non sunt tamen contra naturam. Quodsi verbo urgere oportet, dicemus, esse quaedam supra naturam, prout hanc vocem plerique intelligunt, quae Deus efficere possit. . . . At- n. 24.
ex his, quae dicta sunt hactenus, intelligere licet, nobis molestum non esse id, quod Celsus objecit ex Heraclito, *cadavera vel stercoribus esse viliora*: cadaver enim humanum non est, quod anima incoluit, & praesertim si fuerit studiosa virtutis: hoc enim aequiores leges donari sepultura volunt, idque honesto ritu, ne videlicet humanum corpus, ceteris bestiarum projicientes, animam a corpore egressam, quantum in nobis est, afficiamus contumelia.

Quinto. Celsus „indicat, *Judaeos peculiarem quandam gente constituta latas pro suo ingenio leges etiam nunc observare, & religionem patriam conservare, ut caeteri homines.* Statuit „igi- *Judaeorum leges divinae. n. 25.*

„igitur Judæorum regioni gentique illam
„colenti aliquem aut aliquos invigilasse,
„vel quibus collaborantibus Moysi leges
n. 26. „daicæ sancitæ sunt. *Atque oportet*, inqu
„*servare leges, tum quia alias aliis constituere*
„*ges placuit, quas etiam servare oportet, tum*
„*probabile est, diversas terræ partes diversis p*
„*statibus comissas ab initio, eodem nunc modo*
„*ministrari. . . . Nec fas est dissolvere, quæ*
„*suis quæque locis jam tum ab initio instituta*
„Verum hic Celsum interrogaverim lube
„ecquis ille fuit, qui terræ partes ab i
„alias aliis distribuerit inspectoribus? Ec
„Judæorum regionem comisit illi vel illis p
„sidibus, qui illam sortiti sunt? An Jup
„Judæorum regionem & gentem cuidam
„didit, voluitque, ut is tales Judæis le
„imponeret? An id factum est præter Jovis
„luntatem? Utrumvis respondeat, vides a
„stias esse. Nisi autem ab uno partes t
„præsidibus distributæ fuerint: ergo si
„quique fortuito terram partiti sunt, quod
„surdissimum est, & summi Dei providen
Leges nationum perversæ. „tollit. . . . Deinde doceat Celsus, quon
„singulorum recte se res habeant, cum ex
„rum Præsidum voluntate reguntur, an
n. 27. „empli causa Scytharum leges rectæ sint,
„patres interfici permittunt: an Persar
„quæ matres filiis nubere permittunt;
„Taurorum, quæ Dianæ hospites jubent im
„lari. . . . Consequens est etiam e Celsi
„tentia, pietatem non sua natura, sed con
„su & opinione divinam esse virtutem:
„quosdam enim pium est, colere crocodill

„

dum id, quod ab illis colitur, uti vitulus, hir-
cus &c. manducant. . . . Dixerint fortasse, n. 28.
pium esse, qui patria instituta sequitur, mi-
nime vero impium, qui aliorum non obser-
vat instituta, & epulando absumit ea, quæ
populi aliis adstricti legibus colunt. Hæc au-
tem vide, annon multam de justo, sancto,
& pio perturbationem inducant: sic enim non
distinguitur pietas, non propriam naturam
habet, nec quidquam aliud, quo pios illos
judicare possis, qui pietatem sectantur. Ita-
que si pietas, si sanctitas, si justitia non sunt,
nisi comparate, ut res pia sit aut impia, pro-
ut cum diversis legibus comparatur, cogita,
an non idem de temperantia & aliis virtutibus
dicere liceat, qua tamen sententia nihil ab-
surdius. . . . Rursus Celsus non videtur re- *Divisio*
cepisse a quibusdam occultiores terræ *populo-*
distributionis rationes; quas tamen aliquo *rum.*
modo attigit Græcanica historia, ubi dii de n. 29.
Attica &c. concertasse leguntur. . . . Nos
vero dicimus, Moysen Prophetam Dei de illa
gentium terræ divisione locutum esse Deut. 32.
v. 8. sqq. *Quando dividebat Altissimus gentes*
&c. Item Gen. 11. v. 1. sqq. *Dispersit eos Do-*
minus super faciem totius terræ. . . . Sic igi- *Origenis*
tur intelligenda res est. Qui omnes in terra *explicatio*
loquebantur una divina lingua, in illa utenda *dispersio-*
persistere, quamdiu inter se consenserunt, nec *nis popu-*
se dimovent ab oriente, donec illis lumen & *lorum.*
luminis æterni splendor sapit: iidem illi ab n. 30.
oriente recedunt, cum res illis ab oriente alie-
næ placent, tumque campum inveniunt in
terra Sennaar (quæ vox idem sonat ac *den-*

„*tium excussio*, quaque significatur, eos am
„se ea, quibus aluntur) ibique habitant, c
„vero ibi turrim ædificare tentarunt, c
„culmen putabant ad cœlum pertingere....
„Angelis, qui suam unicuique eorum lingu
„indiderunt, in diversas pro suis meritis te
„partes æstuosas vel frigidas &c. abducun
n. 31. „... Observant autem acutiores, eos,
„primam linguam servavere, in oriente rem
„sisse, partem fuisse Domini, & illos pro p
„catis suis traditos fuisse aliarum regio
n. 32. „Præsidibus. ... Postremo vero cum re
„dia adhibita malitiam semper crescentem
„compescerent, dispersos in alias partes f
„ab aliarum regionum Præsidibus. ... Q
„niam vero, qui suis peccatis ab oriente re
„serunt, traditi sunt in reprobum sensum,
„so non assentimur, iis inspectoribus div
„terræ partibus præpositis deberi, quod
„se res singulorum habeant, neque etiam
„agendi rationem sequi volumus, quæ illis
„cet. Scimus enim, fas esse, leges ab i
„constitutas violare, iisque leges ante
„præstantiores, ac diviniores, quas Jesu
„potentior sancivit.

Christianorum legislator Jesus.

6. *Sexto.* Celsus interrogat Christia
„*unde veniant? quemnam habeant auctorem pa*
„*rum legum, quippe qui a Judæis oriundi a*
n. 33. „*defecerint.* Respondemus: Venimus n
„novissimis hisce diebus, cum Jesus ad
„advenit, venimus Jesu imperiis accersiti,
„*flatum in vomeres gladios*, quibus animi n
„antea ab bella inferenda, ingerendasque

„tumelias utebantur, & convertimus in falces
„lanceas, quibus olim irati feriebamus, facti
„pacis filii per Jesum, quem sequimur ducem,
„relictis illis, quibus adhæserunt patres no-
„stri. Ab illo legem accepimus, qua cum nos
„ab errore liberaverit, idcirco gratias illi agen-
„tes dicimus: *Vana Patres nostri simulacra ha-
„bent.* *Jer.* 16. *v.* 19. Præses igitur noster, &
„doctor e mediis Judæis egressus verbo suæ do-
„ctrinæ pascit universum orbem. . . . Quia *n.* 34.
vero Celsus multis verbis probare conatur,
omnes homines patriis legibus vivere oporte-
re, neque hac de re reprehendi posse; Chri- *n.* 35.
stianos vero, qui non peculiarem ut Judæi
gentem constituunt, injuria leges patrias de-
seruisse, ut ad Jesu doctrinam adhærescerent.
Respondet Origenes: dicat igitur nobis Cel-
sus, utrum hi, qui Philosophiæ dantes ope-
ram excusserunt superstitionem, & ita patria
instituta deserunt, ut cibis vescantur in pa-
tria vetitis, ex officio faciant, an præter of-
ficium? Nam si Philosophia hoc efficere po-
test, cur non Christiani idem atque Philoso-
phi facere sine crimine possint? Præsertim
cum eorum doctrina vetet, simulacrorum ra-
tionem habere, & hærere in rebus a Deo
creatis? Quodsi Celsus dixerit, patrias leges
a Philosopho esse custodiendas, accidet, ut
Philosophi Ægyptii perridicule cepis absti-
neant, item capite, vel humero: taceo nunc
eos Ægyptios, qui crepitus ventris in hono-
re habent. . . . Herodoti testimonium, quod *n.* 36.
affert Celsus, debere quemque patriis legibus
obsequi, approbare videtur Indos Callatiæ,

 „qui

Lex scripta contraria divinæ deferenda. „qui suos parentes devorant. . . . Itaque c
„duæ generatim sint leges, naturæ altera, (
„jus Deus auctor est, altera urbibus scri
„data, ubi scripta Divinæ non adversatur,
n. 37. „lam decet a civibus observari, & legibus (
„teris anteponi: sed ubi scriptæ legi lex
„turæ, hoc est, Dei, contraria præcipit, vi
„an non ratio velit, ut scriptis legibus val
„jussis, soli Deo legislatori pareatur, etia
„id facientem pericula, labores innum
„mors, ignominia manerent. . . . Si aut
„rationi consentaneum est, in aliis rebus
„turæ legem, quæ Dei lex est, legi scrip
„& ab hominibus contra Dei legem latæ
„teferri, quanto magis id in Dei legibus
„ciendum est? Non igitur ut Æthiopes Jov
„& Liberum, neque ut Ægyptii Osiridem
„Isidem venerabimur; & si priscis quidem N
„cratitis alia numina, recentioribus autem
„rapin, qui numquam Deus fuerat, colere
„sum est, nos certe in deorum numerum
„referemus Deum recentem, qui antea nec
Filii Dei æternitas. „minibus notus erat. Neque enim Dei Fi
„idcirco recens est, quia recens visus est,
„mo fieri: constat enim e divinis Scriptu
„eum esse rebus omnibus creatis antiquior
„siquidem in mundi creatione fuerit ille,
n. 38. „Deus dixit: *Faciamus hominem* &c. . . . R
„item, siquis Æthiops aliquo casu apud Ar
„degens impietatis accusaretur, quod I
„niam non adoraret, eaque causa in mo
„periculum incurreret, utrum malle deb
„mori, an patrios violare ritus? Si co
„hoc facere debet, impius erit Celsi judi

ne ad supplicium trahi se patiatur, dicat Celsus, qua ratione Æthiops ille mori praeoptet . . . Serapis porro Ptolomaei artibus conspicuus Deus recenter factus est. Ait Numenius Pythagoricus, illum substantiae omnium, quae in rerum natura sunt, esse participem, ita ut magi, venefici, daemones incantati conspirasse videantur cum statuariis, ut illum profanis ritibus praestigiisque daemones advocantibus Deum efficerent. . . . Igitur Celsus male eos probat, qui de venerandis crocodillis patrias observant leges; Christiani vero illi male videntur redarguendi, qui nequitiam execrari, vitiosa facta fugere docti sunt, & virtutem colere, honoreque prosequi, ut a Deo genitam, Deique Filium: nam Sapientiam credimus nos Dei esse Filium 1. Cor. 1. v. 30. Et quamvis illum appellemus secundum *Deum*, sciant, secundi Dei nomine nihil nos intelligere aliud, quam virtutem virtutes omnes complectentem, & rationem in se continentem, quidquid rationis est in rebus, quae juxta naturam, & praecipue ad universitatis utilitatem factae sunt. Hanc rationem dicimus animae Jesu prae caeteris animabus consociatam, & conjunctam fuisse, utpote qui solus rationem ipsam, Sapientiam ipsam, justitiam ipsam summe participare potuerit. . . . Denique quod Celsus ex Pindaro addit, *legem omnium esse regem*, non de legibus singularum urbium tenet, quae variant, adeoque dicere debuisset: leges omnium sunt reges. Sin legem proprie vocatam intelligit, haec natura quidem omnium est

Serapidis descriptio.

n. 39.

Deus Filius quo sensu dicatur secundus Deus.

n. 40.

„rex, sed eam non omnes observant. It
„nos Christiani, qui legem agnoscimus na
„omnium regem; & quæ eadem est, ac
„divina, ad illam exigere mores conamur
„que adeò leges impias rejicimus.

Legis Mosaicæ præstantia. 7. *Septimo*. „Celsus Judæos criminatur,
„falso se putarent, *peculiarem summi Dei*
„*tionem*, & illos incusat arrogantiæ,
n. 41. „Dei magni cognitionem, quam non hab
„glorientur, cum contra fascinati a Moyse
„decepti suo magno malo se in ejus disc
n. 42. „nam tradiderint. Sed a nobis jam supra
„ctum est, quam augusta fuerit societatis
„daicæ ratio. . . . Illinc enim expulsa
„runt, quæcunque generi humano inutilia
„retenta illa sola, ex quibus fructus capi
„terat, nulli Athletæ, nulli Scenici &c. Q
„fuit, Deum supra corpora quærere,
„vix balbutientes didicisse animæ immo
„tatem, subterranea tribunalia, mercedem
n. 43. „cte viventibus destinatam. . . . Itaque
„lit nolit Celsus, Judæi sunt majori pru
„tia præditi, quam hi, qui pro Philoso
„habentur. . . . Utinam autem Judæi c
„legem non peccassent, occisis primum Pro
„tis, dein Jesu per insidias sublato, nunc
„beremus cœlestis illius civitatis exemp
n. 44. „Quia vero contendit Celsus, quibusdam
„tibus augustiora Judæorum cum eis esse
„munia, age hoc consideremus. Putat i
„idem esse, cœlum aut Deum colere, ai
„Persas, qui Jovi in celsissimis montibus
„mas mactant, idem facere ac Judæi. At
„

„videt à Judæis unum Deum, unam oratio-
„nis domum, unum altare, unum Sacerdo-
„tem summum agnitum fuisse; quod non fa-
„ciunt Persæ. . . . Quod vero existimat Cel- n. 45.
„sus nihil interesse, Jovem appellari, aut Ex-
„celsum, aut Zenen, aut Adonai, aut Sabaoth,
„aut Ammonem, ut Ægyptii &c.„ Ad hoc
Origenes inprimis notat, nominibus veri Dei
in S. Scriptura expressis specialem vim etiam
in incantatione inesse, quæ in alia lingua non
prodit: unde concludit. „Si neque Saba-
„oth, neque Adonai translata in eam signifi-
„cationem, quam Græce habere videntur, ni-
„hil efficiunt, quanto minus efficient apud
„eos, qui nihil interesse autumant, Jovem aut
„Sabaoth appellari? . . . Atque hæc alia- n. 46.
„que id genus arcana in causa fuerunt, cur
„Moyses & Prophetæ vetarent, ne aliorum
„deorum nomen proferretur ore, quod soli
„Deo preces fundere profitebatur, & eorum
„memoria in corde servaretur, quod a vanis
„cogitationibus vanisque dictis purum se ser-
„vare didicerat. Hæc etiam faciunt, ut quæ-
„vis tormenta perferre malimus, quam Jovem
„confiteri Deum. . . . Cæterum quod no-
„men in Scythica, vel in Ægyptiaca, vel in
„aliis alia quique educatus est lingua Deum
„significat, illud Deo tribui sine peccato po-
„test. . . . Rursus non eadem circumcisio- n. 47.
„nis usurpandæ causa est apud Judæos, quæ
„apud Ægyptios, aut Colchos, uti putat Cel-
„sus: quia diversa est eorum, qui circumci-
„duntur, doctrina. Qui scire volunt, quæ no-
„bis sit de illa opinio, legant nostra in Pauli
„ad

„ad Romanos epistolam commentaria.
n. 48. „Mihi item videtur aliqua illius Angeli
„se potestas in eos Judaeos, qui circumcisi
„fuerant; *Exod.* 4. *v.* 24. *sqq.* & in omnes
„neratim, qui Creatorem solum adorab
„donec Jesus corpus non assumpsit: sed p
„quam corpus suscepit, istudque corpus
„cumcisum est, irrita illius Angeli facta
„potentia in eos, qui ejusdem Dei cultum
n. 49. „plexi non circumciduntur. . . . Neque v
„ut Celsus ait, se efferunt Judaei de *porc*
„*abstinentia*, quasi res esset magni momenti
„quia immundorum animalium naturam
„sunt, quae post Jesu adventum sublata
„*Act.* 10. *v.* 14. *sqq.* Vide autem, quam di
„sit Pythagoricorum animatis abstinentiu
„nostrorum Ascetarum ratio: illi enim a
„nent propter fabulam de migratione an
„in varia corpora; nos vero, ut castig
n. 50. „Corpus, & in servitutem redigatur. . . .
„nique Judaeorum gentem a Deo probatam
„se, inde arguitur, quod etiam a fide n
„alieni summum Deum appellent Hebraeo
„Deum; quod reliquiae eorum sub Alexa
„servatae fuerint incolumes; quod idem
„xander Judaeorum Pontificem adoraverit.
„Haec autem tutela ad nos migravit, postq
„Jesus in eos, qui e gentibus crediderant
„tutem transtulit, quae prius apud Judaeos
„Hinc est, quod multa licet tentarent R
„ni, ut Christianos pessumdarent, consiliu
„men ad exitum perducere non potuerunt.
n. 51. „Celsus igitur arrogantiae nobis vertere
„debet, quod nobis magni Dei notitiam

dicamus, nos Moysis aut Jesu præstigiis non fuisse circumventos, quin potius nos magno nostro commodo Deum in Moyse loquentem audire, & Jesum, quem Deus ipse Deum esse testatur, ut Dei Filium recipere, cum spe, fore, ut si ejus præceptis vitam componimus, maxima bona consequamur.

§ *Octavo.* Celsus Christianos calumniatur, *quod Christum Angelum seu nuntium a Deo ad missum ad ostendendam nobis veram ad Deum viam dicant*, cum tamen non ille solus, sed etiam alii Angeli seu nuntii ad hoc advenerint, scilicet ait sexaginta aut septaginta simul descendisse, & malos factos. „Sed quidquid de filiis Dei filias hominum concupiscentibus. *Gen.* 6. *v.* 2. Nihil ex hoc loco Celsus ... potest, quo probet, Jesum non fuisse ... qui ut Angelus missus fuerit ad homines, ut per eum omnem adipiscerentur salutem: & postea confundens omnia, quæ quæcunque audivit, nec curans, scriptane apud Christianos divinæ auctoritatis, an ..., de lapsu septuaginta Angelorum ex Enocho, quem non laudat, addit, *ex illorum lachrimis calidos fontes exoriri*; quæ res ... lecta umquam in Ecclesiis Dei, nec audita est. . . . Deinde adjungit: *Ad ipsius Jesu sepulchrum venisse duos, ut quidam narrant, Angelos, ut alii, unum.* Observaverat, ... a Matthæo & Marco unum quidem, a Luca & Joanne commemorari duos; ... certe contraria non sunt: illi namque ... unum referunt, de illo loquuntur, qui „lapi-

Christus veram nobis salutis viam monstravit.

n. 52.
n. 53.
n. 54.
n. 55.
n. 56.

„lapidem a sepulcro revolvit; isti vero cu
„duos, in animo habebant vel eos, qui
„fulgida veste conspiciendos se mulieribus pr
„pe sepulchrum astantibus præbuerunt,
„qui vestibus albis induti sedere intus visi su
n. 57. „Horum autem singula & mira quædam h
„minibus apparere narrant etiam Græci Phi
n. 58. „sophi. . . . Invectus est etiam Celsus in
„quod scriptum est, Angelum a monumen
„ubi Jesu corpus erat, revolvisse lapidem,
„*quasi Dei Filius non poterat sepulchrum retege*
„*alium opus habuit, qui lapidem removeret.*
„vel prima fronte satis manifestum est, ma
„e dignitate fuisse ejus, qui ad hominum u
„litatem resurgebat, ut inferior, & minist
„lapidem submoveret, quam ut istud ipse f
„ceret. Decebat etiam angelum lapidem
„movere, ut Judæi, qui mortuum credeb
„Verbum, aperto sepulchro illud vivere
„rent.

Idem Judæorum & Christianorum Deus.

9. *Nono.* „Deinde Celsus: *Ergo idem D*
„*est Judæorum, & Christianorum*, quia ni
„rum apud utrosque sunt iidem libri di
„Spiritu scripti. Sed de illorum interpreta
n. 59. „ne nos cum Judæis dissentimus. Prosequi
n. 60. „Celsus; *Quidam autem alium admittunt*
n. 61. „*contrarium, & a quo Filius venerit.* At si
„versas Christianorum Sectas Christianismi
„tium esse ducat, quidni etiam Philosoph
„vitio vertit Sectarum Philosophicarum dis
„sionem?... Sint Valentiniani, Gnostici
„Quid inde contra nos, qui ab Ecclesia
„tes eos damnamus, nec digni sunt Christ

„noru

rum nomine, qui absurda figmenta, Jesuque
cipulis improbata inducunt.,, Qualia etiam
iani, Marcionitæ, & alii a Celso relati n. 62.
erunt. „In iis vero rem ipsam attigisse n. 63.
i videtur Celsus, cum ait, *alios alium sibi*
magistro constituere dæmonem, & in densas
rantia tenebras devolvi. . . . Quippe ipse n. 64.
postolus 1. *Tim.* 4. meminit, quod *in no-*
is temporibus discedent quidam a fide, at-
dentes Spiritibus erroris, & doctrinis dæmonio-
&c. Quod vero Celsus dicit, quosdam
d Christianos *aurium cauteria*, quosdam
gnata, quosdam *sirenas saltatrices falsilo-*
s, qua, quos persuaserant, in sues converterent,
ellari, id nobis incompertum, & omnibus,
or, tam vere Christianis, quam hæreti-
. Sed hæc etiam addit: *Quamvis a se in-*
tantopere dissideant, audias tamen illos
dicentes, mihi mundus crucifixus est, &
mundo. Sed hoc ipsum falsum est: sunt n. 65.
n settæ, quæ Pauli Epistolas non admit-
, ut utrique Ebionæi & Encratitæ dicti.
gitur, cum Paulum pro sancto & sapien-
n agnoscant, certe hoc ejus effatum non
abunt. Mentitur igitur hac in re Celsus.
n accusanda quidem settarum dissensione
pus erit, sed non mihi videtur omnino
anare, quæ dicit, neque perspectum ha-
, cur Christiani, qui in religione pro-
ssiones fecerunt, dicant, se plura Judæis
noscere; an videlicet, quod eosdem libros
ittendo alio sensu illos interpretentur, an
eos omnino respuant: nam utraque
suos in settis patronos habet.

ORI-

ORIGENIS CONTRA CELSU
LIBER SEXTUS.

Scripturæ sacræ simplicitas.

n. 1. 1. „In hoc sexto libro Origenes impugnat (
„criminationes, qui multa ex Pla
„proponit, ut oſtendat, ea etiam e Script
„quæ vel acutum auditorem permovere poſ
„nobis cum aliis eſſe communia; unde
„mat *primo,* hæc ipſa *melius a Græcis dicta*
„*ſe, & quidem ſine illis a Deo, Filiove De*
„*nis & promiſſis.* Ad quod hæc noſtra reſ
n. 2. „ſio eſt: noſtri Prophetæ, Jeſus, & ejus
„ſtoli curarunt, ut ſua prædicandi ratio
„ejuſmodi, quæ non ſolum vera doceret,
„etiam vulgi alliceret animos, donec ſi
„hortationibus inducti ad arcana ſub verb
„ſpeciem ſimplicibus latentia pro ſuis qui
„viribus conniterentur. Ac paucis utilit
„attulit, ſi tamen attulit, compta Pla
„aliorumque oratio præ illa ſimpliciori eo
„qui ſcribendo ſe ad vulgi captum demiſe
„Divina autem Scriptura teſtatur, non ſati
„ad pungendam hominis mentem, vera
„& ad perſuadendum accomodate, niſi v
„quædam dicenti detur, niſi dicta flore
„gratia, quæ non ſine Dei nutu inſit
„efficaciter dicentibus *Pſ.* 67. *v.* 12. & 1. C
„*v.* 4. Ut ergo demus, quædam Græc
„dogmata eadem eſſe, quæ Chriſtiano
„certe non eadem vis eſt, ad animas add
n. 3. „das eo, ut ex illis mores conforment.
„Pronuntiet igitur de ſummo bono P
„*Verbis comprehendi non poſſe ſummum b*
„*Ep.* 7. Pulchre dictum fatemur, *Deu*

...hæc, & quotquot pulchre dicta sunt, illis
„manifestavit: quamobrem dicimus eos, qui
„veritatem de Deo assecuti dignam hac verita-
...te religionem non colunt, reos esse pœnæ,
...quæ peccantes manet: quia Dianæ ut deæ
...preces obtulerunt, gallum persolverunt
Æsculapio, ad pedes imaginis corruptibilem
...hominem repræsentantis se provolverunt, &
...mundum cum Ægyptiis ad quadrupedum &c.
...lum se dejecerunt. . . . Quod vero Pla- n. 4.
...to addit: *Summum bonum subito in anima infla-*
...*mari tamquam lumen ex igne*, id ante nostræ do-
...cuerant Scripturæ: *Illuminate vos lumine scien-*
...*tiæ*. *Osee*. 10. *v*. 12. *Vita erat lux hominum* &c.
...*Joan*. 1. *v*. 3. *sqq*. *Dominus illuminatio mea*.
...*Ps*. 26. *v*. 1. Ad quod lumen nos invitans n. 5.
...apud Isaiam *cap*. 60. *v*. 1. Scriptura, *Illumi-*
...*nare*, inquit, *illuminare Jerusalem*, *venit enim*
...*lumen tuum*, Jesu adventum prædicens. Nunc
...vide, quantum differat id, quod pulchre de
...summo bono dictum est a Platone, ab iis,
...quæ Prophetæ de beatorum lumine dixerunt.

...*Secundo*. „Celsus alium ex Platonis epi- *Platonis*
...stola 7. refert locum, qui sic habet: *Hæc si mihi* *scientia*
...*viderentur populo declarari posse, quid utilius fa-* *illam SS.*
...*cere possem*. Sed unicuique examinando per- *Scripto-*
...mitto, habueritne Plato quid divinius iis, quæ *rum non*
...scripsit, an non. Ego vero ostendo quædam *adæquat.* n. 6.
...Prophetarum nostrorum animo fuisse scri-
...ptis majora, quæ scriptis non mandarunt, uti
...liber scriptus intus & foris Ezechieli *cap*. 8.
...ad comedendum propositus: arcana, quæ
...non licet loqui S. Pauli 2. *Cor*. 12. *v*. 4. Quæ-

„nam autem essent illa, nusquam scriptum
„Equidem affirmare ausim, Christi discip
„Dei gratia edoctos longe melius vidisse Pl
„ne, quænam & quomodo scribenda ess
„quænam non scriptis indicanda, quæ
n. 7. „dicenda, quænam tacenda. . . . Ca
„rum apud Moysen & Prophetas Platone
„tiquiores multa reperire est & digna Deo
„cogitationum elatione admiranda: nec e
„cendum est ab illis accepta fuisse ex Pla
„male intellecto, ut putat Celsus. Qui e
„audire potuissent nondum natum? Ut au
„ad Jesu discipulos referat quis Celsi verba
„de, annon improbabile sit, Paulum tabe
„culorum artificem, Petrum Piscatorem
„Joannem, qui patris reliquit retia, e Plat
„epistolis male intellectis talia de Deo ad
n. 8. „steros transmisisse. . . . Addit Celsus:
„*to pro sua doctrina confirmanda prodigia non*
„*ditat*, sicut Christiani.„ Respondeo, Plat
tamen multa fabulosa prodigia de Pla
sicut & de Pythagora & Socrate fingunt
„autem non vana de Jesu prodigia narrai
„nec umquam veri ejus discipuli quidquam
„psere, quod hujusmodi haberi debeat.
n. 9. „Quod autem Plato ad veram scientiam
„tuor requirit, *nomen*, *sermonem*, *idolum*,
„*tiam*: nos itidem dicemus, *vocem clama*
„*deserto* esse Joannem missum ante Jesum, h
„que vocem respondere Platonis *Nomini*: se
„dum autem esse Jesum a Joanne monstra
„de quo illud: *Verbum caro factum est*,
„respondet Platonis *sermoni*. Idolum dice
„Christum ipsum, qui in unoquoque nos

...m autem Christus nostrorum perfectorum ...pientia *scientiæ* Platonis respondeat, qui ...viderit. . . . Temere igitur non cre-...s, uti putat Celsus: imo Paulus objur-...t eos, qui temere crederent 1. *Cor.* 15. *v.* 2. ...c cuicunque ad nos accedenti præcipimus, ...primum credat, quem illi proponimus, ...esse Dei Filium, sed in tradenda nostra ...trina habemus rationem, quibus quisque ...moribus, & quomodo affectus sit: etenim ...re didicimus, *quomodo nos oporteat, unicui-...e respondere.* *Coloss.* 4. *v.* 6. Sunt quidem, ...os, cum nihil magis possint, ad credendum ...rtemur; sed alios, quantum licet, inter-...gationibus & responsionibus persuademus.. . n. 10.

...cet *alii hunc, alii alium Christum proponant*, ...Celsus ait; discrimen tamen inter verum ...m Dei, & falsos illos filios Dei facile re-...tur: quippe Jesus solus est, qui ut Filius ...per terrarum orbem in hanc vitam ve-...e prædicatur. Nam qui similia prodigia ...re conati sunt, ut eandem sibi apud ho-...s conciliarent auctoritatem, eos nihili ...ndos compertum est, cujusmodi fuerunt ...on Samaritanus magus, Dositheus, Theo-..., Judas Gallilæus: sed quoniam ex Deo ... erat illorum doctrina, sublati sunt, & ...es, qui credebant eis, subito dissipati fue-...t. n. 11.

Humana & divina Sapientia non prima a Philo-

... *Tertio.* Celsus illud „*humanam scientiam* ... *Deum esse stultitiam.* 1. *Cor.* 3. *v.* 19. pu-...os sumpsisse ex sapientibus Græcis, ma-... ex Heraclito, qui & ipsi aliam huma-..., divinam aliam esse Sapientiam dixe-„runt.

sophis notata. „runt. Verum ante Heraclitum & Plato
„Prophetæ utramque illam Sapientiam di
n. 12. „minaverunt, uti David *Pf.* 48. *v.* 10. *No*
n. 13. „*debit interitum, cum viderit sapientes morie*
„Igitur divina Sapientia, cum a fide divers
„primum est donorum Dei; alterum voc
„scientia; tertium locum occupat fides, q
„doquidem salvos fieri oportet & simplici
„qui ad pietatem pro viribus accedunt: a
„& veritatem, & justitiam, qui Deo conjung
„quisquis in omnibus vitam Dei legibus co
„sentaneam transigere statuit.



ORIGENIS EXEGETICA IN GENESIN

§. I.

Argumentum.

1. Origenes tria scripsit in S. Scripturam [li-]
brorum genera, Commentaria scilic[et]
Scholia, & Homilias, teste S. Hieronym[o]
pr[...]

præf. in hom. in Ezech. In Commentariis arcana S. Mysteria acri ingenio rimabatur. Scholia breves erant annotationes ad loca difficilia enucleanda. Utrumque hoc genus ad Doctorum potius, quam plebis usum erat, cum econtra Homiliæ, sive tractatus, seu familiares ad populum conciones ab Origene habitæ, & ab actuariis in litteras relatæ, essent mysticæ, & morales in S. Scripturam institutiones. Nulla nunc supersunt Scholia, nullæ fere extant Homiliæ græcæ, & quæ latine habentur, tanta cum licentia a Ruffino, & aliis translatæ sunt, ut vix discerni possit, quid sit Origenis, quid vero interpretis. Denique Commentarii omnino perierunt, præter ea, quæ ex græcorum Patrum Catenis Grabius, Huetius, Combefisius, & D. Carolus de la Rue *tom. 2. op. Orig.* quem hic sequor, & alii excerpserunt. Sed cum hæ etiam catenæ indubitatæ omnino fidei non sunt, ex his fragmentis potiora solum hic colligentur; Homiliæ vero septendecim in Genesin, quarum ultima mutila est, alio fusius referentur.

§. II.

Analysis ex Origenis Commentariis in Genesin.

Ad caput 1. v. 12.

Origenes hic eos refutat, qui negant „Deum res universas moliri posse, nisi „materiam quamdam ortu carentem præ ma- *Deus materia increata ad*

„nibus

creationem non eget. pag. 2. „nibus habuerit. Hanc materiam Origenes ja alibi *l. 2. de Princip. l. c. cap.* 1. prosecutus e adeoque eo lector remittitur.

Fatum impugnatur. pag. 4. 3. Præterea ad caput 1. v. 14. variis rati bus Fatum hic Origenes impugnat. „1. Qu „ex opinione fati consequens est, ut fundit „liberum nostrum tollatur arbitrium, simu „que proinde laus omnis, & vituperatio, „quidquid de Divini judicii æquitate jactat „2. Fides non erit libera, sed quotquot c „vinam fidem amplectuntur, ad illam syd „rum impulsione rapientur. 3. Ad hæc pr „ces, ac vota nuncupare supervacaneum pl „ne erit; nam si hæc, illave fieri necesse e „hancque astra necessitatem asserunt, ho „aut illud abs Deo impetrare sine ratio „contendimus. 4. Stellæ rerum humanar „nullo modo causæ, sed tantum signa q „dam sunt; quemadmodum enim, licet D „omnia prænoverit, quæ a quoque profec „ra sunt, id nihil prorsus voluntatis nos „potestati officit, uti fuse probat Origen „ita nec eidem, quæ signa Deus esse vol „incommodant. Quippe Genethliaci inprim certum momentum nativitatis scire non p sunt; „& in geminis quidem, ut alterius „tus ab altero momento sæpe uno dirimat „multæ tamen occurrunt tam casuum, qu „rerum, negotiorumque varietates.

Locus prædica: SS. Tho- 4. Ex Tomo tertio in Genesin Comb sius sequens fragmentum affert. „Cum s „cti Apostoli, & discipuli Salvatoris nob

„pe

per universum orbem dispersi essent, Thomas quidem, ut a majoribus traditum accepimus, Parthiam sortitus est, Andreas vero Scythiam, Joanni Asia obvenit, qui plurimum temporis in ea commoratus, Ephesi tandem diem obiit. At Petrus per Pontum, Galatiam, Bythiniam, Cappadociam, atque Asiam Judæis, qui in dispersione erant, prædicasse existimatur. Qui ad extremum Romam veniens cruci suffixus est, capite deorsum demisso; sic enim, ut in cruce collocaretur, oraverat. De Paulo jam quid attinet dicere, qui ab Hierosolymis usque ad Illyricum munus Evangelicæ prædicationis implevit, & postremo Romæ sub Nerone martyrio perfunctus est. *Thomæ, Joannis, Andreæ, Petri, & Pauli. pag. 24.*

Ex Origene Selecta in Genesin.

Origenes ad caput 1. *Gen. v.* 26. discutit: „Ubi consistat illud ad *imaginem;* in corpore, an in anima. Et inprimis videamus, quibus utantur, qui prius asserunt, quorum numero est Melito, qui scripta reliquit, quibus asserit, Deum corporeum esse; membra enim Dei in S. Scriptura memorantur. Verum cum Deus septem oculos *Zach.* 4. *v.* 10. & pennas *Ps.* 90. *v.* 4. habere dicatur: nos autem duos oculos tantum, nullas pennas, non factus est homo ad imaginem Dei. . . . Qui ergo asseret, illud ad imaginem consistere in anima rationali, dogma statuet non contemnendum comprehendens, quæ facultates sunt ipsius. Nam quæ „in *Imago Dei in homine, in quo subsistat. pag. 25. Melito Deum corporeum dixit.*

„in homine est facultas cognoscendi, ju„candi, bene merendi, faciendi, quæ ju„sunt, & ut semel dicam, omnis boni e„ctrix, a Deo ipso creata est ad imaginem „Unde Apostolus præcipit: *ut sitis secun„imaginem ejus, qui creavit. Col.* 3. *v.* 10. D„longanimis est; ita longanimis habet „quod est ad imaginem Dei. Justus, & „ctus est Dominus, miserator, & miseric„Igitur, qui amat justitiam, & sanctitat„& studet esse perfectus, sicut Pater cœle„perfectus est, sit imago Dei per omnia.

An Deus uno die omnia simul creaverit. pag. 27.

6. „Ad illud Gen. 2. v. 2. *Consumm„Deus in die sexto opera sua* &c. notat Ori„nes: aliqui jam absurdum existimantes, De„architecti more non aliter, quam plur„dierum labore fabricam valentis absolv„intra multos dies mundum perfecisse, „cuncta momento & simul extitisse aiunt „hinc illud adstruunt: ordinis autem ca„& ut series constet, dierum, & rerum, „in illis factæ sunt, numerum dictum put„Hi probabiliter sententiam stabiliunt ea„ctoritate, qua dictum est: *Ipse dixit, & „facta sunt. Ps.* 148. *vid. Comp. Th. tom.* 1. §.

De lignis Paradisi. pag. 28.

7. Ad *Gen.* 2. *v.* 8. 9. Origenes em notat: „Cum inter legendum a fabulis „a litterali interpretatione ascendimus, „quærimus, quænam illa ligna sint, „Deus colit, dicimus, in eo loco lig„quæ sensu percipi possunt, non re„ri.„ Hæc in Origene ita carpit Ei ti

thius in Engastrimytho: *Hæc allegorice expo-* ...um *horret fabulas appellare, quæ Deum con-* ...*narrat historia, fidissimusque ejus servus* ...*pis consignavit.* vid. Huet. *l.* 2. *q.* 12.

8. Illud *Gen.* 2. *v.* 17. *Posuit illum in Pa-* ...*diso*, ita allegorice explicat Origenes: „Qui ...divinum Baptisma renascuntur, in Para-... ponuntur, hoc est, in Ecclesia, ut ope-...tur, quæ intus sunt, spiritualia opera, ...accipiant mandatum, ut omnes fratres di-...gant, ac fructum, qui ex patientia prove-..., edant, sicut dictum est: *ex omni ligno* ...*es.* Ejus autem, qui regeneravit, præcep-... transgreditur is, qui serpentis cogitatio-...s usus alios quidem ut probos diligit, ... autem odit ut malos, quod est lignum ...di bonum, quod qui licentius gustaverit, ...itur. *Allegorice de homine in Paradiso posito. pag.* 28.

9. Ad *Gen.* 3. *v.* 21. Origenes ait: „Vestes ... pelliceas, quibus Deus Adam, & Evam ...it, nihil aliud esse, quam corpora„ ...illi crimini tribuit S. Hieronymus *ep.* 61. ...*machium* his verbis: *Quartum, quod tu-* ...*pelliceas humana corpora interpretetur, qui-* ...*post offensam, & ejectionem de Paradiso Adam,* ...*a induti sint; haud dubium, quin ante in* ...*diso sine carne, nervis, & ossibus fuerint.* Vid. ...*l.* 2. *q.* 12. *Tunicæ pelliceæ quid. pag.* 29.

10. Illud *Gen.* 30. *v.* 37. *Sumpsit autem sibi* ... *virgam styracinam viridem, & nucinam,* ...*tani.* Origenes allegorice ita exponit: *Tres virgæ Jacobi pag.* 41.

„in homine eſt facultas cogn
„candi, bene merendi, faci
„ſunt, & ut ſemel dicam,
„ctrix, a Deo ipſo creata
„Unde Apoſtolus præci
„*imaginem ejus, qui cre*
„longanimis eſt; i
„quod eſt ad ima
„ctus eſt Domin
„Igitur, qui a
„& ſtudet eſ
„perfectus

An Deus uno die omnia ſimul creaverit. pag. 27.

2. v. 28. Et *luct*

6. es ait: „Quis fue
„*Deus* , ſimul & Deus, qui
„ne *abat* cum Jacob, niſi id,
„a *m*, multisque modis locutun
rum Dei Verbum Dominus, &
tur, quodque etiam benedicen
ſum appellavit

...N IS IN GENESIN
...OMILIÆ.

...MILIA I.

... *& eorum, quæ in* ... *ſunt.*

... *s cælum, & terram.* ... ſt omnium princi- *Æternitas Filii Dei. n. 1.* ... & Salvator om- ... hoc ergo principio, ... o Deus cœlum, & ter- ... & Evangeliſta Joannes in ini- ... lui ait *cap.* 1. *v.* 1. *ſqq.* Non er- ... temporale aliquod principium dicit. ... *nebræ erant ſuper abyſſum;* quæ eſt abyſ- „ſus? illa nimirum, in qua erit diabolus, & „angeli ejus. *Et dixit Deus: fiat lux ... & fa-* „*ctum eſt veſpere, & factum eſt mane dies una.* Non „dixit, dies prima, ſed una, quia tempus non- „dum erat, antequam eſſet mundus, tempus „autem eſſe cæpit ex conſequentibus diebus.

2. „*Et dixit Deus: fiat firmamentum* &c. *v.* 6. *Cælum & firmamentum quid. n. 2.* „Cum jam antea Deus feciſſet cœlum, de quo „dicit: *cælum mihi ſedes eſt. Iſ.* 66. *v.* 1. poſt „illud firmamentum facit, id eſt, corporeum „cœlum. . . . Et quidem primum cœlum, „quod ſpiritale dicimus (*ſed erronee. vid. Comp.* „*Th. tom.* 1. §. 418.) mens noſtra eſt, id eſt, „ſpiritalis homo noſter interior, qui videt, ac „perſpicit Deum: iſtud autem corporale cœ- „lum exterior homo noſter eſt, qui corporali- „ter intuetur. Sicut ergo cœlum firmamentum „appellatum eſt, ex eo, quod dividat inter „eas aquas, quæ ſunt ſuper ipſum, & eas,

„Tres virgæ ſymbolice, vel tres virtutes
„mæ ſunt; ratio nempe, ira, concupiſcent
„vel triplex contemplatio, corporum, in
„poreorum, ſanctæ Trinitatis. Vel genera
„actio per nucinam, contemplatio per ſtyr
„nam, mundus autem iſte, & contempl
„ejus per platanum ſubobſcure ſignifican
„Quod viride ejus diſtrahitur, id abrenun
„tionem mundi ſignificat, & actionis qui
„viride eſt mollities, contemplationis au
„viride eſt, circa corpora verſari.

Quis cum Jacob luctaretur. pag. 43.

11. Ad *Gen.* 32. *v.* 28. Et *luctabatur vir eo* &c. Origenes ait: „Quis fuerit appell
„hic homo, ſimul & Deus, qui luctabatu
„decertabat cum Jacob, niſi id, quod mul
„riam, multisque modis locutum Patribu
„crum Dei Verbum Dominus, & Deus v
„tur, quodque etiam benedicens Jacob I
„ipſum appellavit.

Mundi proſpera amarà ſequuntur. pag. 45.

12. Ad *Gen.* 41. *v.* 17. Notat Orige
„Sæcularia Ægypti negotia a melioribus
„piunt, quorum typus eſt abundantia: ſe
„amara deſinunt, quorum abundantia, &
„mes figuræ ſunt. Simile quidpiam in h
„ria divitis videre eſt. Veluti enim ſe
„anni abundantiæ erant ei, dum lætat
„quotidie ſplendide, ſed hæc abeunt in
„traria recipienti mala poſt mortem. Si
„videre eſt in iis, qui latam ingrediuntur v
„quorum finis perditio eſt.



ORIGENIS IN GENESIN HOMILIÆ.

HOMILIA I.

De ortu mundi, & eorum, quæ in mundo sunt.

„*In principio creavit Deus cælum, & terram.* *Gen.* 1. *v.* 1. Quod est omnium princi-[pi]um, nisi Dominus noster, & Salvator om-[ni]um Christus Jesus. In hoc ergo principio, [ho]c est, in Verbo suo Deus cœlum, & ter-[ra]m fecit, sicut & Evangelista Joannes in ini-[ti]o Evangelii sui ait *cap.* 1. *v.* 1. *sqq.* Non er-[go] hic temporale aliquod principium dicit. [Et] *tenebræ erant super abyssum;* quæ est abys-[sus]? illa nimirum, in qua erit diabolus, & [an]geli ejus. *Et dixit Deus: fiat lux... & fa-[ctum] est vespere, & factum est mane dies una.* Non [dix]it, dies prima, sed una, quia tempus non-[du]m erat, antequam esset mundus, tempus [au]tem esse cæpit ex consequentibus diebus.

Æternitas Filii Dei. *n.* 1.

„*Et dixit Deus: fiat firmamentum* &c. *v.* 6. [Cu]m jam antea Deus fecisset cœlum, de quo [a]it: *cælum mihi sedes est.* *Is.* 66. *v.* 1. post [i]d firmamentum facit, id est, corporeum [cœ]lum.... Et quidem primum cœlum, [quo]d spiritale dicimus (*sed erronee. vid. Comp.* [..] *tom.* 1. §. 418.) mens nostra est, id est, [spir]italis homo noster interior, qui videt, ac [pe]rspicit Deum: istud autem corporale cœ-[lu]m exterior homo noster est, qui corporali-[te]r intuetur. Sicut ergo cœlum firmamentum [a]pellatum est, ex eo, quod dividat inter [ea]s aquas, quæ sunt super ipsum, & eas,

Cælum & firmamentum quid. *n.* 2.

„quæ sub ipso sunt: ita & homo in corp
„positus, si dividere potuerit, & discerne
„quæ sint aquæ, quæ sunt firmamentum,
„quæ sub firmamento sunt, etiam ipse cœl
„id est, cœlestis homo appellabitur. *Philip*
„*v.* 20. Studeat ergo unusquisque nost
„divisor aquæ effici ejus, quæ est supra,
„quæ est subtus, quo scilicet spiritalis a
„intellectum, & participium capiens flun
„de ventre suo educat aquæ vivæ, separ
„ab ea aqua abyssi, in qua princeps h
„mundi, & angeli ejus habitant. Illius
„aquæ supra cœlos participio unusquisqu
„delium cœlestis efficitur, id est, cum sen
„suum habet in arduis, & excelsis, nihil
„terra, sed totum de cœlestibus cogitans.
„3. *v.* 1. Tunc enim & ipse ea laude dig
„habebitur a Deo, quæ hic scribitur: *Et*
„*Deus, quia bonum est. v.* 10. Laboremus e
„*congregare aquam, quæ est sub cœlo*, & ab
„re eam a nobis, ut, cum hoc factum fu
„appareat arida, quæ sunt in carne gesta o
„nostra, quo *videntes homines opera nostra*
„*glorificent Patrem.* Si enim aquas istas
„separaverimus a nobis, id est, peccata
„vitia corporis nostri, arida nostra non po
„apparere, nec habere fiduciam procedend
„lucem, *omnis enim, qui male agit, odit lu*
„*Joan.* 3. Si autem segregemus vitia co
„ris, quæ sunt materiæ peccatorum, jam
„da nostra non permanebit arida, sed cor
„nostra *terra* appellabuntur, ex eo, quod
„ctum Deo ferre jam poterunt. Si autem
„culpa aridus adhuc manet, & fructum

„lum affert, sed spinas, & tribulos velut ignis
„escas gerens, etiam ipse esca ignis efficitur.

3. „Videamus autem ex consequentibus, *Fructus*
„qui sunt fructus, quos producere Deus jubet *boni qua-*
„terram ipsam, scilicet: *producat terra herbam liter pro-*
„*foeni* &c. *Gen.* 1. *v.* 10. *sqq.* Et *produxit ter- ferendi.*
„*ra herbam foeni semen seminantis* &c. *v.* 12. *sqq.* *n.* 3.
„non solum jubet terræ, proferre herbam fœ- *n.* 4.
„ni, sed & semen proferre, ut semper possit
„fructum afferre. . . . Et nos ergo ita debe-
„mus & fructificare fructum, & semina habe-
„re in nobis ipsis, id est, omnium bonorum
„operum, omniumque virtutum semina in
„corde nostro continere, ut hæc habentes fixa
„in mentibus nostris, ex ipsis jam omnes actus,
„qui incurrerent nobis, secundum justitiam ge-
„ramus. Isti enim sunt seminis istius fructus
„actus nostri. Si vero audimus quidem ver-
„bum, & terra nostra herbam producit, &
„hæc, antequam ad fructum pervenerit, arue-
„rit, terra nostra petrosa appellabitur. Sed
„et illud admonendum duximus, ut fructus
„arbor nusquam zizania habeat, ut non sit
„juxta viam, sed in ipsa via, quæ dicit: *Ego*
„*sum via. Joan.* 14. *v.* 6. Seminetur, ne aves
„cæli comedant fructus nostros.

4. „Post hæc ait Deus: *Fiant luminaria in Lumina-*
„*firmamento cæli* &c. *Gen.* 1. *v.* 14. Si studea-*ria Chri-*
„mus & nos vocari, & effici cœlum, lumina-*stus, &*
„ria habebimus in nobis, quæ illuminent nos, *Ecclesia.*
„Christum, & Ecclesiam ejus. Ipse enim est *n.* 5.
„lux mundi, qui & Ecclesiam, ceu lunam

 „ve-

n. 6. „velut sol illuminat sua luce. . . . Et si
„*luminaria ista cæli sunt in signa & tempora* &
„*v.* 15. hoc modo etiam Christus illumina
„Ecclesiam suam, signa dat per præcepta s
„ut sciat, quomodo quis fugiat a superventu
n. 7. „ira. Sed quoniam etiam *stellas in firmame*
„*posuit Deus. v.* 16. *sqq.* videamus, quæ s
„stellæ in cordis nostri cœlo. Moyses stella
„in nobis, quæ illuminat nos actibus suis,
„omnes, quibus Scriptura testimonium ded
„quia placuerunt Deo. Sicut enim stella
„stella differt in claritate, ita etiam Sanctor
„unusquisque lumen suum fundit in nos,
„nequaquam cæcitas mentis impediat. Ver
„non æqualiter omnes, qui videntur, illu
„nantur a Christo; . . . aut enim cum tur
„venimus ad Christum, & per parabolas
„reficit: aut semper ejus pedibus assidem
„ut audiamus verbum ejus nequaquam pert
„bati erga multum ministerium; &, qui
„accedunt, multo amplius ex ejus lum
„consequuntur. Si vero sicut Apostoli sem
„cum eo permaneamus in omnibus tribulat
„nibus ejus, multo clarius illuminat nos.
„vero etiam quis possit etiam in montem asc
„dere cum eo, sicut Petrus, Jacobus, & Jo
„nes non solum Christi lumina, sed etiam
„tris ipsius illuminabitur voce.

Cogitationes bonæ, & malæ discernundæ.

5. „*Et dixit Deus: producant aquæ repe*
„*animarum vivarum* &c. *Gen.* 1. *v.* 20. *sqq.*
„bitror, si mens nostra illuminata fuerit a
„le nostro Christo, jubetur ex his, quæ in
n. 8. „sunt, aquis producere repentia, & volati

id est, cogitationes bonas, & malas, ut di-
stinctio fiat bonorum a malis, quæ utraque
ex corde procedunt, id est, ut ea, quæ su-
per terram reperunt, & sollicitudines terre-
nas gerunt, separemus a nobis; illa vero,
quæ meliora sunt, id est, volatilia, sinamus
volare non solum super terram, sed etiam
secundum firmamentum cœli. Si viderimus
mulierem ad concupiscendam eam, illud est
in nobis reptile venenatum: si vero sit in no-
bis sobrietatis sensus, etiamsi domina Ægyp-
tia nos adamaverit, efficimur aves, & relin-
quentes Ægyptia vestimenta in manibus ejus
ab obscœnis insidiis evolabimus. Similiter
& de cæteris vel peccatorum, vel virtutum
motibus sentiendum est. . . . Producere n. 9.
ergo debemus *cetos magnos, & animarum re-*
pentium, v. 21. scilicet impias cogitationes,
nefarios quosque contra Deum sensus, quæ
omnia producenda sunt ante conspectum Dei,
ut dividamus bona a malis. . . . Porro li- n. 10.
cet ceti magni & repentia in malo accipian-
tur, & volatilia in bono, tamen *Deus vidit,*
quia bona sunt. v. 22. sqq. Quia ipsis Sanctis
bona sunt ea, quæ ipsis adversantur, quia
vincere ea possunt, & cum vicerint, majoris
gloriæ efficiuntur apud Deum. . . . Illud
autem: *producat terra . . . quadrupedia, &* n. 11.
repentia, & bestias terræ &c. v. 24. sqq. exte-
rioris hominis nostri, id est, carnalis, & ter-
reni motus arbitror indicari, secundum di-
ctum Apostoli: *non habitat in carne mea bonum,*
Rom. 7. v. 18.

Hominis dignitas. 6. „*Et dixit Deus: faciamus hominem ad i*
„*ginem, & similitudinem nostram, & princi*
n. 12. „*tum gerat piscium maris* &c. *v.* 26. *sqq.* Qu
„qualiter intelligi per allegoriam debeant,
„posuimus, scilicet ut dominetur carni me
„& non illa dominetur ei. Jam vero, qu
„animal sit homo, ex ipsis Scripturæ sermo
„bus consideremus. Omnes reliquæ creat
„jussione Dei fiunt: *fiat firmamentum* &c.
„lum vero, terra, sol, & luna, ac stellæ,
„homo a Deo facta sunt. Ex hoc ergo co
„dera, quanta sit magnitudo hominis. .
n. 13. „Illud sane etiam eminentius in conditione
„minis video, quod alibi non invenio dictu
„*ad imaginem Dei fecit eum.* Is autem, qui
„imaginem Dei factus est, & similitudine
„interior homo noster est invisibilis, & inc
„poralis, atque immortalis: in his enim t
„bus imago Dei rectius intelligitur. . . . Q
„est ergo alia imago Dei, ad cujus imag
„similitudinem factus est homo, nisi Salva
„noster, *splendor æterni luminis* &c. *Heb.* 1.
„Ad hujus igitur imaginis similitudinem ho
„factus est, & propterea Salvator noster,
„est imago Dei, misericordia motus pro ho
„ne, videns eum deposita sua imagine mali
„imaginem induxisse, imagine hominis
„sumpta venit ad eum, *in similitudinem ho*
„*num factus. Philip.* 2. *v.* 2. *sqq.* Quicun
„ergo veniunt ad eum, & rationabilis im
„nis participes effici student, per profect
„suum secundum interiorem hominem re
„vantur quotidie ad imaginem ejus, qui f
„eos, ita ut possint conformes corpori clar

„tis ejus effici, sed unusquisque pro viribus „suis.... Semper ergo intueamur istam imaginem Dei, ut possimus ad ejus similitudinem reformari. . . . Nec tamen desperet videns similitudinem suam magis esse cum diabolo, quam cum Deo, posse se iterum recuperare formam imaginis Dei, quia non venit Salvator, vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam, uti in S. Matthæo &c. patet.

„*Masculum, & fœminam fecit eos* &c. *Masculi, & fœminæ allegoria.* v. 27. *sqq.* nondum facta muliere dicit Scriptura, fortassis, ut ego arbitror, propter benedictionem, qua benedixit eos, dicens: *Crescite, & multiplicamini* &c. præveniens, quod futurum erat, dicit, quoniam *n.* 14. idem crescere aliter, & multiplicari non poterat homo, nisi cum fœmina. Ut ergo benedictio ejus sine dubio futura esse credere-tur, ita ait. Hæc quidem secundum litteram. *n.* 15. Per allegoriam vero interior homo noster ex spiritu, & anima constat, masculus spiritus dicitur, fœmina anima potest nuncupari: hæc si concordiam inter se habeant, inter se ipsa crescunt, & multiplicantur, generantque sensus bonos, & cogitationes utiles, per quæ terram, id est, subjectum sibi sensum carnis in meliora instituta convertunt, & dominantur ei, scilicet, cum in nullo caro contra voluntatem spiritus insolescit. Jam vero, si anima conjuncta spiritui declinet ad corporeas voluptates, & aliquando quidem obtemperare videatur salutaribus monitis spiritus, aliquando vero vitiis carnalibus cedat, talis anima

v. 16. „velut adulterio maculata neque crescere,
„que multiplicari legitime poterit. . . .
„*dominamini piscibus maris*, v. 28. Hæc jam
„plicata sunt. *Ecce dedi vobis omne semen*
v. 17. „*& omne lignum, quod habet in se fructum*
„*vobis erit ad escam* &c. Historiæ quidem h
„sententia manifeste indicat, usum cibo
„primitus a Deo, ex herbis, & arborum
„ctibus esse permissum; nam post diluviun
„cultas vescendarum carnium modo hon
„bus datur. Secundum allegoriam vero h
„terræ, & fructus potest de affectibus int
„corporalibus, v. g. ira, & concupisc
„germen est corporis, cujus fructus, id
„opus nobis & bestiis communis est;
„quando irascimur ad correctionem delinq
„tis, isto fructu terræ vescimur, & cibus
„iter iracundia corporalis efficitur, per q
„reprimimus peccatum, & justitiam re
„mus: uti Phinees *Num*, 25. Si vero irrati
„biliter agatur ira, & innocentes puniat
„cibus erit bestiarum agri; his enim dæm
„nutriuntur cibis, qui malis nostris actio
„& pascuntur, & favent: uti patet in
„Sin aliter etiam de concupiscentia, & d
„gulis hujucemodi affectibus sentiendum
„Sed nos secundum Apostoli Pauli senten
„attendamus lectioni, ut possimus se
„Christi accipere, & scire, quæ a Deo do
„sunt nobis, & quæ nobis ad escam data
„non faciamus escas porcorum, sed tale
„præparemus in nobis, quibus dignum
„suscipi in hospitio cordis nostri Verbum
„Filium Dei venientem cum Patre suo, &

...tem facere apud nos mansionem in Spiritu ..., cujus prius templum per Sanctitatem de... ...us existere, ipsi gloria in æterna sæcula ...lorum. Amen.

HOMILIA II.

...fabrica arcæ, & eorum, quæ in ea sunt.

...t dixit Dominus ad Noe. . . . Fac ergo ... „tibi arcam &c. Gen. 6. v. 13. sqq. Quo- ...mam arcæ, Origenes supponit, infima ... quæ inferiora nominantur fuisse dua- ...contignationum, quæ autem supra illas, ... contignationum. . . . Dicunt igitur, ...m omnium, quæ ad fundum erat fimo, ...ori deputatam fuisse; huic vicinam su- ...m alimento animalium capiendo. . . . ...ibus porro aliis contignationibus, quæ ... erat, animalibus designabatur assigna- ...gulorum nidis. Verisimileque est, fer- ...s, ac feris infimam illam sedem da- ...isse; jumentis vero, ac reliquis man- ... animantibus superiorem: homini vero ...nam omnium sedem datam oportuit ad ...m contignationem &c. Hæc omnia fu- ... deducit Origenes, & ea etiam, quæ ...efensionem arcæ Noeticæ *l.* 4. *contr. Cel-* ...*s.* 41. dixit, denuo repetit, & demum ...allegoricam suam explicationem progre- ...

Arcæ forma. n. 1.

n. 2.

... „Puto ergo, quod illud diluvium, quo ... finis tunc datus est mundo, formam te- „neat

Arca figura Ecclesiæ.

n. 3. „neat finis illius, qui vere futurus eſt mu
„*Luc.* 17. *v.* 12. *ſqq.* Sicut ergo tunc di
„eſt ad Noe, ut faceret arcam, & introduc
„in illam non ſolum filios, verum etiam di
„generis animalia: ita etiam ad noſtrum
„Dominum Jeſum Chriſtum in conſummat
„ſæculorum dictum eſt a Patre, ut faceret
„arcam, id eſt, Eccleſiam. . . . Conf
„ergo populus hic, qui ſalvatur in Eccleſ
„lis omnibus, qui ſalvati ſunt in arca,
„non unam præbet omnibus manſionem,
„& in Eccleſia, licet omnes intra unam
„contineantur, atque uno baptiſmate di
„tur, non tamen unus omnibus atque i
„profectus eſt, ſed unusquisque in ſuo or
„Hi quidem, qui per rationabilem ſcien
„vivunt, & idonei ſunt non ſolum ſemet
„regere, ſed & alios docere; quoniam
„ſunt, in ſummitate arcæ collocantur:
„rum multitudo irrationalium animaliu
„inferioribus locis habitant, & eorum
„me, quorum feritatis ſævitiam nec fidei
„cedo mollivit. Superiores vero aliqua
„ab his ſunt, qui licet minus rationis,
„mum tamen ſimplicitatis, innocentiæqu
„ſtodiunt, & ſic per ſingulos habitationum
„dus pervenitur ad ipſum Noe, qui inte
„tatur requies, vel juſtus, qui eſt
„Chriſtus.

Doctores ligna quadrata arcæ. n. 4.

4. Porro quadrata ligna arcæ, quæ u
„ſolida ſtabilitate conſiſtunt, arbitror, D
„res eſſe in Eccleſia, qui & populos int
„cus poſitos verbo commonitionis, & d

æ gratia consolantur, & impugnantibus ex-
insecus vel gentilibus, vel hæreticis virtu-
verbi, ac sapientia rationis obsistunt. . . .
æ ligna extrinsecus, & intrinsecus *bi-
ine liniuntur*. Vult enim te Architectus
cclesiæ Christus non esse talem, quales
nt illi, qui deforis quidem apparent ho-
ibus justi, deintus autem sunt sepulchra
rtuorum: sed vult te & corpore sanctum
e extrinsecus, & corde intrinsecus purum,
tum undique, & castitatis, atque inno-
tiæ virtute munitum, hoc est, intus, &
s bitumine esse oblitum.

5. Post hæc de longitudine, & latitudine *Longitudo arcæ quid significet. n. 5.*
æ, & de altitudine arcæ memoratur,
, quod dicit longitudinem, & altitudi-
, quale sit, videamus. Paulus ad *Eph.*
. 18. profundum, quod idem est, ac alti-
, memorat, quoniam descensionis Chri-
mysterium prædicat; Moyses vero, quia
itutionem designat eorum, qui per Chri-
n de interitu sæculi, tamquam de nece
vii ex inferioribus ad cœlestia revocan-
, arcæ altum memorat. . . . Numeri
ue ponuntur, trecenti cubiti longitudi-
 Centenarius autem numerus plenus,
perfectus in omnibus ostenditur, & to-
 rationalis creaturæ continens Sacramen-
, qui, quoniam non ex semetipso sub-
t, sed ex Trinitate descendit, & longi-
inem vitæ, hoc est, immortalitatis gra-
, ex Patre per Filium, ac Spiritum S.
epit, idcirco triplicatus ponitur. . . . La-
do quinquagenarium numerum tenet,

„qui

„ulla sine ira potest, neque disciplina cons
„servandæ dicuntur. . . . Omnipotentis e
„Dei misericordiam deprecemur, ut ind
„super nostras quoque animas diluvium a
„suæ, & deleat in nobis, quæ scit esse de
„da, & vivificet, quæ judicat esse vivifica
„per Christum Dominum nostrum, & per S
„ritum suum sanctum. Ipsi gloria in æt
„sæcula sæculorum. Amen.

Homilia III.
De Circumcisione Domini.

Præceptum circumcisionis Abrahæ datum. n. 1. 2. 3.

1. Origenes inprimis hic refutat eos, Deum corporeum esse putant, ex quod in S. Scriptura hominibus locutus dicatur, cum tamen Deus sine ope co vel vi, vel voluntate Divina eis loqui p Sic „multa responsa dantur a Deo ad A„ham, sed non omnia ad unum referu „Et primum quidem ad Abram ante imm„tionem nominis illud defertur oraculum: „*de terra tua* &c. *Gen.* 12. *v.* 1. Sed nih „hoc de testamento Dei, nihil de circum„ne præcipitur: cum vero exiit de terra „primo ei dicitur: *Abraham erit nomen* „*Gen.* 17. *v.* 3. Et ponam testamentum „me, & te, & inter semen tuum post te. „*Circumcidetur omne masculinum vestrum*, & „*cumcidetis carnem præputii vestri. Gen.* 17. „*sqq.*

Circumcisio spiritualis. n. 4.

2. „Nos vero imbuti per Apostolum „lum dicimus, quia, sicut multa alia in „ra futuræ veritatis fiebant, ita & circum

[illegible] carnalis circumcisionis spiritualis formam [illegible], de qua & dignum erat, & decebat, [illegible] Majestatis præcepta mortalibus dare, [illegible] de circumcisione cordis, de qua Pau[illegible] loquitur. *Rom.* 2. *v.* 28. & Ezechiel *c.* 44. [illegible] *Omnis alienigena incircumcisus corde, & in[illegible] circumcisus carne non introibit in Sancta mea.* n. 5.
[illegible] Judæus dicet: Ecce Propheta utram[illegible] circumcisionem designat, carnis & cor[illegible]. . . . Verum ad eum revincendum uta[illegible] veteris instrumenti testimoniis; scriptum [illegible] enim in Hieremia Propheta *cap.* 6. *v.* 10. *[illegible] populus hic incircumcisus auribus.* Et cur [illegible] hæc audiens, o Judæe! adhibuisti ferrum [illegible] ibus tuis, & incidisti eas? confugere enim [illegible] ad allegorias nostras, quas Paulus do[illegible], non permitto. . . . Quodsi circumci[illegible] aurium nihilominus allegoricam dicis, [illegible] figuralem, quomodo non & in circumci[illegible] præputii allegoriam requiris? Vos igi[illegible] populus Dei suscipite dignam circumci[illegible] verbi Dei in auribus vestris, & in la[illegible], & in corde, & in præputio carnis ve[illegible], & in omnibus omnino membris vestris. [illegible] circumcisæ namque sint aures vestræ secun[illegible] Verbum Dei, ut vocem non recipiant [illegible] trectantis, ut maledici, & blasphemi ver[illegible] non audiant, ut falsis criminationibus, [illegible] mendacio non pateant. Oppilentur, & clau[illegible] sint, ne judicium sanguinis audiant, aut [illegible] pudicis canticis, & theatralibus sonis pa[illegible]: nihil obscœnum recipiant, sed ab omni [illegible] corruptionis aversæ sint. Hæc est cir[illegible] cisio, qua Ecclesia Christi aures suorum

„circumcidit infantium; nemo enim potest
„circumcisis, & immundis auribus verba
„pientiæ, & veritatis audire. Veniamus
„ad labiorum circumcisionem. Ego pu
„quod incircumcisus sit labiis, qui nond
„cessavit a stultiloquio, a scurrilitate; qui
„nis derogat, qui criminatur proximos,
„instigat lites, qui calumnias movet, qui
„tres inter se, falsa loquendo, committit,
„vana, inepta, sæcularia, impudica, turp
„injuriosa, proterva, blasphema, & cæ
„indigna christiano ore proloquitur. S
„vero ab his omnibus continet os suum,
„disponit sermones suos in judicio, verbo
„tem reprimit, linguam temperat, verba
„deratur, iste merito circumcisus labiis d
„tur. Sed & qui iniquitatem in excelso
„quuntur, sicut hæretici faciunt, incircum
„& immundi labiis dicendi sunt: circumc
„vero, & mundus est, qui semper Ver
„Dei loquitur, & sanam doctrinam Evan
„cis, & Apostolicis munitam regulis prof

Circumcisio carnis quæ. n. 6.

3. „Nunc vero, qualiter etiam carnis
„cumcisio suscipi debeat, videamus. M
„brum hoc, in quo præputium videtur
„officiis naturalibus coitus, & generationi
„servire, nemo est, qui dubitet. Si quis
„tur erga hujusmodi motus non importu
„existat, nec statutos a legibus terminos
„peret, nec aliam fœminam, quam conju
„legitimam noverit, & in ea posteritatis
„tummodo causa legitimis temporibus a
„iste circumcisus præputio carnis suæ dicen

„c

...est: qui vero in omnem lasciviam proruit, incircumcisus est præputio carnis suæ. Verum Ecclesia Christi non solum ab illicitis cubilibus, sed & a licitis temperat, castis virginibus floret, quibus vera circumcisio carnis præputii facta est. Superest designare circumcisionem cordis. Siquis obscœnis desideriis æstuat, hic incircumcisus est corde. ...d & qui hæreticos sensus mente continet, ... incircumcisus est corde; qui vero puram ...em in conscientiæ sinceritate custodit: iste ...cumcisus est corde. . . . Ut vero etiam ...fectus sit homo Dei, cuncta circumcidenda ...t membra: manus quidem a rapinis, a ...tis, a cædibus, & ad sola Dei opera pan...dæ. Circumcidendi sunt pedes, ne velo...s sint ad effundendum sanguinem, & ne ...ant in consilium malignantium, sed ut ...tum pro mandatis Dei circumeant. Circumcidantur & oculi, ne concupiscant alie...; ne videant ad concupiscendam mulierem. ...d & siquis est, qui, sive bibat, sive mandu..., ad gloriam Dei manducat, & bibit, iste ...cumcisus est gustu. Cujus autem Deus ...ter est, hujus incircumcisum dixerim gu...m. Siquis Christi odorem bonum capit, ... in operibus misericordiæ odorem suavita... requirit, hujus circumcisa est odoratio: ...i vero primis unguentis delibutus incedit, ...e incircumcisus odoratu dicendus est. Sed ... singula quæque membrorum, si in officiis ...ndatorum Dei deserviant, circumcisa di...da sunt: si vero ultra præscriptas sibi di...itus luxuriant leges, incircumcisa repu-

„tanda sunt. Et hoc puto, dicit Apostolu
„*exhibete membra vestra servire justitiæ in sancti*
„*cationem. Rom.* 6. *v.* 19. Tunc enim promi
„ssio Abrahæ impletur in nobis: tunc test
„mentum ejus signatur in nobis. Ista est ci
„cumcisio, quæ petrinis machæris, scilic
„*sermone Dei acutiore omni gladio utrinque ac*
„*cuto Hebr.* 4. *v.* 12. per Jesum populo D
„data est.

Novum Testamentum quomodo in carne nostra. n. 7.

4. „Venio ad novum Testamentum, & n
„lo ostendere, quomodo & nos possimus he
„habere super carnem nostram. . . . Scilic
„si mortificavero membra mea, quæ sunt s
„per terram, testamentum Christi habeo sup
„carnem meam. Si semper mortem Chri
„in corpore meo circumferam, testament
„Christi est in corpore meo, quia, *si compa*
„*mur, & conregnabimus.* Si complantatus fu
„ro similitudini mortis ejus, testamentum e
„ostendo super carnem meam. Ostendo au
„ita demum, si, quemadmodum prius ex
„bui membra mea servire iniquitati ad iniq
„tatem, nunc ea convertam, & exhibeam s
„vire justitiæ ad sanctificationem. Testam
„tum Dei ostendo, si potuero dicere secund
„Paulum: *Christo concrucifixus sum.... Stigm*
„*ta Domini mei Jesu Christi in corpore meo por*
„*Gal.* 6. *Et quis nos separabit a charitate*
„&c. *Rom.* 8. Si enim voce tantummodo co
„fiteamur Dominum Jesum, & nos ostendam
„testamentum ejus esse super carnem nostra
„videbimur etiam nos simile aliquid facere
„dæis, qui solo circumcisionis signo Deum

„co

confiteri putant, factis autem negant. Nobis autem praestet Dominus, corde credere, ore confiteri, operibus comprobare, testamentum Dei esse super carnem nostram, ut videntes homines opera nostra bona magnificent Patrem nostrum, qui in cœlis est per Jesum Christum Dominum nostrum, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

Homilia IV.

De eo, quod Scriptum est: Visus est Dominus Abrahae &c.

„Recitata est a nobis alia visio Dei ad Abra- *Visio*
„ham: *Ecce viri tres adstiterunt super Abraham* *trium virorum.*
Gen. 18. v. 1. sqq. Tres viri veniunt ad Abraham, & stant super eum; ad Loth duo veniunt, & sedent in platea: etenim Loth inferior erat Abraham. Veniunt ergo ad Abraham tres viri meridie, ad Loth duo vespere veniunt; non enim capiebat Loth meridianae lucis magnitudinem, Abraham capax fuit, plenum fulgorem lucis ex... ... Ubi etiam observa, quod Abra... cum duobus Angelis etiam Dominus ad...; ad Loth vero duo tantummodo Angeli ...gunt. Et quid dicunt? *Misit nos Dominus ...tere civitatem, & perdere eam.* Gen. 19. 13. Ille ergo suscepit eos, qui perditum ...rent, non suscepit eum, qui salvaret: Abra...m vero suscepit & eum, qui salvat, & eos, ... perdunt. Nunc videamus, quomodo unus... ...que suscipiat: *Abraham occurrit eis obviam,* Gen. 18. v. 13. Considera impigrum in offi-

„ciis Abraham. *Festinat ad tabernaculum.* v.
„Vide, quanta sit suscipientis alacritas. Di
„ergo ad uxorem suam Saram: *Consperge t*
„*mensuras similaginis*, *& fac subcinericias* ἐγκ
„φίας, quod absconditos indicat panes. I
„vero accepit *vitulum bonum*, *& tenerum*, qu
„scit, quæ magna sint Domino, vel Ange
„offerenda. *Et puer festinavit facere eum.* N
„lus piger est in domo sapientis. Apponit
„go vitulum, & simul cum eo panes, &
„milam, sed & lac, & butyrum. Hæc f
„Abrahæ, & sacræ hospitalitatis officia. N
„videamus, quid etiam Loth. Hic nihil
„farinam apponere venientibus potest.

2. „Porro tres viri super Abraham veni
„non contra eum: subjecerat se quippe vo
„tati Dei, ideo super eum adstare dicitur D
„Tres viros suscipit, tribus mensuris simil
„nes panis conspersit. Totum mysticum
„Apponitur vitulus bonus, & tener. Et
„tam tenerum, & bonum, quam est ille,
„humiliavit se pro nobis usque ad mortem
„animam suam posuit pro amicis suis? Vit
„ille saginatus, quem pro recepto pœnit
„Filio jugulat pater. Nec etiam latet sap
„tem, quos susceperit. Tribus occurrit,
„unum adorat. *Laventur*, inquit, *pedes ve*
„& docet, quomodo hospites suscipere deb
„& ut laves hospitum pedes, tamen & ho
„mysterio dicitur: sciebat enim Dominica
„cramenta nonnisi in lavandis pedibus c
„summanda. Volebat etiam prævenire, &
„vare pedes, nequid forte pulveris reside

„qu

quod ad testimonium incredulitatis excussum pulvis in die judicii reservari. *Matth.* 10. *v.* 15.

3. „Sed videamus quoque, quæ hæc sit arbor, sub qua stabat Abraham, & convivium Domino, atque Angelis exhibebat. *Sub arbore*, inquit, *Mambre*, id est, visio, seu perspicacia; delectavit enim Dominum visio, & perspicacia Abrahæ; erat enim mundus corde, ut posset videre Deum. . . . Porro *Sara stabat post Abraham*, ut ostenderetur, quia si præcedit ad Dominum, sequi mulier debet, si nimirum adstare virum suum videat Deo. Alioquin ascendamus ad altiorem intelligentiæ gradum, & dicamus virum in nobis rationabilem sensum, & mulierem, quæ velut viro sociata est, carnem nostram. Sequatur ergo caro semper rationabilem sensum, nec carni in luxuria fluitanti obsequatur rationabilis sensus. Sed & mysticum aliquid sentire in hoc possumus loco, si videamus, quomodo in Exodo præcedebat Deus in columna ignis per noctem, & in columna nubis per diem, & Synagoga Domini sequebatur ipsum. *Erant autem ambo*, Abraham, & Sara, *presbyteri*, *id est*, *senes*. Quantum ad ætatem corporis pertinet, multi ante ipsos numerosioribus annis duxerant vitam, nemo tamen Presbyter appellatus est. Unde videtur nomen hoc Sanctis non longævitatis ratione, sed maturitatis adscribi.

Arbor, sub qua Abraham stabat, & convivium explicantur. n. 3.

4. Post convivium proficiscuntur hospites. Dixit Dominus Abrahæ: „*Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum repletus est*. . . . *Descen-*

Descensus Dei ad clamorem Sodomæ.

„*scendi ergo, ut viderem, si secundum clamore*
„*eorum, qui venit ad me, consummentur: sin a*
„*autem, ut sciam.* Quia enim peccatorum ca
„sa agitur, descendere dicitur Deus: quod sp
„cialius de Domino, ac Salvatore nostro se
„tiendum est, qui semetipsum exinanivit fo
„mam servi accipiens &c. *Phil.* 2. v. 7. . . D
„scendit ergo Dominus non solum curare,
„& portare, quæ nostra sunt. Sed & cum d
„scendit, aliis deorsum est, aliis vero asc
„dit, & sursum est. Nam & electis Apost
„ascendit montem excelsum, & ibi trans
„matus est coram ipsis: turbis autem, & P
„risæis, quibus exprobrat peccata, deor
„est, & ibi est cum ipsis, ubi fœnum est. P
n. 6. „re dicimus, quod secundum Scripturas n
„omnes sciat Deus. Peccatum nescit De
„& peccatores nescit Deus; alienos a se ign
„rat. Suos cognoscit Dominus, iniquos a
„tem, & impios nescit. Audi Salvatore
„*discite a me omnes operarii iniquitatis, non*
„*vos. Matth.* 7. v. 23. Hæc autem dicimus
„blasphemum aliquid de Deo sentientes,
„que ignorantiam adscribentes ei, sed ita
„telligimus, quod hi, quorum actus Deo
„indignus, indigni etiam Dei notitia dicant
„non enim dignatur Deus, nosse eum,
„aversus est ab eo, & ignorat eum: quonia
„*qui ignorat, ignorabitur.* 1. *Cor.* 14. v. 37. T
„li ergo specie & nunc de Sodomitis dicit
„quod, siquidem secundum clamorem eor
„actus eorum consummentur, notione ejus
„dicentur indigni; si vero est illis aliqua co
„versio, si vel decem in illis inventi fuerint
„sti

s, in dextram esse noverit Deus: & ideo
scendit, ut sciam, quid agunt, sed ut ipsos
, & scientia mea dignos faciam, siquos
inveniam justos, siquos inveniam poe-
tentes, siquos tales, quos debeam scire.
que, quia nullus, qui poeniteret, nul-
, qui converteretur, alius inventus est,
Loth, ipse solus agnoscitur, ipse solus
cendio liberatur. Nos vero operam de-
tales effici actus nostros, talem conver-
em nostram, ut digni habeamur notitia
notitia Filii ejus Jesu Christi, notitia
tus sancti, ut agniti a Trinitate, & nos
amentum Trinitatis plene, & integre,
fecte mereamur agnoscere, revelante
Domino nostro Jesu Christo, cui est glo-
imperium in saecula saeculorum. Amen.

Homilia V.

De Loth, & filiabus ejus.

Missi Angeli ad subversionem Sodomorum *Hospitalitatis remuneratio.*
curam gerunt hospitis Loth, ut eum
minenti ignis excidio contemplatione
talitatis eximerent. Audite haec, qui
ginis clauditis domos: audite haec, qui
tem, velut hostem vitatis. Loth in So-
is habitabat, alia ejus bene gesta non le-
s: hospitalitatis in eo sola ex usu ve-
memoratur, evadit ignes, evadit in-
ia, ob hoc solum, quod domum suam
ecit hospitibus. Quid ergo ad hospitem
t Angeli, videamus: *In montem salvam*
animam tuam. *Gen.* 19. v. 17. Loth quip-

„pe non erat ita perfectus, ut statim de S
„domis exiens montem posset ascendere;
„enim fuisset talis, nec habitacula ei So
„mitica placuissent. Erat ergo medius q
„dam inter perfectos, & perditos, & sci
„non convenire viribus suis, ut ascende
„in montem, religiose, & humiliter exc
„se, dicens; *non possum in montem salvus*
„*ri, sed ecce, hæc civitas pusilla est, & hic*
„*vabor*. *v.* 19. ingressus vero Segor civita
„pusillam in ea salvatur. Erat quidem
„doma, antequam peccaret, cum adhuc
„plicitatem vitæ incontaminabilis custod
„sicut paradisus Dei; ubi vero decolorari
„pit, & peccatorum maculis obscurari,
„terra Ægypti facta est. Et licet Eze
cap. 16. *v.* 51. dicat: *restituetur Sodoma in*
tiquum. „Ego tamen dubito, si in tan
„poterunt Sodomorum peccata decoqui,
„restitutio eorum tanta sit, quæ non so
„terræ Ægypti, verum etiam Dei par
„comparetur.

Uxor Loth in statuam salis versa quid significet. *v.* 2.

2. „Sed redeamus ad Loth, qui, cum
„re, & filiabus accepto ab Angelis man
„ne retrorsum respiceret, tendebat in S
„Sed uxor ejus retrorsum respicit, & e
„tur in statuam salis. . . . Quid vero
„tum criminis habuit, si sollicita mul
„mens retrorsum, unde nimio flammarum
„pitu terrebatur, respexit? Sed, quia lex
„talis est, videamus, ne forte Loth, qui
„respexit post se, rationabilis sit sensus, &
„mus virilis, uxor autem hic carnis im

„p

...m teneat. Caro est enim, quæ respicit ...per ad vitia, quæ, cum animus tendit ...lutem, illa retrorsum respicit, & vo... ...tates requirit. Inde & Dominus dicebat: ...mo . . . *retro respiciens aptus est regno Dei*, ... addit: *Mementote uxoris Loth. Luc. 9. v. 62.* ...od autem fit staticulum salis, insipientiæ ...s indicium videtur expositum; sal enim ...dentiæ loco ponitur, quæ ei defuit.

3. „Post hæc jam refertur, filias Loth ...furatas esse concubitum patris. In quo ...io, siquis potest ita excusare Loth, ut ... immunem faciat a peccato. Neque rur... ...ita eum accusandum puto, ut tam gra... ...incesti fieri debeat reus; non enim in... ...o, eum insidiatum esse, aut violenter ...uisse pudicitiam filiarum, sed magis in... ...s passum, & arte circumscriptum: sed ...e circumventus fuisset a puellis, nisi ...ari potuisset. Unde videtur mihi in ...e culpabilis, in parte excusabilis inve... ... Excusari namque potest, quod a con... ...centiæ crimine liber est, & quia neque ...voluisse arguitur, neque volentibus con... ...e: subjacet vero culpæ, quod decipi ...it, quod vino nimis indulsit, & hoc ... semel, sed iterum fecit. . . . Audite, ...ietas quid agat, audite, quantum faci... ...is conciliet temulentia; audite, & cave... ... quibus istud malum non in crimine, sed ...u est. Ebrietas decipit, quem Sodoma ... decepit: uritur ille flammis mulierum, ...m sulphurea flamma non ussit.

Loth cum filiabus concubitus v. 3.

Ebrietatis mala.

4. „Sed

Filiæ Loth quomodo peccaverint. n. 4. 4. „Sed & filiarum ejus propositum „diligentius considerandum, ne forte e „ipsæ non tantum, quantum putatur, „pere criminis mereantur. . . . Apparet „que ex S. Scriptura *Gen.* 19. v. 31. *sqq* „lias Loth didicisse quædam de consum „tione mundi, quæ immineret per ig „sed tamquam puellæ non perfecte di „rant; nescierunt, quod Sodomiticis reg „bus igne vastatis multum adhuc spatii „grum resideret in mundo. . . . Susp „igitur sunt ob reparandam mortalium „ritatem solas se esse cum parente ser „Recuperandi igitur humani generis de „rium sumunt, & quamvis grande eis cr „videretur, furari concubitum patris: gr „eis tamen videbatur impietas, si hum „posteritatis spem servata castitate delere „Propter hoc singulis ingressæ noctibus „gulæ concipiunt ab ignorante; concub „ultra non repetunt, non requirunt. U „libidinis culpa, ubi incesti crimen argu „Quomodo dabitur vitium, quod non „tur in facto? Vereor proloqui, quod s „ne castior fuerit harum incestus, quam „dicitia multarum. Discutiant se, & r „rant fœminæ in conjugiis positæ, si ob „solum adeant viros, ut suscipiant lib „si post conceptum desistunt; nonnullæ „mulieres sicut animalia absque ulla d „tione libidini serviunt, quas ego nec „tis pecoribus comparaverim; pecora en „ipsa sciunt, cum conceperint, ultra no „dulgere maribus copiam sui. Sed vo

„P

...pulus Dei! intelligite Apostoli sermonem: *...manducatis, sive bibitis, sive aliud quid fa...tis, omnia in gloriam Dei facite.* 1. *Cor.* 10. ...31. Ubi per, *aliud quid facitis*, inverecun... conjugii negotia verecundo sermone signa...t, ostendens, etiam ipsa ad Dei gloriam ..., si posteritatis solius contemplatione ...rentur.

„Quantum vero ad allegoriam nos Loth ...um ponimus Legis. Hujus uxorem po...m illum ponimus, qui de Ægypto pro...s, ac de persecutione Pharaonis tam...n de Sodomiticis ignibus liberatus, tur...carnes, & ollas Ægypti, & cepas, cu...resque desiderans retro respexit, & ce...in deserto, factus & ipse concupiscentiæ ...oria in eremo. Ibi ergo lex primum il... populum tamquam Loth retro respicien... perdidit, ac reliquit uxorem. Inde ve... Loth habitat in Segor civitate pusilla; ..., qui in lege conversantur, pusillam ha... conversationem, quamdiu secundum lit...a intelligunt legem: si vero spiritaliter ...gere quis cœperit, ipsæ illæ observan... legis secundum litteram pusillæ, secun... spiritum non erunt parvæ, sed magnæ. ...dit ergo post hæc Loth in montem, & habitat in spelunca ipse, & duæ filiæ ejus. ...ascendisse lex putanda est, cum ei per ...plum a Salomone constructum accessit or...: cum facta est quidem domus Dei, ma...tem habitatores fecerunt eam *speluncam ...rum. Matth.* 21. Habitavit ergo in spe-

Allegoria de Loth.

„lunca

„iuncta Loth, & duæ filiæ ejus, quas Ezec
„Oollam, Jerusalem, & Oolibam Samari
„esse dicit. *Ezech.* 23. In duas ergo pa
„populus divisus duas fecit filias legis. I
„carnalem cupientes progeniem propagare
„pientes patrem, obruentes spiritualem le
„sensum, solam ex ea carnis intelligenti
„trahunt: inde concipiunt, inde pariunt fi
„tales, quos nec sentiret, nec agnosceret l
„ter, & qui non intrent in Ecclesiam Domi
„*Ammonitæ enim, & Moabitæ non introibu*
„*Ecclesiam Domini usque in tertiam, & qui*
„*progeniem. Deut.* 23. *v.* 3. Id est, nec te
„generatione pro Trinitate, nec quarta
„Evangeliis, *nec in sæculum*, nisi forte
„præsens sæculum, cum plenitudo genti
„introierit, & sic omnis Israel salvus fi
„factus.

Sensus moralis. n. 6.

6. „Quod vero in morali loco superiu
„sum quidem Loth ad rationabilem se
„uxorem vero ejus, quæ retro respexerit,
„nem concupiscentiis deditam diximus,
„negligenter hoc, o auditor! excipias.
„servare enim debes, ne forte etiam cum
„geris flammas sæculi, & incendia carnis
„seris, etiam cum pusillam, & non pu
„civitatem Segor, qui est medius quidam
„fectus, superaveris, & ad scientiæ alti
„nem velut ad quædam cacumina m
„ascenderis, vide, ne tibi insidientur du
„liæ istæ, quæ a te non discedunt, sed seq
„tur te, etiam cum ascendis in montem
„est, vana gloria, & major soror ejus supe

„

...le, ne istæ filiæ te sopitum, dum tibi nec ...e, nec intelligere videris, complexibus ...stringant. Quæ idcirco filiæ dicuntur, ...de nobis, & de actuum nostrorum velut ...dam integritate procedunt. Vigila ergo, ...ntum potes, & observa, ne de his gene... ...filios: quia, qui de his nati fuerint, non ...ibunt in Ecclesiam Domini. Tu autem, ...generare, in spiritu genera; quoniam, ...*spiritu seminat, de spiritu metet vitam* ...*m. Gal. 6. v. 8.* Si vis amplecti, am... ...re sapientiam, & dic sapientiam soro... ...tuam esse, ut ipsa dicat de te: *hic meus* ...*ater, & soror, & mater est. Matth. 12. v. 50.* ...sapientia Jesus Christus Dominus noster ...cui est gloria, & imperium in sæcula ...orum. Amen.

HOMILIA VI.

...bimelech Rege Philistinorum, quo... ...accipere voluit Saram in matrimonium.

...igenes historia de Abimelech Saram ...uxorem Abrahæ assumente, & post ...n ejus conditionem eam denuo Abrahæ ...nte ex *Gen. 20. v. 1. sqq.* relata, eam ...legorice explicat. „Puto Saram, quæ ...retatur Princeps, formam tenere ἀρετῆς, ...est animi virtus. Hæc ergo virtus con... ...a est, & cohæret sapienti, & fideli viro. ...s autem ascivit sibi in conjugium virtu... ...audiat vocem ejus in omnibus, in qui... ...consilium dederit ei, sicut dictum est ...Abraham: *Omnia, quæcumque dixerit tibi* *„Sara,*

Abimelechi historia historica explicatio. *n. 1*

„*Sara, audi vocem ejus*. Gen. 21. v. 12.
„autem Abraham non jam virtutem uxo
„suam dici; donec enim uxor appellatur
„tus, propria est, & cum nullo participari
„test: cum vero ad perfectum venerimus,
„ut idonei simus & alios docere, tunc
„virtutem non ut uxorem intra gremium
„cludamus, sed ut sororem etiam aliis vel
„tibus copulemus. Ad hos denique, qui
„fecti sunt, dicit sermo divinus: *Dic sa*
„*tiam sororem tuam esse*. Prov. 7. v. 4.
„dum hoc igitur Abraham Saram soror
„cebat; permittit ergo quasi jam perfe
„ut, qui vult, habeat virtutem.

Virtus, cui se sociat. n. 2.

2. „Voluit tamen aliquando & Phara
„cipere Saram, sed non in mundo corde
„luit, & virtus nisi cum cordis munditia
„potest convenire; propterea *afflixit Deu*
„*Pharaonem* &c. Gen. 12. v. 17. Longe
„agit Abimelech, qui dixerat ad Domi
„*Tu scis, quia in mundo corde feci hoc*. Ge
„v. 5. Non est imperitus, & sordidus, se
„quia cor mundum debet præparare vi
„& quia puro corde voluit suscipere virtu
„idcirco eum Deus sanat, orante pro
„Abraham. Non *autem permisit ei Do*
„*contingere illam* (Saram, seu virtutem)
„melech enim interpretatur, Pater meus
„& videtur ergo mihi, quod hic Abim
„formam teneat studiosorum, & sapie
„sæculi, qui Philosophiæ operam dante
„cet non perfectam regulam pietatis a
„rint, tamen senserunt, Deum Patrem

Regem esse omnium.. Isti ergo, quantum Ethicam, id est, moralem Philosophiam ..., etiam puritati cordis operam dedisse, ...tenus comprobantur, & omni studio ...æ virtutis inspirationem quæsiisse; sed ... non permisit Deus contingere eos; ... enim gratia non per Abraham, sed per ...stum gentibus parabatur. *Gal.* 3. *v.* 16.... ... ergo & domus Abimelech, & filiæ ejus, ... sanavit Dominus (id est, diversa se...m commenta dialecticæ) parient Eccle... filios; hoc enim tempus est, quo steri... parit. *Gal.* 4. *v.* 27. . . . Filii autem spi...s isti sunt, de quibus & Apostolus dicit, ...lierem salvam futuram *per filiorum pro...ionem, si permanserit in fide, & castitate.* ... 2. *v.* 15. Ecclesia igitur Dei sic par...ticipiat. . . . & nos spiritualia spiritua... comparantes, & actu, & intellectu spi...les efficiamur in Christo Jesu Domino ...o, cui est gloria, & imperium in sæ... sæculorum. Amen.

Homilia VII.

... nativitate Isaac, & quod a lacte depulsus est.

Historiam nativitatis, & ablactationis Isaa...ci Origenes allegorico-moraliter ita ex...: „Isaac risus, vel gaudium interpreta... Quis ergo est, qui talem filium gene...? ille nimirum, qui dicebat de his, quos Evangelium genuerat: *Vos estis gaudium* ... &c. 1. *Thess.* 2. *v.* 20. De hujusmodi „filiis, *Nativitatis, & ablactationis Isaac allegoria.* n. 1.

...am *Analysis Tom. IV.* E e

„filiis, cum fuerint a lacte depulsi, *qui pro* „*possibilitate sustinendi exercitatos habent sensus* „*ad discretionem boni, vel mali. Hebr.* 5. *v.* 12. „fit convivium magnum.

Isaac, & Ismaelis lusus. *n.* 2.

2. „Post hæc ludit Isaac, & ludit cum Ismael. „Indignatur Sacra, & consilium dat Abrahæ: „*Ejice ancillam, & filium ejus. Gen.* 21. *v.* 9. „Hæc quomodo intelligi debeant, Apostolus „disseruit. *Gal.* 4. *v.* 21. *sqq.* Quid vero his „addat exponens Apostolus, videamus: *Sed,* „*sicut tunc is, qui secundum carnem est, perse-*

Pugna carnis, & spiritus.

„*quebatur eum, qui secundum spiritum, ita &* „*nunc.* Vide, quomodo nos Apostolus docet, „quia in omnibus caro adversatur spiritui.... „Si enim in nobis ipsis requirimus, inveni- „mus concupiscere carnem adversus spiritum, „& spiritum adversus carnem, & hæc sibi „invicem adversari. Vides, quantæ sint pugnæ „carnales adversus spiritum. Est adhuc & „alia pugna his pene omnibus violentior, cum „ii, qui legem secundum carnem intelligunt, „adversantur his, qui secundum spiritum sen- „tiunt, & persequuntur eos, *quia animalis* „*homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei.* „1. *Cor.* 2. *v.* 14. Et tu ergo, si habes in te „fructum Spiritus Dei, quod est gaudium, „charitas, pax, patientia, Isaac esse potes, „non secundum carnem natus, sed secundum „repromissionem, & esse filius liberæ, si ta- „men potes & tu secundum Paulum dicere: „*in carne enim ambulantes non secundum carnem* „*militamus.* 2. *Cor.* 10. *v.* 3. *sqq.*

3. „Nun

3. „Nunc videamus, quid in ludo Isaac, „& Ismaelis intellexerit Paulus, *Gal.* 4. *v.* 29. „& quid indignata sit Sara. Scilicet si caro, „cujus personam gerit Ismael, spiritui blan„diatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo „deceptionibus agat, si delectationibus illi„ciat, voluptatibus molliat, hujuscemodi lu„dus carnis cum spiritu Saram maxime, quæ „est virtus, offendit, & hujuscemodi blandi„menta acerbissimam persecutionem judicat „Paulus. Et tu ergo, o Auditor! horum, „non illam solam persecutionem putes, quan„do furore gentilium ad immolandum idolis „cogeris; sed, si forte te voluptas carnis il„liciat, si tibi libidinis alludat illecebra, hæc, „si virtutis es filius, tamquam persecutionem „maximam fuge: & sic de cæteris malitiæ „speciebus.

Ejectio Agaris, & Ismaelis quid significet. n. 3.

4. „Spiritualiter porro omnes quidem, qui „per fidem veniunt ad agnitionem Dei, pos„sunt filii Abrahæ dici. Sed in his sunt „aliqui pro charitate adhærentes Deo, alii „pro metu, & timore futuri judicii. 1. *Joan.* „4. *v.* 18. Iste ergo, qui in charitate perfe„ctus est, & de Abraham nascitur, & filius „liberæ est. Qui vero non perfecta charita„te, sed futuræ pœnæ metu, & supplicio„rum timore mandata custodit, est quidem „& ipse filius Abrahæ, accipit & ipse dona, „id est, operis sui mercedem; tamen inferior „illo est, qui non servili timore, sed in cha„ritatis libertate perfectus est. Tale aliquid „etiam Apostolus ostendit, cum dicit: *Quam-*

Duo filii Abrahæ qui. n. 4.

„*diu quidem hæres parvulus est, nihil differt a* „*servo* &c. *Gal.* 4.

Ejectionis & sitis Ismael significatio. *n.* 5. 5. „Quid interim agat Abraham, postquam „indignata est Sara, videamus. Ejicit ancil„lam, & filium ejus, sed tamen dat ei utrem „aquæ; non enim habebat mater ejus pu„teum aquæ. . . . Tu autem, qui secundum „Isaac repromissionis es filius, bibe aquam de „tuis puteis. Uter legis est littera, de qua „ille carnalis populus bibit, quæ littera fre„quenter ei deficit, & explicare se non po„test: Ecclesia autem de Evangelicis, & Apo„stolicis fontibus bibit, qui numquam defi„ciunt: bibit & de puteis, cum profundiora „quæque haurit, & scrutatur ex lege. Er-
n. 6. „rabat ergo Agar per desertum, &, postquam „filius ejus jam quasi moriturus fuisset abje„ctus, adest ei Angelus Domini, & aperuit „oculos Agar, & vidit puteum aquæ vivæ.... „Nonne luce clarior est in his intelligentia „spiritalis, quod abjectus est is, qui secun„dum carnem est populus, & tamdiu jacet „in fame, & siti, donec aperiantur oculi Sy„nagogæ, & velamen litteræ auferantur per „Evangelium Dei, & videat aquam vivam. „Sed & nos caveamus, quia frequenter & „nos circa puteum jacemus aquæ vivæ, id „est, circa Scripturas Divinas, & erramus in „ipsis. Tenemus libros, & legimus, sed spi„ritalem sensum non attingimus. Et ideo „opus est lachrymis, & orationibus indesi„nentibus postulare, ut Dominus aperiat ocu„los nostros. Et quid dico, ut aperiantur ocu-

„li

„li nostri? quia jam aperti sunt; Jesus enim „venit aperire oculos cæcorum. Aperti ergo „sunt oculi nostri, & de littera legis velamen „ablatum est: sed vereor, ne nos ipsi eos som„no iterum profundiore claudamus, dum non „vigilamus in intellectu spiritali, neque solli„citi sumus, ut somnum discutiamus ab ocu„lis nostris, & contemplemur, quæ spiritalia „sunt, ut ne cum populo carnali circa ipsam „aquam positi erremus, quin potius vigilemus, „& cum Propheta dicamus: *Si dedero somnum* „*oculis meis . . . donec inveniam locum Domino,* „*tabernaculum Deo Jacob. Ps.* 131. Ipsi gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VIII.

De eo, quod obtulit Abraham filium suum Isaac.

1. „Adhibete huc aures, qui accessistis ad *Abrahæ* „Dominum, qui fideles vos esse cre- *fides pro-* „ditis, & considerate diligentius, quemad- *batur.* „modum fidelium fides probatur. *Tentavit Deus* „*Abraham, & dixit ei: Abraham, Abraham.* „*Et ille dixit; Ecce ego. Gen.* 22. *v.* 1. Vo„cat eum Deus nomine, quod ipse donavit. „Nomen autem cur ei donaverit Deus, & vo„caverit eum Abraham, ipse interpretatus est, „*quia patrem,* inquit, *multarum gentium posui* „*te. Gen.* 17. *v.* 5. Mox Isaac, in quo ei po„sitæ sunt promissiones magnæ, & mirabiles, „holocaustum Domino jubetur offerre in uno „ex montibus. Quid tu ad hæc, o Abraham! „Paulus Apostolus, qui per Spiritum, credo, „di-

„didicerat, indicavit dicens: *Fide Abraham*
„*non hæſitavit* . . . *cogitans, quia & a mortuis*
„*eum ſuſcitare potens eſt Deus. Hebr.* 11. *v.* 17...
„Quomodo ergo filii ſunt Abraham, qui fa-
„ctum non credunt in Chriſto, quod ille futu-
„rum credidit in Iſaac? . . . Sed nunc inte-
n. 2. „rim tentabat Deus: *Accipe filium tuum;* non
„enim ſuffecerat dixiſſe *Filium*, ſed adjicitur
„& *chariſſimum*, & quid adhuc additur, &
„*quem diligis?* Sed vide tentationis pondus....
„Eſto Domine, quia commemoras de filio pa-
„trem, addis & chariſſimum, quem præcipis
„jugulari: ſufficiat hoc ad ſupplicium Patris.
„Addis rurſum, & *quem diligis*. Sint & in
„hoc parenti triplicata ſupplicia: quid opus
„eſt, ut commemores & *Iſaac?* Numquid ne-
„ſciebat Abraham, quia filius ille ſuus chariſ-
„ſimus Iſaac vocaretur? Sed cur additur *in*
„*tempore?* Ut recordaretur Abraham, quod
„in Iſaac erunt repromiſſiones, fit & comme-
„moratio nominis, ut & promiſſionum, quæ
„ſub hoc nomine factæ ſunt, deſperatio ſubeat.
„Sed hæc omnia, quia tentabat Deus Abra-
n. 3. „ham.... Porro intuemini per ſingula, quo-
„modo fiunt tentationis augmenta: *vade in ter-*
„*ram excelſam*. . . . Prius ei dicitur, quia of-
„ferre debeat filium ſuum, & tunc jubetur ire
„in terram excelſam, & aſcendere in montem.
„Quo hoc ſpectat? Ut, dum ambulat, dum
„iter agit, per totam viam cogitationibus di-
„ſcerpatur, ut hinc perurgente præcepto, hinc
„vero unici affectu obluctante crucietur. . . .
„Ut in his omnibus ſpatium certaminis acci-
„piat affectus, & fides, amor Dei, & amor
„car-

„carnis, præsentium gratia, & exspectatio fu-
„turorum. . . . In montem jubetur ascende-
„re, scilicet ut fide elatus terrena derelinquat,
„& ad superna conscendat.

2. *Surrexit igitur Abraham mane* &c. „quod *Profectio*
„addit *mane*, ostendere fortasse voluit, quia *Abrahæ,*
„initium lucis splenderet in corde ejus. *Stra-* *& porta-*
„*vit asinam* . . . *& pervenit ad locum*, *quem* *tio ligno-*
„*dixerat ei Deus*, die *tertia*, ut per totum tri- *rum Isaac*
„duum paterna viscera crucientur. . . . Vi- *quid sig-*
„dens autem locum pueros dimittit. . . . Quod *nificet.*
„autem *ligna* ad holocaustum portat Isaac, n. 4.
„illa figura est, quod & Christus ipse sibi ba- n. 5.
„julavit crucem, & tamen portare ligna ad n. 6.
„holocaustum officium Sacerdotis est. Fit er-
„go ipse hostia, & Sacerdos; cumque Abra-
„ham velut sacrificaturus portaret ignem, &
„cultrum, Isaac cum ipso vadit, ut ostenda-
„tur, cum ipso pariter fungi Sacerdotio: &
„cum filio de ove ad holocaustum quærenti
„Abraham de futuro dicit: *Deus providebit*
„*ipse sibi ovem:* futura respondit filio de præ-
„sentibus requirenti; ipse namque sibi Domi-
„nus ovem providebat in Christo.

3. „*Perrexerunt ergo ambo, & venerunt ad* *Isaac im-*
„*locum* &c. Ædificat Abraham altare, im- *molandus*
„ponit ligna, colligat puerum, præparat se *quid indi-*
„ad jugulandum. Multi estis patres in Ec- *cet.*
„clesia Dei, qui hæc audistis: putas aliquis n. 7.
„vestrum, ex ipsa historiæ narratione tantum
„animi robur acquirit, ut, cum forte amit-
„titur filius morte communi, etiamsi sit uni-

„cus, & dilectus, magnanimitatem Abrahæ „sibi ante oculos ponat? Et quidem a te „non requiritur, ut unicum jugules: proposi„to saltem, & mente constans esto, fide fi„xus lætus offer filium Deo: esto Sacerdos „animæ filii tui. Sacerdotem autem immolan„tem Deo non decet flere: non in convalle „fletus, sed in excelsis montibus offer filium „tuum. Ostende, quia fides in Dominum for„tior est, quam carnis affectus.

Abraham ab immolando filio prohibetur. n. 8.

4. Prohibitus autem est Abraham: „*Ne* „*injicias manum tuam super puerum . . . nunc enim cognovi, quia tu times Deum.* Sciebat Deus, „qui omnia novit, antequam fiant, sed propter „te hæc scripta sunt: quia & tu nisi opera „fidei expleveris, non agnosceris, quia timeas „Deum. „ Quod porro Origenes hic subdit, quod Dominus sicut inter nos homines habitu repertus est ut homo, ita & inter An„gelos habitu repertus est ut Angelus. „ Huetius examinat in Origen. *l.* 2. *q.* 3. „Nos ve„ro conferamus hæc cum Apostolis dictis „*Rom.* 8. *v.* 3. ubi de Deo dicit, *qui proprio* „*Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus* „*tradidit illum.* Quid nos ad hæc dicemus? „Quid retribuemus Domino pro omnibus, „quæ retribuit nobis? Quis vestrum, putas, „audiet aliquando vocem Angeli dicentis? „nunc cognovi, quia times tu Deum, quia „non pepercisti filio tuo, vel filiæ tuæ, vel „uxori, aut non pepercisti pecuniæ, vel ho„noribus sæculi, & ambitionibus mundi, sed „omnia contempsisti, & omnia duxisti ut ster-

„cora,

„cora, ut Christum lucrifaceres, vendidisti „omnia, & dedisti pauperibus, & secutus es „Verbum Dei.

5. „Et *respiciens Abraham . . . & ecce aries Arietis „tenebatur cornibus in virgulto Sabech.* Aries hic *immolatio* „formam Christi gerere videtur. . . . Patitur *quid.* „ergo Christus, sed in carne; & pertulit mor- *n. 9.* „tem, sed caro, cujus hic aries forma est: „Verbum vero in incorruptione permansit, „quod est secundum spiritum Christus, cujus „imago est Isaac, qui non est jugulatus. Ideo „ipse & hostia est, & Pontifex secundum spi- „ritum; nam, qui offert hostiam Patri secun- „dum carnem, ipse in altari crucis offertur. „Tenetur ergo cornibus aries in virgulto Sa- „bech. *Et accepit Abraham arietem, & obtulit „illum &c. & vocavit nomen loci illius, Dominus „videt.* Visio autem, quam Dominus videt, „in spiritu est, ut & tu hæc, quæ scripta sunt, „in spiritu videas, & in spiritu generes etiam „tu filium Isaac, cum habere cæperis fructum „spiritus, gaudium, pacem. Quem tamen fi- „lium ita demum generabis, si, uti in Sara, „ita & in anima tua deficiant, muliebria, ut „nihil jam muliebre, & effœminatum habeas „in anima tua, sed viriliter agas, & viriliter „præcingas lumbos tuos: si sit pectus tuum „thorace justitiæ munitum, si galea salutis, & „gladio spiritus accingaris. Sic generabis fi- „lium de conjuge tua virtute (*Sara*) gaudium, „& lætitiam, (*Isaac*) generas autem gaudium, „si omne gaudium existimaveris, cum in tenta- „tiones varias incideris, & istud gaudium of-

„feras in facrificium Deo; cum enim lætus ac-„cefferis ad Deum, iterum tibi reddit, quod „obtuleris. *Joan.* 16. *v.* 17. Id quod nobis „oftenditur in his, quæ gefta funt erga Job. „*c.* 42. *v.* 10. . . . Et aliquid amplius Evan-„gelia promittunt, centuplum tibi pollicentur, „infuper & vitam æternam *Matth.* 19. *v.* 29. „in Chrifto Jefu Domino noftro, cui eft gloria, „& imperium in fæcula fæculorum. Amen.

Homilia IX.

De Repromiſſionibus ſecundis ad Abraham factis.

Cur promiſſio Abrahæ facta repetatur. n. 1.

1. In repromiffione fecunda Abrahæ facta *Gen.* 22. *v.* 15. ait Origenes: „nihil aliud ad-„ditum video, eadem repetuntur, quæ prius „fuerant repromiffa. Ergo fuperfluum videbi-„tur, eadem fæpius retractari? imo neceffa-„rium. Abraham enim, fi tantum fecundum „carnem vixiffet, & unius populi, quem fe-„cundum carnem genuit, pater fuiffet, una „fufficeret repromiffio. Nunc vero, ut often-„deret, eum primo patrem futurum, qui fe-„cundum carnem circumcifi funt, circumcifio-„nis fuæ tempore datur ei repromiffio, quæ „ad populum circumcifionis pertinere deberet. „Secundo quia pater effet futurus etiam eo-„rum, qui ex fide funt, & qui per paffionem „Chrifti veniunt ad hæreditatem, tempore „paffionis Ifaac renovatur promiffio, quæ per-„tinere debeat ad populum, qui paffione Chri-„fti, ac refurrectione falvatur. Et eadem qui-„dem repeti videntur, fed longe diverfa funt; „illa

„illa enim, quæ prius dicta sunt, & ad prio-
„rem populum pertinent, in terris dicta sunt.
„*Gen.* 15. *v.* 5. Ubi autem secundo repetitur
„repromissio, designat, quia ei locutus est de
„cœlo, & datur promissio de terra prima, se-
„cunda de cœlo, quæ ad fidelem populum per-
„tinet: in illa sermo tantummodo, hic inter-
„ponitur jusjurandum, non quod Deum juris-
„jurandi necessitas urgeret, sed sicut interpre-
„tatus est Apostolus Paulus *Hebr.* 6. *v.* 13. quo
„per hoc *immobilitatem consilii sui* cultoribus de-
„signaret. Deinde in prima repromissione non
„habet positam causam, cur data sit: nunc
„vero addit causam, quia *non pepercisti filio*
„*tuo*: designans, quod propter passionem Chri-
„sti populo ex gentibus, qui ex fide est Abra-
„hæ, maneat firma promissio.

2. „Sed redeamus nunc ad nosmetipsos, *Moralis*
„& moralem locum per singulos quosque tra- *sensus de*
„ctemus. Apostolus dicit: *Primus homo de ter-* *mutatione*
„*ra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis* &c. *hominis*
„1. *Cor.* 15. *v.* 47. *sqq.* Vides, quia, si per- *carnalis.*
„manseris in eo, quod primum est, quod de *n.* 2.
„terra est, reprobaberis, nisi cœlestis imagi-
„nem acceperis. Idcirco promissiones suas re-
„novat Deus, quia debes & tu renovari. De
„cœlo hæc loquitur, ut & tu imaginem cœle-
„stis accipias. Quid tibi prodest, si Deus se
„juramento constringit, & tu hæc quasi com-
„munem audiens fabulam transeas? . . . Por-
„ro de Christo dicitur juxta Apostolum: *Gal.*
„3. *v.* 16. *Multiplicabo semen tuum. Gen.* 22. *v.* 17.
„Quis enim non videt a finibus terræ usque ad
„fines

„fines terræ propagatam prædicationem Evan-
„gelii, & nullum esse pene jam locum, qui
n. 3. „non semen Verbi susceperit. . . . In eodem
„Christo completur & ille sermo: *hæreditate ca-*
„*piet semen tuum civitates adversariorum. Gen.* 22.
„*v.* 17. quod in omnem terram exiit sonus
„Apostolorum, depellens ipsos Angelos pote-
„state, quam habebant in nationibus, & ideo
„adversantur etiam nobis. *Eph.* 6. *v.* 15. Prop-
„terea ergo vigilandum est nobis, *quia adversa-*
„*rius noster tamquam leo rugiens circuit, quærens,*
„*quem devoret,* 1. *Pet.* 5. *v.* 8. cui nisi restiteri-
„mus *fortes in fide*, rursum nos in captivitatem
„revocabit, & ingratum faciemus opus ejus,
„qui cruci suæ affixit principatus &c. *Col.* 2.
„*v.* 14. *sqq.* Quin potius fidem Christi sequen-
„tes disrumpamus vincula eorum, scilicet paf-
„siones, & vitia nostra, quibus tamdiu inne-
„ctimur, donec carnem nostram crucifigamus
„cum vitiis, & concupiscentiis. . . . Quid
„enim mihi prodest, si semen Abrahæ Chri-
„stus hæreditate possideat civitates adversario-
„rum, & meam civitatem non possideat? S
„in mea civitate, hoc est, in anima mea ne-
„que leges ejus, neque instituta serventur, s
„non adversarios meos vincat, si non destrua
„legem, quæ est in membris meis, repugnan-
„tem legi mentis meæ, & captivum me duca
„in lege peccati? *Rom.* 7. *v.* 23. Sic erg
„unusquisque nostrum agat, ut in sua anima
„& in suo corpore vincat Christus adversario
„suos, & subjiciens eos, ac triumphans etiam
„suæ animæ possideat civitatem. Hoc enim
„modo de parte ejus efficimur, de parte me-
„liori

„liori, quæ est sicut stellæ cœli in claritate, „ut & nos benedictionem Abrahæ capere pos„simus per Christum Dominum nostrum, cui „est honor, & gloria in sæcula sæculorum. „Amen.

Homilia X.

De Rebecca, cum exisset ad aquam hauriendam, & occurrisset ei puer Abrahæ.

1. „Isaac, inquit Scriptura *Gen.* 21., cresce„bat, id est, gaudium crescebat Abra„hæ, quia videbat Christi diem. Atque uti„nam & vos efficeremini etiam Isaac, & es„setis gaudium matris vestræ Ecclesiæ: sed „vereor, ne adhuc in tristitia Ecclesia filios „pariat. An non ei tristitia, cum vos non „convenitis ad audiendum Verbum Dei, & „vix festis diebus ad Ecclesiam proceditis, „& hoc non tam desiderio Verbi, quam stu„dio solemnitatis, & publicæ remissionis ob„tentu? Quid ergo ego faciam, cui dispen„satio Verbi credita est? Ubi, & quando „vestrum tempus inveniam? Plurimum ex „hoc, imo pene totum tempus mundanis oc„cupationibus in foro, in agro, in litibus „teritis, & ad audiendum Dei verbum nemo, „aut pauci admodum vacant. Præsentes „etiam & in Ecclesia positi, non estis inten„ti, sed communes usu fabulas teritis, verbo „Dei, vel lectionibus terga convertitis. Quid „igitur ego faciam? Possemne surdis, & aver„sis auribus ingerere margaritas Verbi Dei? „... Asperior fortasse vobis videor, sed non „pos-

Invectiva in negligentes audire Verbum Dei. n. 1.

„possum linire parietem lapsantem; timeo enim „illud, quod scriptum est: *qui beatificant vos*, „*seducunt vos*. *Is*. 3. *v*. 12. Tamquam filios meos „charissimos moneo. Miror, si nondum vo„bis innotuit via Christi arcta, & angusta, quæ „ducit ad vitam: & vos ergo intrate per an„gustam portam, relinquite pereuntibus lati„tudinem. . . . Sine intermissione orandum „Apostolus præcipit: vos, qui ad orationes „non convenitis, quomodo impletis sine inter„missione, quod semper omittitis? Sed & Do„minus præcipit: *Vigilate, & orate* &c. *Marc*. „14. *v*. 38. Quodsi illi vigilantes, & orantes, „& Verbo Dei semper adhærentes tentationem „tamen nequaquam effugerunt, quid faciunt „hi, qui diebus tantum solemnibus ad Eccle„siam conveniunt?

Rebeccæ allegoria de scrutanda S. Scriptura. n. 2.

2. „Videamus tamen hoc, quod nobis mo„do recitatum est: *Rebecca veniebat cum filiabus* „*civitatis haurire aquam de puteo*. *Gen*. 24. *v*. 15. „Quotidie veniebat, idcirco inveniri potuit a „puero Abraham, & in matrimonium sociari „Isaac. Spiritualis doctrina est, quæ te do„cet, quotidie venire ad puteos Scripturarum, „ad aquas Spiritus S., & haurire semper, ac „plenum vas domum referre. . . . Vult te „Christus sibi desponsare: *Ose*. 2. *v*. 19. ideo „præmittit ad te istum puerum. Puer iste ser„mo Propheticus est, quem, nisi prius susce„peris, Christo nubere non poteris. Scito ta„tamen, quia nemo imperitus Propheticum „sermonem suscipit, sed, qui scit haurire „aquam de profundo putei, & qui in tantum

„scit

„scit haurire, ut etiam his sufficiat, qui irra„rationabiles, & perversi videntur, quorum „figuram tenent cameli. Sic ergo Rebecca, „quæ interpretatur patientia, ut vidit pue„rum, & inspexit Propheticum verbum, de„ponit de humero hydriam, id est, elatam „Græcæ facundiæ arrogantiam, & ad tam „humilem se inclinans Propheticum sermo„nem dicit: *bibe tu, & camelos tuos adaquabo.*

3. „Porro Propheticus hic sermo, licet „ipse potum det sitientibus, nihilominus ab „his potari dicitur, cum studiosorum exerci„tia, & vigilantiam suscipit.... Sed tu, ut „video, nec esuris, nec sitis justitiam, qui „collectam negligis, & declinas audire ver„bum Dei. . . . Dicitis mihi vos, qui tan„tummodo festis diebus ad Ecclesiam conve„nitis: cæteri dies non sunt festi, non sunt „dies Domini. Sed Judæorum est, dies cer„tos, & raros observare solemnes: Christiani „omni die agni carnes comedunt, id est, car„nes Verbi Dei quotidie sumunt.... Venite er„go & vos, dum tempus est, bibamus de „puteo visionis, ubi Isaac deambulabat, & „ubi procedit ad exercitium. Observa, quan„ta geruntur ad aquas. Et tu invitaris quo„tidie venire ad aquas Verbi Dei, & assistere „puteis ejus, sicut faciebat Rebecca, de qua „dicitur: *Virgo erat, & vir non cognoverat „eam. Gen.* 24. *v.* 16. Non enim sufficit ani„mæ, ut casta sit corpore, opus est, ut & „non cognoscens virum pessimum diabolum, „neque ab eo concupiscentiæ jacula suscipiens „ani-

Verbum Dei frequenter audiendum. n. 3.

lin

qu

unt v

rissim

; innot

acit ad

ustam

udinen

Aposto

,non co

,,missior

,,minus

,,14. v

,,& V

,,tam

,,hi ,

,,siar

,,dc

,,c

a. ,,

[illegible]

[illegible] in [illegible]

[illegible] Spiritus [illegible] Christo [illegible]

gloria, & imperium in sæcula Amen.

Homilia XI.

d Abraham Cethuram accepit quod Isaac habitavit ad puteum visionis.

senex emortui jam corporis Abra- *Conjugium*
n Cethuram uxorem. Ego puto, *Abrahæ*
us tunc uxor accipitur, quando *cum Ce-*
corpus, quando mortificata sunt *thura quid*
Major enim ad sapientiam sensibus *significet.*
pacitas est, quando mortificatio *n.* 1.
cumfertur in corpore nostro morta-
› Cethura thymiama interpretatur,
ıncensum, vel bonus odor; & ipse
bat, sicut Paulus dixit: *Christi bo-*
sumus. 1. *Cor.* 2. *v.* 15. Quomodo
ıis Christi bonus odor efficiatur, vi-
Peccatum res est fœtida, & pec-
porcis comparantur, qui in peccatis *n.* 2.
stercore fœtido volutantur. Siquis
strum est, in quo odor peccati jam
t, sed odor justitiæ; siquis sine in-
ne orando offert Domino semper in-
Ps. 141. 2. hic Cethuram duxit uxo-
ic ergo senum nuptias interpretari
puto. . . . Unde & tu potes, si vis,
modi nuptiarum maritus existere, &
talitatem libenter exerces, hanc tibi
m videberis assumpsisse. Huic si ad-
pauperum curam, secundam videberis
uxorem, & tot videberis accepisse

„uxores, quot virtutibus gaudes. Inde ergo „est, quod nonnullos Patriarcharum, simul „plures habuisse conjuges, alios defunctis prio„ribus accepisse alias, Scriptura commemo„rat, ut illud figuraliter indicetur, quod qui„dam plures simul possunt exercere virtutes, „alii non prius, quæ sequuntur, incipere, „quam priora perduxerint ad perfectum. . . . „Sane præter hoc, si etiam ex his eruditioni„bus Grammaticæ, Geometriæ &c. aliquas in „assertionem nostræ Legis adsciscimus, tunc „videbimur vel alienigenas in matrimonium „sumpsisse, vel etiam concubinas: & si de „ejusmodi conjugiis contradicentes redarguen„do convertere aliquos poterimus ad fidem, „tunc videbimur ex dialectica &c. quasi ex „alienigena quadam, vel concubina filios „genuisse.

Intelligentia Scripturæ a Deo. n. 3.

2. „Porro de morte Abraham *Gen.* 25. *v.* 11. „loquendo, optemus & nos hujusmodi mor„tem, ut moriamur peccato, vivamus autem „Deo. . . . Sequitur benedictio Domini Isaac „elargita, ut habitaret ad *puteum visionis*. . . „Nam siquis potest singulas quasque visiones „vel quæ in lege sunt, vel quæ in Prophetis „scire, & intelligere, ille habitat ad puteum „visionis. Si ergo potuero unum aliquem in„tellectum de Deo sentire de visionibus Dei „unam diem videbor fecisse ad puteum visionis „Si vero non solum secundum litteram, sed „etiam aliquid secundum spiritum attingere „biduum; quodsi etiam moralem locum atti„gero, fecerim triduum, vel certe, si non po-

„tuer

„tuero omnia intelligere, assideo tamen Scri-
„pturis Divinis, & in lege Dei meditor die,
„ac nocte inquirendo, discutiendo, tractando,
„& certe, quod maximum est, orando Deum,
„& ab ipso poscendo intellectum, & sic vide-
„bor etiam ego habitare ad puteum visionis....
„Festinate ergo vos, ut ista ad vos benedictio
„Domini veniat, qua apud puteum visionis ha-
„bitare possitis. Siquis autem raro ad Eccle-
„siam veniat, raro de Scripturarum fontibus
„hauriat, &, quæ audit, continuo discedens,
„& aliis negotiis occupatus omittat, hic non
„habitat apud puteum visionis. Si vero & tu
„semper perscruteris Propheticas visiones, si
„semper inquiras, semper discere cupias, hæc
„mediteris, in iis permaneas, percipis & tu
„benedictionem a Domino, & habitas apud
„puteum visionis. Et tibi enim apparebit Do-
„minus Jesus in via, & aperiet tibi Scripturas.
„Apparet autem his, qui de ipso cogitant, &
„in ipso meditantur, atque in lege ejus die,
„ac nocte versantur. Ipsi gloria, & imperium
„in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XII.

De conceptu Rebeccæ, & partu.

1. „*Rogavit Isaac Deum pro Rebecca uxore sua,* *Cur S.*
„*quia sterilis erat, & exaudivit illum* *mulieres*
„*Deus, & concepit, & exultabant pueri in utero* *steriles.*
„*ejus. Gen. 25. v. 21.* Primo omnium intuere, *n. 1.*
„quid istud est, quod plurimæ sanctarum mu-
„lierum in Scripturis steriles fuisse referuntur,
„sicut Sara, Rebecca, Rachel, Anna, Elisa-

„beth. In omnibus autem iſtis hic titulus de„ſignatur, quod poſt ſterilitatem ſanctum om„nes ediderint partum. . . . *Abiit* ergo *Re-*
n. 2. „*becca, interrogare Dominum.* Quo abiit? quod „non de loco ad locum abierit, ſed de vita ad „vitam, de actu ad actum, de bonis ad me„liora tranſiit, de utilibus ad utiliora perre„xit, de ſanctis ad ſanctiora properavit. . . . „Et tu ergo, ſi cœperis intueri non ea, quæ „videntur, ſed quæ non videntur, id eſt, non „carnalia, ſed ſpiritalia, non præſentia, ſed „futura, abiiſſe diceris, interrogare Domi„num: ſi eruas te de converſatione veteri, & „a conſortio eorum, cum quibus turpiter vi„xeras, honeſtis vero te, ac religioſis actibus „ſocies, cum requiſitus fueris inter ſodales „turpitudinis, & in catervis noxiorum nequa„quam fueris repertus, dicetur & de te: quia „*abiit interrogare Dominum.*

Pugna carnis, & ſpiritus. n. 3. 2. „Dixit ergo ei Dominus: *duæ gentes in* „*utero tuo ſunt* &c. quomodo populus populum „ſuperaverit, id eſt, Eccleſia Synagogam, no„tum eſt. . . . Ego autem puto, quod & de „ſingulis nobis hoc dici poſſit; nam & virtu„tum populus intra nos eſt, & vitiorum nihil„ominus populus intra nos eſt; ſed iſte minor „eſt, ille major; ſemper enim plures ſunt ma„li, quam boni, & vitia numeroſiora virtuti„bus. Sed ſi tales ſumus, qualis Rebecca, & „mereamur de Iſaac, id eſt, de Verbo Dei „habere conceptum, etiam in nobis populus „populum ſuperabit, & major ſerviet minori; „ſerviet enim caro ſpiritui, & vitia virtutibus

„ce-

„cedent. „ Mysterium vero electionis Jacob, n. 4.
& reprobationis Esau Deo relinquit Origenes.

3. „*Post hæc seminavit Isaac hordeum, & in-* *Verbi Dei*
„*venit centuplum. Benedixit autem illum Domi-* *varia dis-*
„*nus, & magnificatus est homo* &c. *Gen.* 26. *v.* 12. *seminatio.*
„Hordeum jumentorum maxime cibus est, aut n. 5.
„servorum rusticorum: Isaac sermo Dei est,
„qui sermo in lege hordeum seminat, & in
„Evangeliis triticum: illum enim cibum per-
„fectioribus, & spiritalibus, hunc imperitio-
„ribus, & animalibus parat. Isaac sermo le-
„gis hordeum seminat, & tamen in ipso hor-
„deo invenit centesimum fructum; invenis
„enim & in lege Martyres. Sed & Dominus
„noster in Evangeliis Isaac perfectiora quæque
„Apostolis, turbis autem communia loqueba-
„tur: incipientes hordeaceis panibus pascit.
„*Matth.* 14. Postea vero, cum jam profecis-
„sent in verbo, triticeos eis exhibebat panes.
„Sed post hoc *Dominus*, inquit, *benedixit Isaac,*
„*& magnus factus est valde.* Parvus erat Isaac
„in lege, fit magnus processu temporis in Pro-
„phetis. Cum venerit vero ad hoc usque, ut
„velamen abjiciat, tunc erit magnus valde,
„cum cœperit littera legis, velut palea hordei
„ejus secerni, & apparuerit, quod spiritualis
„est lex, tunc Isaac magnificabitur. Vide etiam,
„quia & Dominus in Evangeliis *Matth.* 14.
„paucos panes frangit, & quot millia reficit
„populorum, & quanti cophini reliquiarum su-
„persunt. Donec integri sunt panes, nemo sa-
„turatur, nec panes videntur augeri. Consi-
„dera ergo nunc, quomodo paucos panes fran-

 „gimus,

„gimus, de Scripturis paucos sermones assu-
„mimus, quot millia hominum saturantur:
„sed nisi fracti fuerint a discipulis, nisi minu-
„tatim littera ejus fuerit discussa, sensus ejus
„ad omnes non potest pervenire: cum autem
„pertractare cœperimus, turbæ, quantum po-
„terunt, sumunt, quod autem non potuerint,
„reservandum est, nequid pereat. . . . Nunc
„autem, quantum possibile est, vel de panibus
„comedamus, vel de puteis hauriamus. Ten-
„ta ergo & tu, o Auditor; habere proprium
„puteum, ut & tu, cum apprehenderis librum
„Scripturarum, incipias etiam ex proprio sen-
„su proferre aliquem intellectum, & secundum
„ea, quæ in Ecclesia didicisti, tenta & tu bi-
„bere de fonte ingenii tui. Sed satis age in-
„genii tui amovere desidiam, & torporem cor-
„dis excutere: purga ingenium tuum, ut de
„tuis puteis haurias aquam vivam; si enim su-
„scepisti in te Verbum Dei, si accepisti a Jesu
„aquam vivam, & fideliter accepisti, fiet in
„te fons aquæ salientis in vitam æternam, in
„ipso Jesu Christo Domino nostro, cui est glo-
„ria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XIII.

De puteis, quos fodit Isaac, & replet sunt a Philistinis.

Christus Legem veterem explicavit. n. 1. 2.

1. „Isaac cœpit fodere puteos, quos foderunt „pueri Abraham, & hos Philistini reple„verunt terra &c. *Gen.* 24. *v.* 15. *sqq.* . . . In„tuere nostrum Isaac, qui pro nobis oblatus „est hostia, venientem in vallem Gerararum, „quam

„quam interpretantur maceriam, sive sepem, „venientem tollere maceriem, id est, peccatum, quod inter nos separat & Deum, maceriam, quae est media inter nos, & coelestes virtutes. Hic igitur Isaac Salvator noster, cum venisset in istam vallem Gerararum, legis, & Prophetarum voluit puteos „innovare, quos Philistini Scribae, & Pharisaei „terra repleverunt, qui legem carnaliter docent, & aquas S. Spiritus maculant: qui puteos ad hoc habent, non ut aquam proferant, „sed ut terram ponant.... Fodit ergo Isaac „& novos puteos, imo pueri Isaac fodiunt. „Pueri sunt Isaac, Matthaeus, Marcus, Lucas, „& Joannes. Pueri ejus sunt, Petrus, Jacobus, & Judas: puer ejus est & Apostolus „Paulus, qui omnes novi testamenti puteos „fodiunt. Sed & pro his altercantur illi, qui „terrena sapiunt, nec nova condi patiuntur, „nec vetera purgari: Evangelicis puteis contradicunt, Apostolicis adversantur.

2. „Post haec ergo fodit tertium puteum Isaac, *& appellavit nomen loci illius amplitudo, dicens, quia nunc dilatavit nos Dominus.* Vere „enim dilatatus est Isaac, cum adimplevit in „nobis scientiam Trinitatis. Tunc enim tantum in Judaea notus erat Deus: nunc autem „in omnem terram exivit sonus eorum. Euntes enim pueri Isaac per universum orbem „terrae foderunt puteos, & aquam vivam omnibus ostenderunt, *baptizantes omnes gentes in „nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Sed „& unusquisque nostrum puteum fodit, qui

Propagatio Evangelii. n. 3.

„Verbum Dei miniſtrat, & aquam vivam quæ-
„rit, ex qua reficiat auditores. Si ergo &
„ego incipiam veterum dicta diſcutere, & ſen-
„ſum in eis quærere ſpiritalem, ſi conatus fue-
„ro velamen legis amovere, fodio quidem pu-
„teos; ſed ſtatim mihi movebunt calumnias
„amici litteræ, & perſecutiones parabunt, ve-
„ritatem negantes ſtare poſſe niſi ſuper terram.
„Sed nos, ſi Iſaac pueri ſumus, a calumnia-
„toribus recedamus, & relinquamus eos in
„terra, quam diligunt, nos autem non ceſſe-
„mus puteos aquæ vivæ fodere. Sed & ſiquis
„eorum me nunc audiat diſputantem, qui ſæ-
„culares litteras novit, dicit fortaſſe: noſtra
„ſunt iſta, quæ dicis, & nòſtræ artis eruditio
„eſt; & movet mihi lites velut Philiſtinus qui-
„dam dicens, quia in meo ſolo fodiſti puteum.
„Verum ad hæc ego reſpondebo, quia habet om-
„nis terra aquas, ſed qui Philiſtinus eſt, & terre-
„na ſapit, neſcit in omni terra invenire aquam,
„neſcit fidem, pietatem, religionem poſſe in
„omnibus inveniri. Quid tibi prodeſt habere
„eruditionem, & neſcire ea uti, & habere ſer-
„monem, & neſcire loqui? Iſtud opus pro-
„prie puerorum Iſaac eſt, qui in omni terra
„fodiunt puteos aquæ vivæ, id eſt, omni ani-
„mæ Verbum Dei loquuntur, & inveniunt fru-
„ctum. Vide Paulum, qui ab Hieruſalem in
„circuitu usque ad Illyricum replevit Evange-
„lium Dei: ſed per ſingulos iſtos puteos perſe-
„cutiones paſſus eſt Philiſtinorum. 2. *Tim.* 3.
„*v.* 11. . . . Gratia ergo Filio Abrahæ Chri-
„ſto, qui aperuit nobis puteos, & docuit nos,
„ut non in aliquo loco quæramus Deum, ſed
„ſcia-

„sciamus, quod in omni terra offertur Sacrificium nomini ejus: & si locum Dei requiris, „cor mundum est locus ejus. Vide ergo, quia „forte etiam in uniuscujuscunque nostrum anima est puteus aquæ vivæ, est quidam cœlestis sensus, & imago Dei latens, & hunc „puteum Philistini, id est, potestates adversæ „repleverunt terra, id est, carnalibus sensibus „& terrenis cogitationibus. . . . Sed nunc, „quoniam venit noster Isaac, fodiamus puteos „nostros, & abjiciamus ab eis terram; purgemus eos ab omnibus sordibus, & a cunctis „cogitationibus luteis, & terrenis, & inveniemus in eis aquam vivam. *Joan.* 7. *v.* 38.

3. „Si ergo & vos hæc audientes fideliter „percipiatis auditum, operatur & in vobis „Isaac, & purgat corda vestra a terrenis sensibus, & proficietis in spiritalibus sensibus... „Intra te namque est collata imago Regis cœlestis, sed videri in te non poterat, donec „domus tua sordida erat: iste fons scientiæ intra te non poterat fluere, quia Philistini repleverant eam terra, & fecerant te in imaginem terreni, sed tu imaginem cœlestis in te „splendescere facito. Filius Dei est pictor hujus „imaginis, quæ obscurari per incuriam potest, „deleri per malitiam non potest. Istam picturam tu tibi ipse depingis; cum enim te libido „suscaverit, induxisti unum colorem terrenum, „& sic per singulas malitiæ species velut diversis coloribus hanc imaginem terreni depingis. Propterea deprecandus est nobis „Deus, ut deleat iniquitates nostras, tunc re-

Anima purgata a terrenis capit spiritalia. n. 4.

„splendebit in nobis imago Dei. Vis adhuc „& aliam videre formam hujus imaginis? ha„bes in te litteras Dei, & litteras Spiritus S. „Si vero delinquas, ipse tibi conscribis peccati „chirographum. Sed vide, quia, cum semel „accessisti ad crucem Christi, & ad gratiam „Baptismi, chirographum tuum cruci affixum, „& in fonte Baptismi deletum est. Non re„scribas ergo ultra, quæ deleta sunt, solas in „te serva litteras Dei. Sed redeamus ad Isaac, „& fodiamus cum ipso puteos aquæ vivæ, „etiamsi obsistant Philistini, & in tantum fo„diamus, ut superabundent aquæ, ut non so„lum nobis sufficiat Scripturarum scientia, sed „& alios doceamus illuminante nos, & pur„gante corda nostra ipso Domino Jesu Christo „Salvatore nostro, cui est gloria, & imperium „in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XIV.

De eo, quod apparuit Dominus Isaac ad puteum juramenti, & de pacto, quod composuit cum Abimelech.

Ecclesiæ præstantia. n. 1. 2.

1. „*Ascendit igitur Isaac ad puteum juramenti, „& apparuit illi Dominus. Gen.* 26. *v.* 23. „Potest augmentum Prophetarum legis ascen„sio nominari, & propterea forte Isaac ad pu„teum juramenti ascendisse dicitur, & ibi ap„paruisse ei Dominus futura in eo promissa „confirmans. Ædificat quidem ibi Isaac etiam „altare in lege, *v.* 25. *sqq.* & figit tabernacu„lum suum: in Evangeliis vero non tabernacu„lum figit, sed domum ædificat, & funda„men-

„mentum collocat. *Prov.* 9. *v.* 1. Fundamen-
„tum hoc Christus est: ubi vero fundamenta
„sunt, & supra petram ædificatur domus,
„numquam resolvitur domus illa, sicuti ta-
„bernaculum resolvitur.

2. „Sed & Abimelech pactum constituit *Philosophia non semper legi Dei contraria, n. 3.*
„cum Isaac. *v.* 27. *sqq.* Philosophia enim,
„cujus figura est Abimelech, neque in omni-
„bus legi Dei contraria est, neque in omni-
„bus consona. . . . Et ideo Abimelech se-
„cundum hanc figuram aliquando in pace
„esse cum Isaac, aliquando diffidere describi-
„tur. . . , Abimelech ergo, qui interpreta-
„tur, *Pater meus Rex*, & Ochozath gener ejus,
„qui interpretatur, *tenens*; & Phicol, qui in-
„terpretatur *os omnium*, ad Isaac venientes
„imaginem totius Philosophiæ tenent, quæ
„in tres partes dividitur, Logicam, Physi-
„cam, Ethicam, id est, rationalem, natura-
„lem, & moralem. Rationalis est, quæ Deum
„Patrem omnium confitetur, ut est Abimelech,
„Naturalis illa est, quæ fixa est, & tenet
„omnia, velut naturæ ipsius viribus nitens,
„quam profitetur Ochozath, qui dicitur te-
„nens. Moralis est, quæ in ore est omnium,
„& ad omnes pertinet pro communi simili-
„tudine præceptorum, quam designat Phicol,
„qui os omnium interpretatur. Hi ergo om-
„nes in hujuscemodi eruditionibus instituti
„veniunt ad legem Dei, & dicunt: *Videntes*
„*vidimus, quia est Dominus tecum* &c. *v.* 28.
„*sqq.* Possunt etiam isti tres figuram tenere
„Magorum Christi adoratorum.

3. „Sed

Scientia Divinorum magnum convivium n. 4.

3. „Sed quid petunt? *Ne facias nobis*, in„quit, *mala* &c. Remissionem peccatorum „deposcere mihi videntur. *Et fecit illis con„vivium magnum* Isaac. Et tu, si non sis ad„huc parvulus, & lacte non indigeas, sed „eruditione plurima præmissa ad intelligen„tiam Verbi Dei capacior venias, faciet tibi „minister Verbi convivium magnum, revela„bit tibi Christum secundum hoc, quod in eo „omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscon„diti sunt. . . . Oremus ergo & nos tali „mente, tali fide accedere ad audiendum Ver„bum Dei, ut facere nobis dignetur convi„vium magnum; *Sapientia enim jugulavit ho„stias suas* &c. *Prov.* 9. Tantum est, ut & nos „ingressi convivium sapientiæ, non rursus no„biscum indumenta insipientiæ deferamus, „non infidelitatis veste circumdati, non pec„catorum maculis fuscati, sed in simplicitate, „& puritate cordis amplectamur Verbum, & „Divinæ Sapientiæ famulemur, qui est Chri„stus Jesus Dominus noster, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XV.

De eo, quod scriptum est: & ascenderunt ex Ægypto &c. *Gen.* 45.

Vita Josephi spiritualis. n. 1. 2.

1. Origenes hic notat, „quod in S. Scri„ptura nunquam fere in sanctum quis „locum dicatur descendisse, neque ad vitu„perabile conscendisse memoretur, id quod variis exemplis probat, & deinde pergit. „Vi„deamus sane, quomodo audire debeamus,

„quia

„quia *Joseph filius tuus vivit.* Si enim pona„mus, quia potuisset vinci a libidine, & pec„casset cum uxore Domini sui, non puto, „quod hoc a Patriarchis nunciatum fuisset „patri ejus Jacob, filius tuus Joseph vivit; „hoc enim si fecisset, sine dubio non viveret, „*anima enim, quæ peccat, ipsa morietur. Ezech.* „18. *v.* 4.

2. „Ubi vero venerunt, qui Jacob annun„tiarent de vita Joseph, reaccendit in se spi„ritum suum, & reparatus est in eo fulgur „luminis veri, qui pene videbatur extinctus... „Non solum autem de hoc motus est, quod „audivit: *Joseph filius tuus vivit;* sed & de „illo maxime, quod annuntiatum est ei, quia „ipse sit, qui principatum teneat totius Ægyp„ti; calcare enim libidinem, omnesque vo„luptates corporis frœnare, hoc est, princi„patum gerere totius Ægypti, & apud Israel „magnum ducitur. Siquis vero est, qui ali„qua quidem vitia corporis subjuget, aliis „vero subjaceat, de isto non integre dicitur, „quia principatum agit totius terræ Ægypti, „sed unius, aut duarum civitatum. Dicit „ergo jam non Jacob, sed Israel reaccenso „spiritu: *magnum mihi est . . . ibo, & videbo* „*eum.* Splendor enim lucis, qui erat in eo, „etiamsi in eo extinctus penitus non est, cum „obtulerunt filii ejus tunicam Joseph, maxi„ma tamen ex parte erat obscuratus, quod „decipi potuit, quod vestimenta scindere, quod „falso lugere, quod implorare mortem, quod „in infernum cuperet lugendo descendere.

Quomodo Jacob reaccendit spiritum suum. n. 3.

„Prop-

„Propter hæc nunc resuscitat, & reaccendi[t]
„spiritum suum, quia consequens erat, u[t]
„lumen, quod in eo obscuraverat fraus men-
„dacii, reaccenderet veritatis auditus. Jacob
„ergo dicitur, qui reaccendit spiritum suum
„(ob aliquam imperfectionem): Israel vero di-
„cit: *magnum mihi est* &c. (quasi reaccens[o]
„spiritu perfectus) quæ differentia nomini[s]
„variis locis Geneseos hic ab Origene ex-
„plicatur.

Jacob ad pugnam contra diaboli nequitias excitatur. n. 5.

3. „Dignum sane post hæc videtur intueri
„quomodo Deus Jacob ad quosdam agone[s]
„cohortans mittat ad Ægyptum; ait enim
„*Noli timere, descendere in Ægyptum.* Gen. 46.
„*v.* 3. hoc est, dicere, congressus adversus
„potestates, adversus mundi hujus (qui figu-
„raliter Ægyptus appellatur) rectores tene-
„brarum harum noli timere; *in gentem enim*
„*magnam faciam te.* Non ergo timet descen-
„dere in Ægyptum, non timet agones huju[s]
„mundi, & obsistentium dæmonum subire cer-
„tamina, cum quo in agones descenderit Deus.
„Verum ego amplius adhuc aliquid hoc i[n]
„loco arbitror latere mysterii; movet enim
„me, quod dixit: *Et inde te revocabo in finem*
„non enim Jacob est revocatus in finem, quip-
„pe qui defunctus est in Ægypto. Videamu[s]
„ergo, ne forte vel Domini descendentis i[n]
„hunc mundum, & in gentem magnam, ho[c]
„est, in Ecclesiam ex gentibus facti, consum-
„matisque omnibus ad Patrem regressi: ve[l]
„protoplasti in hoc figura formetur, qui a[d]
„agones descendit in Ægyptum, cum de Pa-

„radi[...]

„radisi deliciis ejectus ad hujus mundi ærum-
„nas deducitur, proposito sibi cum serpente
„certamine. Nec tamen posteros suos in hoc
„certamine positos deserit Deus, sed est cum
„eis in Ægypto, ut patet in Noe, Abraham
„&c. Quod autem dicit: *Revocabo te inde in*
„*finem*, hoc est, quod in fine sæculorum uni-
„genitus Filius ejus pro salute mundi usque
„ad inferna descendit, & inde protoplastum,
„& omnes Sanctos revocavit.

4. „Sed & unusquisque nostrum, eadem
„via Ægyptum & agones ingreditur, & si me-
„reatur, ut Deus semper maneat cum eo, fa-
„ciet eum in gentem magnam, scilicet virtu-
„tum, & justitiæ, in qua Sancti quique multi-
„plicari dicuntur & discere. . . . Hoc est au-
„tem: *Revocabo te inde in finem.* Quoniam cer-
„tamen bonum certasti, fidem servasti, cur-
„sum consummasti, revocabo te jam de hoc
„mundo ad beatitudinem futuram, ad perfe-
„ctionem vitæ æternæ, ad justitiæ coronam,
„quam reddet Dominus in fine sæculorum o-
„mnibus, qui diligunt eum.

Præmium hujus pugnæ. n. 6.

5. „Denique illud: *Et Joseph ponet manus*
„*suas super oculos tuos*: exponi potest de Hiero-
„boam de tribu Joseph, qui fecit duas vaccas
„aureas, ut seduceret populum, adorare eas,
„3. *Reg.* 12. & velut impositis manibus excæ-
„cavit Israel, ne viderent impietatem suam.
„Vel dicemus, quia & verus Joseph Salvator
„noster spiritales manus suas posuit super ocu-
„los legis, qui per corporalem intelligentiam
„Scri-

„Scribarum, & Pharisæorum erant excæcati,
„& reddidit eis visum, ut his, quibus aperuit
„Dominus Scripturas spiritales, in lege visus,
„& intellectus appareat. Atque utinam & no-
„bis aperiat illos oculos, qui non intuentur
„præsentia, sed futura, & revelet nobis cor-
„dis aspectum, quo Deus videtur in Spiritu,
„per ipsum Dominum Jesum Christum, cui est
„gloria, & imperium in sæcula sæculorum.
„Amen.

Homilia XVI.

De eo, quod scriptum est. Et acquisivit Joseph omnem terram Ægyptiorum Pharaoni &c. Gen. 47.

Peccati servitus. n. 1. 2.

1. „Secundum Scripturæ fidem nullus Ægyptius liber. . . . Hæc si intelligamus „spiritaliter, quæ sit Ægyptiorum servitus, „agnoscimus, quia servire Ægyptiis non aliud „est, quam obnoxium fieri carnalibus vitiis, „& dæmonibus esse subjectum: in quod unumquemque non extrinsecus illata necessitas cogit, sed segnities animi. Qui vero libertatis „animæ curam gerit, iste ex filiis Israel est, „qui, etiamsi violenter opprimatur ad tempus, „non tamen libertatem suam in perpetuum „perdet. . . . Quare Joseph cum nihil Hebreæ libertatis, nihil Israeliticæ nobilitatis „in Ægyptiis providisset, utpote qui semetipsos vendiderunt, digna servitia digno dominatui sociavit.

2. „Post

2. „Post hæc sequitur: *Vendiderunt Ægyptii terram suam Pharaoni; obtinuit enim eos fames. Gen.* 47. *v.* 20. Vituperatio mihi videtur & in hoc Ægyptiorum contineri, quod obtinuit eos fames; quamvis enim etiam ad justos veniat fames, non tamen obtinet eos, propter quod & gloriantur in ea, sicut Paulus 2. *Cor.* 11. *v.* 27. Quod ergo justis exercitium virtutis est, hoc injustis pœna peccati est. . . . Neque enim Abraham, neque Jacob, neque filios eorum obtinet fames, sed, etsi invalescat, super terram dicitur invalescere. . . . Ex quibus omnibus declaratur, terram quidem posse pati famem, & eos, qui terrena sapiunt: quorum autem iste cibus est, ut faciant voluntatem Patris, qui in cœlis est, & quorum animam panis ille alit, qui de cœlo descendit, nunquam possunt famis inedia laborare. Uti Origenes probat exemplo Heliæ. 3. *Reg.* 17. Et Helisæi 4. *Reg.* 7. *Justi in tribulationibus, fame &c. gloriantur.* *n.* 3.

3. „Converte ergo hæc ad tropicum, & allegoricum sensum. . . . Qui enim terrena sapiunt, & non possunt percipere, quæ sunt Spiritus Dei, famem Verbi Dei patiuntur, & non sentiunt Evangelii medicinam. Justis autem & in lege Dei meditantibus die, ac nocte sapientia præparat mensam suam, & summa voce clamat, ut humiles corde conveniant ad epulas sapientiæ, & dapibus ejus refecti depellant famem, quæ invalescit super terram. Vide ergo, ne & tu forte inveniaris Ægyptius, & obtineat te fames, ne forte sæculi actibus occupatus, aut avaritiæ *Homines animales fame spiritus laborant.* *n.* 4.

„vinculis strictus, aut luxuriæ effusione reso-„lutus alienus efficiaris a sapientiæ cibis, qui „semper in Dei Ecclesiis exhibentur. Si enim „avertas auditum ab his, quæ leguntur, vel „disputantur in Ecclesia, famem Verbi Dei „patieris: si vero nobilitatem Israelitici gene-„ris custodias, pascit te lex, pascunt Prophe-„tæ, exhibent tibi Apostoli opulenta convivia, „in regno Patris recumbere te invitabunt Evan-„gelia, ut ibi manduces de ligno vitæ, & bi-„bas vinum de vite vera, vinum novum cum „Christo in regno Patris ejus.

Sacerdotes terrenis renuntient. n. 5.

4. „Refertur sane in consequentibus, quod „terra Sacerdotum Ægyptiorum non sit in ser-„vitutem redacta Pharaoni, sed quod frumenta „acceperint a Pharaone. *Gen.* 47. . . . Ad-„verte hic, quid intersit inter Sacerdotes Dei, „& Pharaonis. Pharao terras concedit Sacer-„dotibus suis; Dominus autem Sacerdotibus „suis partem non concedit in terra, sed dicit „eis: *Ego sum pars vestra. Num.* 18. *v.* 20. Ob-„servate ergo, qui hæc legitis, omnes Domini „Sacerdotes, & videte, ne forte, qui partem „habent in terra, & terrenis studiis vacant, „non tam Domini, quam Pharaonis Sacerdo-„tes esse videantur. Ille est enim, qui vult „Sacerdotes suos habere possessiones terrarum, „& exercere agri, non animæ culturam: Chri-„stus autem Dominus noster Sacerdotibus suis „quid præcepit, audiamus: *Qui non abrenun-„tiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus „esse discipulus. Luc.* 14. *v.* 33. Contremisco „hæc dicens; meus enim primo omnium accu-

„sator

„fator existo, meas condemnationes loquor...
„Quomodo hæc aut ipsi legimus, aut populis „exponimus, qui non solum non abrenuntiamus his, quae possidemus, sed & acquirere „volumus ea, quæ numquam habuimus, an„tequam veniremus ad Christum. . . . Festi„nemus ergo transire a Sacerdotibus Pharao„nis, quibus terrena possessio est, ad Sacerdo„tes Domini, quibus portio Dominus est. Ta„lis erat ille, qui dicebat: *tanquam egentes, „multos autem locupletantes.* 2. *Cor.* 6. *v.* 10. Vi„des Sacerdotum Christi divitias, vides nihil „habentes, quanta, & qualia largiuntur. Istas „opes largiri non potest terrena possessio.

5. „Contulimus Sacerdotes Sacerdotibus, „nunc & populum Ægyptium populo Israeli„tico conferamus. Dicitur enim in consequen„tibus, quia post famem, & servitutem popu„lus Ægyptius quintas offerat Pharaoni; quin„que enim sensus corporei designantur, quibus „populus carnalis servit. At vero Israeliticus „populus decimas offert Sacerdotibus; decem „enim verba legis accepit, & Decalogi virtute „instructus ignota mundo huic Sacramenta di„vina largitione suscepit, & servus fidelis de „negotiationis suæ lucris decem mnas offert „Domino, & decem civitatum accipit potesta„tem: & populus quidem decimas Sacerdoti„bus præstat, primogenita vero offert primo„genito omnis creaturæ. Vide ergo & tu, „de quo populo sis, & cujus ordinis Sacerdo„tium teneas. Si adhuc carnalibus sensibus „servis, si adhuc quinario numero vectigal ex-

Christiani decalogum observent. n. 6.

„solvis, de Ægyptio te populo esse cognosce.
„Si vero decalogum legis semper ante oculos
„habeas, & primogenita sensus tui in fide im-
„molas primogenito ex mortuis, verus Israe-
„lita es.

Deus nobiscum in tribulatione. n. 7.

6. „Denique *habitavit Israel in Ægypto in*
„*terra Gessen. Gen.* 47. *v.* 27. Interpretatur au-
„tem Gessen proximitas, per quod ostenditur,
„quia Israel etiam in Ægypto proximus est
„Deo. Et nos ergo, si videmur in Ægyp-
„tum descendisse, etiamsi in carne positi mun-
„di hujus certamina sustinemus, tamen si
„prope Deum simus, si in mandatorum ejus
„meditatione versemur, & præcepta ejus per-
„quiramus, Deus semper erit nobiscum per
„Jesum Christum Dominum nostrum, cui est
„gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XVII.

De Benedictionibus Patriarcharum.

Ruben figura Judæorum, & carnalis concupiscentiæ. n. 1. 2.

1. „Benedictiones Patriarcharum *Gen.* 49. n[...]
„bis tripartitam explanationis ma[...]
„riam subjiciunt, ita ut benedictiones hi[...]
„riæ locum servent, Prophetia vero myst[...]
„cum, atque dogmaticum, morum correpti[...]
„& objurgatio moralem dirigat stylum. R[...]
„*ben*, inquit, *primogenitus meus &c. Gen.* 4[...]
„*v.* 3. *sqq.* Incestus historia neminem late[...]
„quomodo Ruben paternum maculaverit th[...]
„rum. . . . Secundum vero intelligentia[...]
„videtur mihi Ruben populi Judæorum fer[...]
„posse personam, qui & *primogenitus* est: p[...]
„n[...]

„mo namque illis data sunt eloquia Dei. „Quod autem fuerit ille populus *durus*, & „*temerarius*, Scripturæ denuntiant. *Is.* 1. *v.* 8. „*Act.* 7. *v.* 51. Patri vero Deo irrogavit in„jurias, cum convertit ad eum dorsum: tho„rum autem concubinæ polluit, quem ascen„dit, id est, legem V. T., quam sæpe præ„varicando maculavit. . . . Sed & moralis „nobis in hoc ita tractabitur locus. Ruben „interpretatus est filius, qui videtur, hoc est, „carnalis. Primus ergo est carnalis motus „in concupiscentia libidinis, qui, cum primæ „juventutis tempus obsederit, durum, & te„merarium simul, & lascivum juvenem red„dit, polluentem etiam thorum paternum, id „est, præcepta naturalis legis, quæ in nobis „est, & nunc paternus thorus dicitur, præ„varicantem. Cubile ergo legis hujus teme„rat, qui præceps, & infrænis fertur ad vitia.

2. „*Simeon, & Levi fratres perfecerunt ini„quitatem voluntatis suæ &c. Gen.* 49. *v.* 5. *sqq.* „Quantum quidem ad historiam pertinet, vi„detur illud eorum culpare commissum, quod „Emmor filium Sichem post sororis eorum „concubitum fraude jugularunt, atque omnes „ejus populos peremerunt. *Gen.* 34. Spirita„lis autem de his explanatio talis mihi quæ„dam posse videtur aptari, quod Simeon, & „Levi Scribarum, & Pharisæorum Judaici po„puli possint ferre personam, qui consilium „fecerunt, de quo dicit hic Israel: *in consilium* „*eorum non introeat anima mea. v.* 6. & falsis „testibus adhibitis condemnabant Jesum; *oc-*

Simeon, & Levi figura occidentium Christum, & iræ. n. 2.

„ciderunt etiam Judæi homines, id est, Prophe-
„tas, & subnervaverunt taurum, id est, Filium
„Dei: unde divisi sunt in Jacob, & dispersi in
„Israel, eoquod nonnulli ex ipsis Domino cre-
„diderunt, & alii in infidelitate permanserunt;
„& dispersi hi, quorum patria, temploque
„everso per orbem terræ incredulum dispergi-
„tur genus. Videtur & per ipsos tripartitus
„motus totius animæ designari: in quibus Ru-
„ben servat primam notam sanguinis cum ma-
„cula effusi. Secundam iræ, vel furoris spe-
„ciem tenet Simeon. Tertiam formam mo-
„tus irrationabilis tenet Levi, cui etiam legem
„servare permissum est. Has ergo tres species
„videtur mihi omnis pene anima, quæ in hunc
„venit mundum, primis motibus culpabiliter
„agere, usquequo peccatorum vitiis prægra-
„vata ad locum possit pœnitentiæ pervenire;
„Judas enim post hæc sequitur, qui purgat
„confessionis peccata: quia Judas confessio in-
„terpretatur.

Prophetia Jacob de Juda in Christo impleta. n. 4.

3. „Ait ergo: *Juda te collaudent fratres tui;*
„*manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum.*
„*Gen.* 49. *v.* 8. Potest hoc vel ad ipsum Ju-
„dam, vel ad ejus progeniem referri, qui re-
„gnum gentis illius administrantes inimicorum
„terga domuerunt. Sed & in Christo compe-
„tenter accipitur, qui a fratribus suis, id est,
„ab Apostolis, quos ipse fratres in Evangelio
„nominavit, merito collaudatur. . . . Inimici
„autem ejus sunt increduli, & infideles: bene
„autem terga inimicorum cædi dixit a Christo;
„omnes enim, qui adorabant idola, terga da-
„bant

„bant Deo. *Jer.* 2. *v.* 27. Hæc ergo dorsa cæ-
„dit, ut conversi aliquando terga dent idolis,
„& faciem erigant ad Deum, & adorent eum,
„uti filii Patris effecti. Verba illa *Catulus leo-*
„*nis Juda* &c. Christum non solum tropice, sed
„etiam physice designant; nam Physiologus de
„catulo leonis scribit, quod, cum fuerit natus,
„tribus diebus, & noctibus dormiat, tum de-
„inde patris rugitu tremefactus cubilis locus
„suscitet catulum dormientem. Iste catulus er-
„go *ascendit ex germine*; ex Virgine enim natus
„est absque concubitu viri. . . . Manifestissi-
„me *recubuisse*, & *dormisse* de passione mortis
„ostenditur: ut catulus leonis dormit, quia
„tribus diebus, & noctibus in corde terræ se-
„pultus somnum mortis implevit, quæ mors
„Christi oppressio, & triumphus dæmonum
„fuit; omnem enim prædam, quam leo ille
„contrarius invaserat prostrato homine, hic
„leo interripuit: & denique rediens ab inferis
„captivam duxit captivitatem.


4. „*Non deficiet Princeps ex Juda, neque dux* n. 6.
„*de femoribus ejus. Gen.* 49. *v.* 10. Hic locus
„maniste refertur ad Judam; constat enim us-
„que ad nativitatem Christi non defecisse prin-
„cipes ex genere Judæ, usque ad Herodem
„regem, qui fuit alienigena. Statim ergo, ut
„hoc factum est, advenit ille, *cui erat regnum*
„*repositum*, scilicet Christus. „ Quam Prophe-
tiam etiam allegorice de secundo Christi ad-
ventu explicari posse ostendit Origenes, salvo
tamen priori sensu litterali. „*Alligans ad vi-* n. 7.
„*tem pullum suum* &c. hoc de Christo proprie,

„& singulariter dicitur, qui est *vitis vera*, *Joan.*
„15. & ad hanc vitem pullum suum alligavit,
„& ad palmitem asinam suam. Pullus est ex
„gentibus populus, cui numquam adhuc legis
„onus fuerat impositum, & super quem nemo
„nisi Christus ipse insederat. Pullus vero asi-
„næ sunt hi, qui de priori populo electi sunt ad
„salutem. Abjecta ergo asina, quæ onus le-
„gis in infidelitate portare maluit, pullus ex
„ipsa natus eligitur, id est, novellus ex vetere
„per fidem populus adsciscitur, ac populo ex
„gentibus sociatur. Vitis ergo Christus ex ea
„parte dicitur, qua naturam suscepit huma-
„nam, ad quam Deus Verbum suum pullum
„alligat, id est, populum suum conjungit, &
„sociat ei conversationi, quam ipse exegit in
„carne, ut imitatione ipsius pullus efficiatur
„cum illo & Filius Dei. Palmes vero illud in-
„telligitur, quod palmes arbori connectitur, &
„confirmatur a lapsu, & sic futurorum bono-
„rum indicat spem, quia fideles futuram con-
„summationem salutis exspectant, in quo quasi
„ad quamdam patientiæ arborem spe juncti,
„& confirmati tentationum procellas, ac tur-
Baptismi virtus. „bines ferunt. Sequitur: *Lavabit in vino sto-*
„*lam suam* &c. Stola Christi merito ejus in-
n. 8. „telligitur Ecclesia, quam ipse mundavit sibi
„sanguine suo; in hujus enim sanguinis vino,
„id est, lavacro regenerationis a Christo lava-
„tur Ecclesia; consepelimur enim per Baptis-
„mum, & in sanguine ipsius. Hi ergo, qui
„prius per lavacrum loti stola ejus fuerant ef-
„fecti, posteaquam ad Sacramentum *Sanguinis*
„*uvæ* pervenerunt, vel interioris mysterii, se-
„cre-

„oratorisque facti sunt participes, *amictus* ejus
„esse dicuntur. Lavatur enim & in sanguine
„uvæ anima, cum Sacramenti hujus cœperit
„capere rationem, & lavatur quotidie ad scien-
„tiæ profectum, & jungens se Deo non solum
„amictus ejus, verum etiam unus jam cum
„ipso spiritus fiet. *Gratifici*, inquit porro,
„*oculi ejus a vino*. Oculi Christi sunt, qui uni-
„verso corpori Ecclesiæ scientiæ lumen præ-
„stant. Gratifici ergo sunt oculi isti; sermo
„enim scientiæ sale conditus est, ut det gra-
„tiam audientibus, & gratifici sunt oculi ejus
„a vino; quia nihil est aquatum in verbo scien-
„tiæ, nihil frigidum, sed vinum, quod læti-
„ficat cor hominis, quo audientium vulnera
„peccatorum non solum olei lenitate mitigen-
„tur, verum etiam vini austeritate purgentur.
„Sequitur: *Candidi dentes ejus super lac.* Den-
„tes ejus super lac candidi erunt, qui fortem,
„& solidum cibum Verbi Dei comminuere us-
„que ad summam subtilitatem dentibus pos-
„sunt. . . . Omnes item, qui Scripturarum
„cibos Ecclesiæ corpori subministrant, candidi
„esse debent, atque ab omni malo liberi, ne
„forte dicatur eis: *Qui alios doces, teipsum non*
„*doces. Rom.* 2. *v.* 2. Denique quod ad mora-
„lem sensum spectat, Judas confessio interpre-
„tatur, qui ergo vel peccata sua confessus pœ- *Confessio.*
„nitentiam agit, vel Christum in persecutione
„coram hominibus confitetur, collaudatur a
„fratribus suis, Angelis Dei in cœlo. *Luc.* 15.
v. 10. Verum is, qui confitetur Dominum
Jesum, quia in Spiritu S. confitetur, manus
ejus super dorsum inimicorum efficiuntur, &

 „exhi-

„exhibens membra sua servire justitiæ in san„ctificationem jam fugientium se inimicorum „suorum, id est, dæmonum terga vexat, & „cædit, quique ob nimios profectus velut De „jam in se participium habens etiam adora „dicitur a filiis patris sui. Filios patris sui qua „si in morali loco possumus intelligere minori „meriti fideles, qui in eo majores quosque & „perfectiores adorant, quod eorum opera hu„miles, ac subjecti venerantur, & laudant „unde ad Ecclesiam dicitur: *Adorabunt vestigi „pedum tuorum. Is.* 60. *v.* 14.



ORIGENIS EXEGETICA IN EXODUM.

§. I.

Argumentum.

1. Origenes in Exodum scripsit tomos, sei commentaria, quorum nonnulla fragmenta extant. *cap.* 26. *Philocaliæ.* Deinde etiam Scholia, seu Selecta edidit in eundem Exodum teste S. Hieronymo *l.* 2. *invect. apud Rufinum*, de quibus nihil fere superest, nisi illud forte, quod in catenis Græcis sub ejus nomine circumfertur. Denique Homilias edidit quorum tredecim hodiedum a Rufino ex Græco textu, qui omnino periit, versæ, sed al eodem etiam variis in locis vel correctæ, ve suppletæ supersunt. Extemporaneæ sunt ha Homiliæ, quas Origenes teste Eusebio *l.* 6 *hist*

hist. c. 36. jam sexagenario major post annum Christi 245 habitas a Notariis excipi permisit.

§. II.

Analysis ex Commentariis in Exodum.

2. Origenes illud: *Induravit Dominus cor Pharaonis. Exod.* 10. v. 27. ita exponit, quod scilicet Deus dicatur indurasse cor Pharaonis, non ad malum incitando, sed quod ipse Pharao per beneficia, & miracula a Deo exhibita propria sua mala voluntate non solum ad bonum non commotus, sed potius in malo induratus fuerit. *Induratio Pharaonis.*

Ex Origine Selecta in Exodum.

3. In his fragmentis ex catenis Graecis desumptis, cum nihil speciale pro nostro instituto occurrat, quod in aliis Origenis operibus non contineatur, iis omissis ad ejus Homilias progredimur.

Homilia I. in Exodum.

1. „*Haec sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum* &c. *Ex.* 1. *v.* 1. *sqq. Et mortuus est Joseph, & omnes fratres ejus* &c. *v.* 7. *sqq. Filii autem Israel creverunt, & multiplicati sunt* &c. Antequam „moreretur noster Joseph, Christus, ille, qui „distractus est triginta argenteis, ab uno ex „fratribus suis, Juda, valde pauci erant filii „Israel: cum vero pro omnibus gustavit mor„tem, per quam destruxit eum, qui habebat *Ecclesiae incrementum.* n. 4.

„mor-

„mortis imperium, id est, diabolum, multi-„plicatus est fidelium populus. Hæc, quan-„tum ad mysticum pertinet intellectum: sed „& moralem non omittamus. Igitur & in „te, si moriatur Joseph, id est, si mortifica-„tionem Christi in corpore tuo suscipias, & „mortifices membra tua peccato, tunc mul-„tiplicabuntur in te sensus boni, & spirita-„tales, & quotidie emorientibus in te vitiis „virtutum numerus augetur, sed & terra te „multiplicat in operibus bonis, quæ per of-„ficium corporis ministrantur.

Mortificationis fructus.

Dura servitus peccati. n. 5.

2. *„Surrexit autem Rex alius in Ægypto, „qui nesciebat Joseph* &c. *Ex.* 1. *v.* 8. *sqq.* Si „Dominus regit nos, & sensus mentis no-„stræ illuminatus a Domino Christi semper „memoriam tenet, Spiritus noster regnum „cum justitia tenet, & rationabiles sensus, vel „animæ virtutes in luto, & latere non con-„sumit, nec curis eos terrenis atterit. Si „vero perdiderit horum memoriam sensus no-„ster, declinaverit a Deo, nescierit Christum, „tunc sapientia carnis succedit in regnum, „& vitiorum ducibus ad consilium convoca-„tis initur deliberatio adversus filios Israel, „ut luto, & lateribus affligantur. Et tu, qui „hæc audis, si forte jam gratiam Baptismi „consecutus es, & post hæc declinare volue-„ris ad opera sæculi, scias, quia surrexit in „te rex alius, qui nescit Joseph; qui te fa-„cit laterem sibi operari & lutum, flagris „ac verberibus agit, ut ædifices illi civita-„tes, qui te pulsare forum litibus facit pro

„cxi-

„exiguo terræ cespite, castitati insidiari, de„cipere innocentiam, domi fœda, foris crude„lia, intra conscientiam flagitiosa committere.
„Potest etiam rex ille, qui nescit Joseph, vi„deri diabolus, qui apostatis angelis suis di„cit: *Filiorum Israel magna multitudo est: ve„nite itaque, circumscribamus illos, ne forte in„crescant, &, cum acciderit nobis bellum, . . . „expugnantes nos exibunt de terra nostra. v.* 9. 10.
„Igitur circumscribere cupit in hominibus ra„tionabilem sensum, qui nunc dicitur Israel, „& ideo præfecit eis magistros operum, qui „eos cogant discere opera carnis. Docet eos, „& civitates ædificare Pharaoni, *Phitom* in „nostra lingua, os defectionis, vel os abyssi, „cum mendacium loquimur: & *Ramesses*, quæ „interpretatur commotio tineæ; omnes enim, „qui eum sequuntur, ibi congregant thesau„ros suos, ubi tinea exterminat. Et *Ethon*, „id est, Heliopolis, quæ dicitur civitas solis, „pro eo, quod convertit se sicut angelus lu„cis. Prospicit tamen imminere sibi bellum, „ideo dicit, quia gens Israel valet super nos. „Utinam & de nobis hoc dicat. Quomodo „autem sentire hoc poterit, si, cum mihi „cogitationes injicit malas, & concupiscentias „pessimas, ego non suscipiam, sed jacula ejus „ignita scuto fidei repellam, si in omnibus, „quæ suggerit menti meæ, ego memor Chri„sti Domini mei dicam: *Vade retro Satana* „&c. Sed & ex Propheticis vocibus prævi„dit venturum sibi bellum, & derelinquen„dum se a filiis Israel, & quia *consentient ad„versario ejus*, & adjicientur ad Dominum.
„*Jer.*

„*Jer.* 17. *v.* 11. Et hoc indignatur, & dicit:
„*Ne expugnantes nos exeant de terra nostra.* *v.* 10.
„Non vult nos exire de terra sua, sed vult,
„ut semper portemus imaginem terreni. Prop-
„terea ergo Pharao statuit magistros operum,
„qui nos artifices malitiæ faciant, & quia
„multi sunt isti magistri malorum, qui omnes
„extorquent opera terrena; ideo veniens Do-
„minus Jesus, fecit alios magistros, & do-
„ctores, qui pugnantes adversum illos, & sub-
„jicientes omnes eorum principatus defendant
„a violentiis eorum filios Israel, & doceant
„nos mente Deum videre, relinquere opera
„Pharaonis, exire de terra Ægypti, abjicere
„Ægyptios, & barbaros mores, deponere to-
„tum veterem hominem cum actibus suis, &
„induere novum, qui secundum Deum crea-
„tus est, & renovari semper de die in diem
„ad imaginem ejus, qui fecit nos, Christi
„Jesu Domini nostri, cui est gloria, & impe-
„rium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA II.
De Obstetricibus.

Caro spiritum non suffocet. n. I.

1. „Multa quidem adversum gentem Dei mo-
„litur rex iste, qui non novit Joseph.
„Verum nunc calliditas ejus supereminet mo-
„dum, cum obstetricum ministerio sobolem
„gentis conatur extinguere, quarum arte solet
„vita servari. *Ex.* 1. *v.* 15. *sqq.* Sed nos, qui
„hæc legimus, etiam nunc fieri non solum in
„hoc mundo, qui figuraliter Ægyptus dicitur,
„sed & in unoquoque nostrum deprehendimus.

„Si

„Si enim meministis, sæpe ostendimus, quod „in fœminis caro, & affectus carnis designatur, „vir autem rationabilis sensus, & intellectua„lis sit spiritus: sensum autem rationabilem, „qui potest intelligere Deum, & quæ sursum „sunt quærere, hunc odit Pharao, hunc neca„ri cupit, & interimi, cupit autem, quæcun„que carnis sunt vivere; vult enim, ut omnes „carnalia sapiant, nemo patriam paradisum re„cordetur. Cum ergo videris, homines in vo„luptatibus vitam ducere, epulis, vino, cu„bilibus &c. operam dare, in istis scias, quod „rex Ægypti masculos necat, & vivificat fœ„minas. Si vero rarum quemque videas, unum „ex mille ad Dominum converti, odisse deli„cias, excolere virtutes, istum quasi mascu„lum, quasi virum necari cupit Pharao, per„sequitur, mille adversus eum machinis pugnat. „Inde est, quod in hoc mundo servi Dei despe„ctui habentur, inde contumeliis expositi sunt „&c. quia odit eos Pharao, odit hujusmodi, „qui fœminas amat.

2. „Sed *timebant obstetrices Deum, & non* *Doctrina S. Scripturæ obstetricum more nos servat. n. 2.* „*fecerunt, sicut præcepit eis rex Ægypti.* v. 17. „Istas obstetrices dixerunt ante nos quidam „rationabilis eruditionis formam tenere, quæ „omnes instruit, omnes fovet. Siquis in ea „virilis animi fuerit, & voluerit cœlestia quæ„rere, per hujusmodi eruditionem ad divino„rum intelligentiam paratior veniet, & una „obstetrix *Sephora*, quæ interpretatur Passer, „celsiora docet, & rationalibus doctrinæ pen„nis velut passer in altum volare provocat ani„mos:

„mos: altera *Phua*, id est, rubens, seu vere-
„cunda moralis est, mores componit, & ve-
„recundiam docet. Mihi tamen videntur ob-
„stetrices istæ duæ utriusque testamenti figu-
„ram servare, & Sephora legi conferri, Phua
„vero indicare Evangelia. Ab his ergo ani-
„mæ, quæ nascuntur, in Ecclesia medicantur,
„quia ex Scripturarum lectione cuncta in eas
„eruditionis medicina confertur. Tentat ta-
„men Pharao per hæc necare Ecclesiæ mascu-
„los, cum studiosis quibusque in Scripturis di-
„vinis hæreticos sensus, & perversa dogmata
„suggerit. Sed stat immobile fundamentum
„Dei; timent enim obstetrices Deum, id est,
„timorem Dei docent. . . . Et sic Scripturæ
„novi, & veteris Testamenti *domos* Ecclesiæ
„faciunt, ut universum orbem terrarum ora-
„tionum domibus repleant. Sic ergo istæ ob-
„stetrices, quia timorem Dei docent, non fa-
„ciunt præceptum regis Ægypti, sed vivificant
„fœminas; neque enim vitia docentur in Ec-
„clesiis, aut luxuria prædicatur, aut peccata
„nutriuntur; hoc enim vult Pharao, cum vi-
„vificari fœminas jubet, sed sola virtus nutri-
„tur. Et tu, si times Deum, non facis præ-
„ceptum regis Ægypti; ille enim tibi præcipit,
„ut in deliciis vivas &c. Tu, si Deum times,
„& exhibes obstetricis officium animæ tuæ, si
„ei salutem conferre cupis, non facis hæc, sed
„vivificas masculum, id est, interiorem homi-
„nem medicaris, & ipsi per actus bonos vi-
„tam conquiris æternam.

3. „Post

3. „Post hæc ubi vidit Pharao, quod per *Diabolus*
„obstetrices non posset necare masculos Israel, *neophytos*
„præcepit, ut projicerentur in flumen. *v.* 22. *perdere*
„Videte, quid princeps hujus mundi præcipit *vult.*
„suis, ut infantes nostros rapiant, & in flumen *n.* 3.
„projiciant, primæ statim nativitati nostrorum,
„ut ubera Ecclesiæ prima contigerint, irruant,
„fluctibus hujus sæculi absorbeant. . . . . Sed
„propterea Christus superavit, ut tibi vincendi
„iter aperiret: propterea jejunans vicit, ut &
„tu scias hujusmodi genus dæmoniorum jeju-
„niis, & orationibus superandum: gloriam
„mundi contemnit, ut & tu eam possis supe-
„rare tentantem. Denique refert Scriptura,
„quod de tribu Levi quædam genuit mascu-
„lum, & videns infantem esse elegantem, oc-
„cultavit eum mensibus tribus. Vide, si non
„propterea nobis præcipitur, ne bonos actus
„in publico geramus; nisi enim in occulto fue-
„rit, diripietur ab Ægyptiis, in flumen jacta-
„bitur, & fluctibus submergetur. Ergo, si fa-
„cio eleemosynam, quia opus Dei est, mascu-
„lum genero: sed, si faciam, ut hominibus
„innotescat, & ab hominibus laudem quæram,
„& non eam occultavero, rapta est ab Ægyp-
„tiis eleemosyna mea, & in flumen demersa
„est, & tanto labore Ægyptiis masculum genui.

3. Sequitur inventio, & assumptio Moysis *Ecclesia*
a Filia Pharaonis, quam hic Origenes ex *Ex. figura in*
2. *v.* 2. *sqq.* refert, & ita exponit: „Puto, fi- *conserva-*
„liam Pharaonis Ecclesiam, quæ congregatur *tione Moy-*
„ex gentibus, videri posse, quæ exiit de domo *sis.*
„patris, & venit ad aquas Baptismi, ut lava- *n.* 4.

„retur a peccatis: ibi in palude invenit jacen„tem Moysen, seu legem, quæ erat intra ti„bin conclusa pice, & bitumine oblita, & ter„renis Judæorum sensibus sordebat obsessa, us„que dum Ecclesia ex gentibus eam intra sa„pientiæ aulas, & regalia tecta consciceret, „& amoto velamine litteræ perfectus in ejus „lectione cibus invenitur. Sed & nos, etiamsi „Pharaonem habuimus patrem, etiamsi nos „in operibus malis genuit princeps hujus mun„di, cum venimus ad aquas, assumamus ad „nos legem Dei, nec nobis sordeat litteræ ejus „vile tegumen, & obscurum; quæ perfecta „sunt, assumamus, atque hæc intra cordis „nostri regalia tecta collocemus: grandem ha„beamus Moysen, nihil de eo parvum sentia„mus; totum enim magnum est, quidquid spi„ritale, & oremus Dominum nostrum Jesum „Christum, ut ipse nobis revelet per Spiritum „sanctum. Ipsi gloria, & imperium in sæcula „sæculorum. Amen.

Homilia III.

De eo, quod scriptum est: ego autem gracili voce sum, & tardus lingua.

Omnes in rebus divinis gracili voce sunt. n. I.

1. „Donec esset Moyses in Ægypto, & eru„diretur omni sapientia Ægyptiorum, „non erat gracili voce, nec tardus lingua; erat „enim quantum ad Ægyptios eloquentiæ in„comparabilis. Ubi autem cæpit audire vo„cem Dei, & eloquia divina suscipere, tunc „sensit gracilem vocem suam, tardamque suam „intelligit linguam, cum cæperit agnoscere „Ver-

„Verbum, quod erat in principio apud Deum. „Secundum hoc ergo Moyses dicit ad Deum, „quod gracili voce sit, & tardus lingua; om- „nes enim homines ad comparationem Verbi „divini non solum ineloquentes, sed & muti „putandi sunt.

2. „Quia ergo in id intelligentiæ profecit, „ut agnosceret semetipsum, remunerat eum „divina dignatio: *Ego*, inquit, *aperiam os* „*tuum* &c. *Ex*. 4. *v*. 12. Prophetis nempe Deus „aperit os, & replet illud eloquio suo. Ve- „reor autem, ne sint aliqui, quorum e contra- „rio diabolus os aperiat; nam, qui loquitur „mendacium, certum est, quia diabolus ape- „ruit os ejus. Qui falsum testimonium dicit, „susurrationes, detractiones, otiosa verba pro- „fert, Christum venisse in carne negat &c. „quis dubitet, quod os eorum diabolus ape- „riat? . . . Sed sicut Deus aperit os Sancto- „rum, ita puto, quod & aures Sanctorum „Deus aperiat ad audienda verba divina. *Eru-* „*ditio Domini*, inquit Isaias *c*. 50. *v*. 5. *aperuit* „*mihi aurem*. Hoc mihi videtur ad omnem „communiter Ecclesiam pertinere; si enim in „Domini eruditione versemur, aperit & nobis „aurem Domini eruditio: si quando vero vana, „inania, turpia &c. proferuntur, qui novit „Domini eruditionem, claudit aures. Si au- „tem ad utilitatem animæ pertinent, quæ di- „cuntur &c., patere debent aures hujuscemo- „di eloquiis, & non solum aures, sed & cor, „& mens, & tota animæ janua pandenda est. „Summa autem moderatione usa est lex, ut

Deus os Prophetarum aperit. n. 2.

 „non

„non diceret, non audias *auditum vanum*, sed „*non recipies*; nam vana frequenter audimus, „sed ut adversum ea respondere possimus. Audimus ergo hæc, sed non recipimus; dicta „sunt enim de ore illo, quod diabolus aperuit: „& ideo orandum nobis est, ut dignetur Dominus aperire os nostrum, ut possimus & contradicentes revincere, & obturare os, quod „diabolus aperuit.... Non solum autem Moysi „promittitur os aperiri a Domino, sed & Aaron, & quidem tunc, quando occurrit Moysi in montem Dei. Et tu ergo, nisi ascenderis ad montem Dei, & ibi occurreris Moysi, „nisi excelsum legis ascenderis sensum, si in „humili loco litteræ steteris, & historiæ sensum judaicis narrationibus innectas, os tuum „non aperuit Deus, neque instruxit te, quæ „oporteat te loqui.

Mundum amantes non possunt servire Deo. n. 3.

3. „Videamus, ingressi ad Pharaonem Moyses, & Aaron quid dicunt: *dimitte populum* „*meum, ut serviant mihi in eremo. Exod.* 5. *v.* 1. „Non vult Moyses, ut populus in Ægypto positus serviat Domino, sed ut exeat in eremum, & ibi serviat Domino, quo ostendit: „quia, donec quis in tenebris sæcularibus, & „negotiis manet, non potest servire Domino; „non enim potest duobus dominis servire. Exeundum igitur nobis est de Ægypto, relinquendus est mundus, si volumus Domino servire: relinquendus autem non loco, sed animo, non itinere proficiscendo, sed fide proficiendo. 1. *Joan.* 2. *v.* 15. Et quidem *viam* „*trium dierum ibimus in eremo.* Ego viam illam

„in-

„intelligo, qui dixit: *Ego sum via, & veritas,*
„*& vita. Joan.* 14. *v.* 6. Qui enim confessus
„fuerit in ore suo Dominum Jesum, & credi-
„derit in corde suo, quod Deus illum suscita-
„vit a mortuis tertia die, salvus erit. Hæc
„quantum ad mysticum pertinet intellectum:
„quoad moralem, iter tridui de Ægypto profi-
„ciscimur, si nos ab omni inquinamento ani-
„mæ, & corporis, ac spiritus conservemus. 1.
„*Thess.* 5. *v.* 23. Tridui iter proficiscimur de
„Ægypto, si rationalem, naturalem, mora-
„lem sapientiam de rebus mundialibus aufe-
„rentes, ad statuta divina convertimus: tridui
„iter de Ægypto proficiscimur, si purificantes
„in nobis dicta, facta, vel cogitata efficiamur
„mundi corde, ut possimus Deum videre.

4. „Sed Pharao hic, ubi se videt vehe-
„mentius perurgeri, ut dimittat populum Dei,
„dicit: *non longe abeatis. Exod.* 8. *v.* 28. Vult
„enim si non facto, vel in sermone peccare: si
„non in sermone, vel in cogitatione: non vult,
„ut totum a se triduum proficiscantur, vult in
„nobis vel unum diem suum habere, in aliis
„duos, in aliis totum triduum ipse possidet:
„sed illi beati, qui integrum ab eo triduum
„secedunt. Et nunc Moyses, id est, lex Dei,
„vult te educere de Ægypto, vult te longe fa-
„cere a Pharaone: non vult te in carnis, &
„tenebrarum actibus permanere, sed exire ad
„eremum, venire ad locum fluctibus sæculi
„vacuum, ibi poteris immolare Domino, ibi
„legem Dei, & virtutem divinæ vocis agno-
„scere: sed obsistit Pharao, rector tenebrarum

Diabolus conversionem ad Deum impedit.

„harum, non vult te abſtrahi a tenebris ſuis, „*neſcio Dominum*, inquit: ſed iſte, qui modo „dicit, neſcio Dominum, poſtea, cum vim „ſenſerit verberum, dicturus eſt, *orate pro me* „*Dominum*. Nemo ergo flagella divina perni-„tiem putet: ecce Pharao duriſſimus, tamen „proficit verberatus: eſt profectus in pœnis, „hoc ipſum agnoſcere, quod merueris pœ-„nam. . . . Sed quid adhuc addit Pharao? „*Quare Moyſes, & Aaron pervertitis populum ab* „*operibus? Diſcedite unusquisque ad opus veſtrum.* „*Exod.* 5. *v.* 5. Donec ſecum eſt populus, & „lutum operatur, non putat eum eſſe perver-„ſum, ſi vero dicat, volo ſervire Domino, „perverti populum dicit. Sed & hodie, ſi „Moyſes, & Aaron, id eſt, Propheticus, & „ſacerdotalis ſermo animam ſollicitet ad ſervi-„tium Dei &c. continuo audies dici ab amicis „Pharaonis, videte, quomodo ſeducuntur ho-„mines, & relictis rebus neceſſariis, & utili-„bus ineptias ſectantur, & otium. Non ſolum „verbis res agitur, ſequuntur & verbera &c. „Deum timentes perſecutionem ſuſtinent ty-„rannorum, & ſæva tormenta, ita ut fatigati „nonnulli a fide decidant, & confiteantur, ſe „eſſe populum Pharaonis, & contra Moyſen, „& Aaron loquantur: *execrabilem feciſtis odo-„rem noſtrum coram Pharaone:* ſed non intelli-„gunt, quod propheticus ſermo ſuavis eſt odor „credentibus, incredulis vero odor execrabilis „efficitur. Sed & ipſe Moyſes dicit ad Domi-„num: *Ex quo locutus ſum cum Pharaone, afflixit* „*populum tuum:* quia antequam ſermo Dei audia-„tur, non eſt tribulatio, ubi vero ſignum belli

„tuba

„tuba prædicationis ostenderit, omnis tribu-„lationum pugna consurgit, necessario certa-„men intra te virtutibus adversum vitia su-„scitatur. . . . Stemus ergo nos ut Moyses „contra Pharaonem, & non flectamur. 1. *Pet.* „5. *v.* 9. & 1. *Cor.* 16. *v.* 13. Si enim fortiter „steterimus, *Deus conteret Satan sub pedibus* „*nostris.* Rom. 16. v. 20. . . In virtute crucis „Christi sicut Moyses contra Amalech. Exod. „17. Elevemus in oratione sanctas manus, ut „Domini mereamur auxilium, & conteratur „Satanas sub pedibus nostris, sicut & Pharao „demersus est in mare: nos autem si receda-„mus de Ægypto vitiorum, fluctus sæculi „tamquam iter solidum evademus per J. C. „D. N. cui est gloria, & imperium in sæcula „sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

De decem plagis, quibus percussa est Ægyptus.

1. Postquam Origenes decem plagas, quibus Deus percussit Ægyptum, ex libro Exodi breviter retulit, notat, quod *Exod.* 7. *v.* 17. dicatur, *induratum est cor Pharaonis.* Et *c.* 14. *induravit Dominus cor Pharaonis.* Et quia S. Paulus ipse in epistola ad Romanos *c.* 9. *v.* 18. *sqq.* mysterium divinæ sapientiæ & scientiæ Dei humiliter reveretur, ait etiam Origenes „hæc „observasse tantum sufficiat, atque ostendisse „auditoribus, quanta sint in lege divina de-„mersa mysteria. Præterea notat, „quod *n.* 3. „quædam verbera Aaron dicatur inferre Pha-

Notæ quædam de plagis Ægypti. n. 2.

„raoni," quædam Moyſes, quædam vero ipſe „Dominus. „Et demum ita totam hiſtoriam „allegorice & moraliter exponit.

Decem plagæ decalogi præcepta. n. 6.

2. „Puto ergo, quod Moyſes ad Ægyptum „veniens, & deferens virgam, qua caſtigat „Ægyptum decem plagis, lex Dei ſit, quæ „data eſt huic mundo, ut eum decem plagis, „id eſt, decem mandatis Decalogi corripiat & „emendet. Virga autem, per quam geruntur „hæc omnia, & Pharao ſuperatur, Crux Chri„ſti ſit, quæ poſtquam in terram projecta eſt, „id eſt, ad fidem hominum venit, fit ſerpens, „id eſt, converſa eſt in ſapientiam, quæ om„nem hujus mundi ſapientiam devoraret. . .

Allegorice explicantur.

„Quod vero aquæ fluminis vertuntur in ſan„guinem, aquæ Ægypti lubrica Philoſopho„rum ſunt dogmata, quæ pueros intelligentia „deceperunt, & ubi crux Chriſti mundo ve„ritatis lumen oſtendit, necis eorum pœnas „exigunt. Ranæ ſunt carmina poetarum, qui „inani modulatione mundo deceptionis fabu„las intulerunt. Cyniphes puto arti dialecti„cæ comparari, quæ ſubtilibus verborum ſti„mulis animas terebrat, & circumvenit. . . „Cynomyiam Cynicorum ſectæ comparaverim, „quæ ad reliquas deceptionis ſuæ improbita„tes, etiam voluptatem & libidinem ſummum „prædicant bonum. . . Quod animalium nece „Ægyptus verberatur, arguitur ſtultitia mor„talium, qui cultum Dei diverſis impoſuerunt „animalium figuris, ligno, & lapidibus impreſ„ſis. . . In ulceribus arguitur purulenta ma„litia: in veſicis inflata ſuperbia: in fervore

„iræ

„iræ insania. . . Dat etiam Deus cælitus to„nitrui voces, & doctrinam mittit, per quam „castigatus possit culpam suam agnoscere „mundus: dat grandinem, per quam nascen„tia vastentur vitiorum: dat ignem, per quem „incentiva libidinis consumuntur. . . Per Lo„custas regem non habentes discordantis hu„mani generis inconstantia confutatur. . . „Per plagam tenebræ, mentis cæcitas argui„tur, & Providentiæ obscurissimæ rationes „intelliguntur. . . Delentur primogenita „Ægyptiorum, id est, mundi hujus rectores „tenebrarum, sive auctores falsarum Religio„num. Hæc quantum ad locum mysticum „spectat.

3. „Jam vero moralis doctrina tractanda „est. Unaquæque anima in hoc mundo, dum „in erroribus vivit, in Ægypto posita est. „Huic si appropinquare cæperit lex Dei, „aquas ei vertit in sanguinem, id est, lubri„cam juventutis vitam convertit in sanguinem „V. & N. Testamenti. Tum educit ex ea va„nam loquacitatem, & adversum Dei provi„dentiam ranarum similem querelam. Purgat „etiam malignas cogitationes ejus, & Cyni„phum mordacitati similes calliditatis aculeos „discutit. Libidinum quoque morsus cyno„myiæ similes depellit, stultitiamque pecudi„bus similem delet. Arguit enim & ulcera „peccatorum, atque arrogantiæ tumorem, „fervoremque furoris extinguit. Adhibet „post hæc etiam voces filiorum tonitrui, id „est, Evangelicas, apostolicasque doctrinas. *Moralis explicatio. n. 8.*

„Sed & castigationem grandinis adhibet, u
„luxuriam coerceat: adhibet & ignem pœni
„tentiæ. Nec locustarum ab ea subducit ex
„empla, quibus depascantur omnes inquiet
„motus ejus. Ubi vero sufficienter fuerit ca
„stigata, tunc gestorum suorum tenebras vi
„det: cumque in hoc venerit, tunc merebitu
„ut in ea extinguantur primogenita Ægypti
„id est, primi animi motus secundum carnem
„prolati, ut reliquæ vitæ conversatio emen
„datiorem dirigat cursum. Quod autem quæ
„dam prodigia per Aaron, quædam per Moy
„sen, quædam per ipsum Dominum ministrat
„sunt, intelligi eatenus possunt, ut agnosca
„mus, in quibusdam per sacrificia Sacerdo-
„tum & obsecrationes Pontificum non esse pur-
„gandos, quod Aaron persona designat: in
„quibusdam vero per scientiam divinæ legi
„emendandos, ut Moysi designat officium, i
„aliis autem, quæ difficiliora sunt, ipsiu
„Domini egere virtute.

Modus agendi in conversione infidelium. *n.* 9.

4. „Denique quod primo quidem Moyse
„non intrat ad Pharaonem, sed occurrit e
„exeunti ad aquas, postmodum vero intrat a
„eum, & post hoc accersitus accedit, arbitro
„ita intelligi posse, quod si nobis in verbo De
„& Religionis assertione certamen est adver
„sum Pharaonem, sive etiam obsessas ab e
„animas a potestate ejus conamur eripere, no
„statim in prima fronte ingredi debemus a
„ultima quæstionum loca, sed occurrendu
„est nobis adversario ad aquas suas, seu au
„ctores gentilium Philosophorum, ut ipsos e
„rass

„rasse doceamus: post hoc autem ingredien-„dum nobis ad interiora certaminis. . . Et „Domini misericordia deprecanda, ut Pharao-„nem cum exercitu suo demergat in aquam „validissimam; nos autem liberati cum gau-„dio hymnum cantemus Domino; gloriose „enim honorificatus est, quia ipsi gloria & „honor in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia. V.

De profectione filiorum Israel de terra Ægypti.

1. „*Et levantes filii Israel de Ramesse venerant „in Sochoth &c. Exod.* 12. *v.* 37. *sqq.* „Si quis est, qui proficisci de Ægypto parat, „si quis est, qui cupit obscuros mundi hujus „actus, & errorum tenebras derelinquere, pri-„mo omnium ex Ramesse ei proficiscendum „est. *Ramesse* vero interpretatur commotio „tineæ: scilicet ne thesaurizes ibi, ubi tinea „exterminat, & ubi fures effodiunt, & furan-„tur. Hoc aperte Dominus in Evangeliis di-„cit. *Matth.* 19. *v.* 21. Deinde veniendum in „*Sochoth*, id est, tabernacula: habitatio enim „tabernaculorum absque ullis impedimentis „indicat esse eum, qui festinat ad Deum. Sed „nec in hoc quidem standum, urgenda est „profectio in *Othon*, quod vertitur, signa eis: „hic enim audiens dicit: *Deus antecedebat eos „per diem in columna nubis, & per noctem in co-„lumna ignis. Exod.* 13. *v.* 21. Hoc ergo erat „triduum, ad quod festinabat Moyses. . . „Nobis prima dies passio Salvatoris est, & se-„cun-

Quid agendum volentibus fugere ex Ægypto mundi.

n. 2.

„cunda, qua descendit in infernum, terti
„autem resurrectionis est dies: necessarium
„enim est, ut qui baptizantur in Christo, in
„morte ipsius baptizentur, & ipsi consepelian-
„tur, & cum ipso die tertia resurgant a mor-
„tuis.

Via ad perfectionem. n. 3.

2. „Post hæc præcipitur: iter facite inter
„Epauleum, & inter Magdalum, quod est
„contra Beelsephon. Hæc autem sic interpre-
„tantur: *Epauleum*, ascensio tortuosa: *Mag-*
„*dalum*, turris: *Beelsephon*, ascensio speculæ.
„Tu fortasse credebas, quia iter, quod Deus
„ostendit, planum esset, & molle, & nihil pror-
„sus haberet difficultatis. Ascensio est, &
„ascensio tortuosa; non enim proclive iter est,
„quo tenditur ad virtutes, sed ascenditur, &
„anguste, ac difficulter ascenditur, *Matth.* 7.
„*v.* 14. Est ergo iter, quo incedunt, ascensio
„tortuosa, & ascensio speculæ, vel habens
„speculam. Ascensio ad actus pertinet, spe-
„cula ad fidem. Ostendit ergo, quia & in
„actibus & in fide multa est difficultas; multæ
„enim tentationes nobis occurrunt, multa in
„fide offendicula volentibus agere, quæ Dei
„sunt. Tum deinde in fide multa invenies
„tortuosa, plurimas quæstiones, multas obje-
„jectiones hæreticorum, multas contradictio-
„nes infidelium. Sed est & turris in hoc iti-
„nere, scilicet, sedes ardua, & excelsa virtu-
„tum. . . Verum videns hæc Pharao, er-
„rant, inquit, isti. Nam cum confitearis

S. S. Trinitatis mysterium.

„unum Deum, eademque confessione Patrem,
„& Filium, & Spiritum S. asseras unum Deum,
„quam tortuosum, quam inextricabile videtur

„hoc

„hoc esse infidelibus? Cum dicis Dominum „Majestatis crucifixum, & Filium hominis „esse, qui descendit de cœlo, quam tortuosa „hæc videntur, quam difficilia? Qui audit, „si non cum fide audiat, dicit, quia errant „isti. Sed tu fixus esto, nec dubites de hu„jusmodi fide, sciens, quia Deus tibi ostendit „hanc fidei viam: sic venis Ægyptum fugiens „ad has operum ascensiones & fidei, venis „etiam ad ædificium turris, venis etiam ad „mare, & occurrunt tibi fluctus; non enim „iter vitæ sine tentationum fluctibus agitur. „2. *Tim.* 3. *v.* 12.

3. „Sed si Moysen, id est, legem Dei se„quens, agas hoc iter, Ægyptius te quidem „persequitur; verum *columna nubis intrat intra* „*castra Ægyptiorum & Israelitarum. Exod.* 14. „*v.* 19. Hæc columna nubis populo quidem „Dei efficitur murus, Ægyptiis vero obscuri„tatem imponit & tenebras. Et tu ergo si de „potestate dæmonum fugias, vide, quanta „divinitus tibi præparantur auxilia: tantum „est, ut permaneas fortis in fide, nec te „Ægyptiorum equitatus perterreat, nec recla„mes contra legem Dei & Moysen, & dicas: „*melius fuerat, nos servire Ægyptiis.* Hæc fa„tiscentis in tentatione animi verba sunt. . . „Alioquin falsum est, longe enim melius est, „in eremo mori, quam servire Ægyptiis; qui „enim in eremo moritur, hoc ipso quod di„scessit ab Ægyptiis, & potestate Satanæ, „habuit aliquem profectum, etiamsi ad inte„grum pervenire non potuit: melius est enim „per-

Deus in persecutione fideles Israelitas adjuvat. n. 4.

„perfectam vitam quærenti in itinere mori
„quam ne proficisci quidem ad perfectionem
„quærendam. Unde & eorum falsa videtu
„opinio, qui, dum nimis arduum iter virtuti
„exponunt, ne ineundum quidem id judicant

Transitus maris Baptismi figura. n. 5.

4. „Sed interim Moyses clamat ad Domi„num, & jubetur virga percutere mare, &
„aquæ dextra, lævaque famulis Dei muri
„effectæ, solum maris arescit in pulverem, u
„sicca planta populus Dei transiret. Bonita„tem Creatoris Dei intellige, si voluntati De
„obtemperes, ipse tibi elementa etiam contr
„sui naturam servire compellit. Audivi a ma„joribus traditum, quod in ista digressione ma„ris singulis quibusque tribubus filiorum Israel
„singulæ aquarum divisiones factæ sint. Qui
„ergo nos docemur per hæc? Apostolu
„1. *Cor.* 10. Baptismum hoc nominat in Moy„se consummatum in Moyse & in mari, ut &
„tu, qui baptizaris in Christo in aqua & Spi„ritu S., scias insectari quidem post te Ægy„ptios, seu spiritales nequitias, sed tu descen„dis in aquam, & evadis incolumis, Ægypti
„vero te insequentes demergentur in abyssum
„Sed & alium ex his possumus accipere intel„lectum. Si Ægyptum fugias, si ignoranti
„tenebras relinquas, & sequaris legem Dei
„Moysen, obviet autem tibi mare, & contra
„dicentium fluctus, percute tu obluctante
„undas virga Moysi, id est, verbo legis, &
„vigilantia Scripturarum iter tibi ipsi dispu„tando per adversarios pande, & rectum fide
„iter secabis, & in tantum doctrinæ verb

„pro

„proficies, ut auditores tui, quos in virga le„gis erudisti, ipsi jam contra Ægyptios insur„gant, & non solum impugnent eos, sed & „superent, & extinguant. Extinguit namque „Ægyptium, qui non agit opera tenebrarum: „extinguit Ægyptium, qui non carnaliter, „sed spiritualiter vivit: extinguit Ægyptium, „qui cogitationes impuras, vel depellit ex „corde, vel omnino non recipit. Hoc modo „possumus etiam hodie videre Ægyptios mor„tuos, & submergi quadrigas eorum & equos: „Possumus etiam ipsum Pharaonem videre „demergi, si tanta fide vivamus, ut Deus con„terat satanam sub pedibus nostris velociter „per Jesum Christum D. N., cui est gloria & „imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VI.

De Cantico, quod cantavit Moyses cum populo, & Maria cum mulieribus.

„Omnium primum est canticum, quod „Ægyptiis & Pharaone submerso po- *Gratiæ pro vi-* pulus Dei post victoriam cecinit: moris quip- *ctoria* pe Sanctorum est, ubi adversarius Dei gra- *agendæ.* tia vincitur, hymnum Deo gratulationis of- *n. 1.* ferre. Et tu ergo, si mare rubrum transieris, potes hymnum canere Deo, & dicere: *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est. Exod.* 15. *v.* 1. Melius autem hæc dices, si habueris tympanum in manu tua, id est, si carnem tuam crucifixeris cum vitiis & concupiscentiis. Dicitur gloriose honorificatus, quia Christus in nativitate, passione, & cruce „sua,

„sua, ut ita dicam humiliter, non gloriose
„glorificatus est: cum autem venerit in gloria
„Patris, in majestate sua judicare terram,
„gloriose glorificatur.

Persecutores bonorum mali. n. 2.

2. „*Equum & ascensorem projecit in mare &c.* „omnes, qui persequuntur Sanctos, equi sunt „hinnientes, sed habent ascensores, quibus „aguntur, angelos malos, & ideo feroces sunt: „sed Dominus projecit eos in mare; & si agno„scam, quod Deus meus sit Deus, *glorificabo* „*eum:* si vero etiam agnoscam, quod Patris „mei Christi sit Deus, *exaltabo eum.*

3. „*Quadrigas Pharaonis, & exercitum ejus* „*projecit in mare &c.* Pharao quadrigas agit, „& quoscunque videris in luxuria & aliis vitiis „turpiores, scito hos de quadrigis esse Pha„raonis, in ipsis fertur, & per apertos scelerum „campos effusis eos agit habenis. Sed *Electos* „*ascensores, ternos statores*, Dominus, *demersit in* „*mare rubrum. v.* 4. terni statores dicuntur, „qui in nobis peccandi obsident vias, atque „in insidiis agunt, ut aut ille ex homine ser„monem malum, aut ille iniquum opus, aut „ille cogitationem pessimam extorqueat. . . „hos demerget Dominus in mare, si tu Deum „sequens de eorum te potestate subtraxeris.

Peccatores in profundum demerguntur. n. 4.

4. „*Deciderunt in profundum quasi lapis.* „*v.* 5. quia non erant tales lapides, de qui„bus suscitari possent filii Abrahæ, sed tales, „qui amarent profundum, seu fluxam præsen„tium rerum voluptatem. Peccatores graves

„sunt,

„ſunt, & ideo demerguntur in profundum, „ſancti autem ambulant ſuper aquas, quia le„ves ſunt, & peccati pondere non gravantur, „uti patet in Chriſto Domino, & S. Petro, „qui tamen ob ſuam diffidentiam parum plum„bi habuit. Idcirco igitur, qui ſalvus fit, per „ignem ſalvus fit, ut ſiquid forte de ſpecie „plumbi habuerit admixtum; id ignis deco„quat, & totum remaneat aurum purum: & „ſiquis plus illuc plumbi detulerit, plus exu„ritur, ut amplius decoquatur. Quodſi ali„quis illuc totus plumbeus venerit, demerge„tur in profundum tamquam plumbum in „aquam validiſſimam. *Purgatorium.*

5. „*Quis ſimilis tibi in diis Domine &c.* „*v.* 11. deos illos dicit, qui per participatio„nem Dei & gratiam dii appellantur. . . . „Nullus ergo in diis ſimilis Domino: nullus „enim inviſibilis, nullus incorporeus, nullus „immutabilis, nullus ſine initio, & ſine fine, „nullus creator omnium, niſi Pater cum Fi„lio, & Spiritu Sancto. *Conſubſtantialitas divinarum perſonarum.* n. 5.

6. „*Extendiſti dexteram tuam, devoravit eos* „*terra. v.* 12. Impios & hodie devorat terra, „utpote qui ſemper de terra cogitant, de ter„ra loquuntur, voluptatibus corporis dediti „ſunt &c. Nec tamen penitus deſperandum „eſt: poſſibile namque eſt, ut ſi forte reſipi„ſcat, qui devoratus eſt, rurſum poſſit evomi „ſicut Jonas. *Impios terra devorat.* n. 6.

 7. „*Do-*

7. „*Deduxisti in justitia populum tuum hunc*, „*quem liberasti. v.* 13. Dominus populum suum, „quem liberavit per lavacrum regenerationis, „deducit in justitia: consolatur etiam eum „per consolationem Spiritus S. in virtute sua, „& in requie sua.

Crucem timent dæmones. n. 8.

8. „*Audierunt gentes, & iratæ sunt &c. v.* 14. Philistini, id est, cadentes populi, & „Edom, id est, terrenus trepidant, cum vi„dent regna sua, quæ in inferno sunt, pene„trata ab eo, qui descendit in inferiora ter„ræ, ut eriperet eos, qui possidebantur a „morte. Quid timent dæmones? sine dubio „Crucem Christi, in qua triumphati sunt. „Non te ergo aliter timebunt, nisi videant in „te Crucem Christi; nisi & tu poteris dicere: „*mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Gal.* „6. *v.* 14.

Quomodo Deus nos acquisivit. n. 9.

9. „*Fiant tamquam lapis, donec transeat po„pulus tuus Domine &c. quem acquisisti. v.* 16. „Manent Judæi lapides, donec transeat ple„nitudo gentium, populus, quem Dominus ac„quisivit. Scilicet veniens Christus redemit „nos, cum serviremus illi domino, cui nos„metipsos peccando vendidimus, redemit au„tem, cum pretium nostri sanguinem suum de„dit. Quid tale vero, ut nos mercaretur dia„bolus dedit? Ausculta. Homicidium pecu„nia diaboli est: ille enim ab initio homicida „est. Fecisti homicidium: diaboli pecuniam „suscepisti, & sic de reliquis vitiis. Hac igi„tur pecunia emit ille, quos emit, & efficit „sibi

„sibi servos. Et tamen siquis hujuscemodi „pecuniam forte a diabolo deceptus accepit, „non usquequaque desperet; misericors enim „est & miserator Dominus, & creaturæ suæ „non vult mortem, sed ut convertatur, & vi- „vat.

10. „*Inducens planta eos in monte hæreditatis* „*tuæ.* Non plantat Deus in vallibus, sed in „montibus excelsis, & quos de Ægypto & sæ- „culo abducit ad fidem, conversationem eo- „rum vult esse sublimem. Vult nos in mon- „tibus habitare, non tamen super terram re- „pere, sed palmites nostræ vitis in alto collo- „cari, & in altissimis Cedris Dei, Prophetis „& Apostolis, quibus innixi, & charitatis vin- „culis connexi fructum plurimum afferemus.

Ad altiora tendendum. n. 10.

11. „*In præparatione tua &c. v.* 17. Vide „clementis Domini bonitatem, jam te ad præ- „paratam deducit habitationem. *Sanctimonium* „*Domine, quod præparaverunt manus tuæ. v.* 17, „quod de incarnatione Domini intelligendum „puto: istud enim est sanctimonium carnis as- „sumptæ, & sine manibus, id est, absque „opere hominum, de monte humanæ naturæ, „& substantiæ carnis excisum: *Domine, qui* „*regnas in sæculum . . . & adhuc. v.* 18. ubi „ly *& adhuc*, nullum sensum termini alicujus „aut finis relinquit. *Filii Israel ambulaverunt* „*per siccum in medio mari. v.* 19. Et tu si filius „Israel es, potes ambulare per siccum in me- „dio mari, ita ut in medio peccatorum te non „infundat humor peccati, nulla libidinis un- „da, nullus cupiditatis æstus. Qui autem

Sequentis Christum commoda. n. 11. 12. 13. 14.

„Ægyptius est, & sequitur Pharaonem, ille „vitiorum fluctibus mergitur. Qui vero sequi„tur Christum, aquæ ei murus fiunt dextra „lævaque, ipse autem media via incedit per „siccum, usquequo exeat ad libertatem, & „hymnum victoriæ Domino concinat, dicens: „*Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus* „*est*, per J. C. D. N. cui est gloria & imperium „in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VII.

De amaritudine aquæ Merrhæ.

1. „Post transitum maris rubri venitur ad Merrham: Merrha autem aqua erat „amara, quam non poterat populus Dei bi„bere. *Exod.* 15. *v.* 23. *sqq.* Ego puto, quod „lex, si secundum litteram suscipiatur, satis „amara sit, & ipsa sit Merrha. Quid enim „tam amarum, quam ut puer octava die cir„cumcisionis vulnus accipiat? Si vero lignum „sapientiæ Christus missum fuerit in lege, & „ostenderit nobis, quomodo intelligi debeat „circumcisio &c. tunc efficitur aqua Merrhæ „dulcis, & amaritudo litteræ legis converti„tur in dulcedinem intelligentiæ spiritalis, & „tunc potest bibere populus Dei. . . . Unde „constat, quod siquis sine ligno vitæ, id est, „sine mysterio crucis, sine fide Christi, sine „intelligentia spiritali bibere voluerit de legis „littera, per amaritudinem nimiam morietur: „quia *littera occidit*.

2. „Post-

2. „Postquam ergo posuit illi Deus justi„tias & judicia: *Si*, *inquit*, *servaveritis præ„cepta mea*, *non inducam super vos omnes ægri„tudines*, *quas induxi Ægyptiis*. *Exod*. 15. *v*. 26. „Non corporalibus dicuntur carere infirmita„tibus, qui mandata custodiunt, sed non ha„bebunt infirmitates Ægyptiorum. Diligere „quippe mundum, & ea, quæ in mundo sunt, „Ægyptius languor est: dies observare & „menses, & stellarum cursibus adhærere, „Ægyptius languor est: deservire carnis lu„xuriæ, Ægyptius languor est. Caret ergo „his infirmitatibus, qui mandata custodit. *Mandata servans Ægyptiorum infirmitates non sentit. n. 2.*

3. „*Post hæc venerunt in Helim*, & *erant ibi „duodecim fontes aquarum* & *LXX. arbores pal„marum*. *Exod*. 15. *v*. 27. Primo ducitur po„pulus ad litteram legis, a qua, donec perma„net in amaritudine sua, recedere non potest: „cum vero per lignum vitæ dulcis fuerit ef„fecta, & intelligi lex spiritaliter cœperit, „tunc de veteri Testamento transitur ad no„vum, & venitur ad duodecim Apostolicos „fontes, ibi etiam arbores reperientur LXX. „palmarum: quia etiam alii septuaginta missi „ad prædicandum Verbum Dei referuntur, „per quos palmas victoriæ Christi mundus „agnosceret. Solum ergo vetus Instrumen„tum non sufficit ad bibendum, sed venien„dum est ad novum, de quo absque difficul„tate potatur. Judæi etiam nunc apud Merr„ham sunt, assident ad aquas amaras, non„dum eis Deus ostendit lignum, per quod „dulces fierent aquæ ipsorum. *A veteri ad novum Testamentum veniendum. n. 3.*

Verum Pascha Christianorum. n. 4.

4. „Post hæc scriptum est: *In secundo men-„se . . . quinta decima die mensis murmuravit „populus adversum Moysen &c. Exod.* 16. *v.* 1. „Non absque ratione mensis & dies descri-„buntur, hoc enim tempus est, quod statui-„tur ad secundum Pascha faciendum his, qui „immundi in anima fuerint, vel occupati in „negotiis peregrinis, quo & manna de cœlo „descendit. Primum Pascha primi populi est; „secundum Pascha nostrum est; nos enim fui-„mus immundi in anima, qui colebamus li-„gnum & lapidem; nos etiam longe peregri-„nabamur. *Eph.* 2. *v.* 12. Verumtamen non „datur manna de cœlo in illa die, qua pri-„mum Pascha fit; sed in illa, qua secundum. „Panis enim, qui de cœlo descendit, non „venit ad illos, qui primam solemnitatem ce-„lebrabant, sed ad nos, qui secundam susce-„pimus. *Nostrum enim Pascha immolatus est „Christus.* 1. *Cor.* 5. *v.* 7. qui verus nobis pa-„nis de cœlo descendit. *Sed murmuravit po-„pulus &c.*

Murmur vitandum.

O populus ingratus desiderat Ægy-„ptum: murmur adversum Moysen, imo ad-„versum Deum levant. Verum hoc primo „quidem ignoscitur, ignoscitur secundo, for-„tassis & tertio; verumtamen si non desinant, „murmurantem populum venenatus in eremo „depascitur serpentium morsus. *Num.* 21. . . „Si ergo & nos non desinimus murmurare „adversus Deum, observemus, ne simile in-„curramus offensionis exemplum. Etenim „cum de cœli intemperie, de infæcunditate „fructuum &c. causamur, hoc est adversus „Deum murmur attollere. Sed hæc initia

„haben-

„habentibus ignoscitur, in eos vero, qui non
„desinunt, mittuntur serpentes, id est, im-
„mundis, & venenatis dæmonibus traduntur,
„qui eos occultis morsibus perimant.

5. „*Dixit Dominus ad Moysen, ecce ego* *Dies dominica sabbato prælata. n. 5.*
„*pluam vobis panes de cælo. . . . Et erit in*
„*die sexto, parabunt, quodcunque intulerint* &c.
„*Exod.* 16. *v.* 4. Ex divinis ergo Scripturis
„apparet, quod in die dominica primo in
„terris datum est manna; si enim sex diebus
„continuis collectum est, septima autem die,
„quæ est sabbatum, cessatum est, sine du-
„bio initium ejus a die prima, quæ est dies
„dominica, fuit. Intelligant ergo Judæi, jam
„tunc prælatam esse dominicam nostram ju-
„daico sabbatho, jam tunc indicatum, quod
„in sabbato ipsorum gratia Dei de cœlo nul-
„la descenderit, panis cœlestis, qui est ser-
„mo Dei, ad eos nullus venerit. In nostra
„autem dominica die semper Dominus pluit
„Manna de cœlo. Sed & hodie ego dico, *Manna est Verbum Dei.*
„quid pluit Dominus Manna de cœlo; cœle-
„stia namque sunt eloquia ista, quæ nobis
„lecta sunt. . . . Hoc Manna Judæi non me-
„rentur, sicut patres eorum, modo recipere,
„nec possunt illud manducare, quod est mi-
„nimum, sicut semen coriandri, & candidum,
„sicut pruina; nihil enim in Verbo Dei mi-
„nutum, nihil sentiunt spiritale, sed totum
„crassum. Manna enim interpretatur, quid
„est hoc? ut, cum audis legem Dei recitari,
„inquiras semper, & dicas doctoribus: quid
„est hoc? . . . Sed quid est, ut in die sex-

„to duplum colligatur. Sextus dies est hæc, „in qua sumus vita: hac ergo die tantum „reponere debemus, quantum sufficit & in „futuro die: hoc nobis in futuro sæculo erit „cibus, scilicet bona opera, quæ permanent „in crastinum. . . . Si autem propter præ„sentem vitam tantum thesaurizes, continuo „*vermes ebulliunt*, v. 20. quos nimirum gene„rat avaritia &c. Et qui post susceptum Ver„bum Dei peccat, efficitur ei ipsum Verbum „vermis, qui ejus conscientiam fodiat, & ar„cana pectoris ejus rodat.

Verbi Dei illuminatio. n. 8.

6. „Sequitur: *ad vesperam scietis: quia ego* „*Dominus. Exod.* 16. *v.* 6. Nam vespere sab„bati agnitus est Dominus in virtute Resur„rectionis. *Matth.* 28. *v.* 1. Et *visa est mane* „*majestas Domini*, cum per Angelos Resurre„ctio nuntiata est. *Matth.* 28. *v.* 6. Denique „*vespere*, inquit, *manducabitis carnem;* nobis „enim ad vesperam mundi *Verbum caro factum* „*est*: *& mane*, inquit, *replebimini panibus;* no„bis enim panis Verbum Dei est, quod novum „lumen scientiæ mundo accendit, & suum „mane tamquam justitiæ sol produxit. . . . „Præterea unicuique nostrum mane est illud „tempus, quo primo ad lucem fidei accedi„mus, in hoc carnes Verbi Dei comedere „non possumus, id est, perfectæ doctrinæ non„dum capaces existimus: sed post profectum „plurimum, cum jam proximi sumus ad ve„speram, & ad finem perfectionis urgemur, „solidioris cibi, & perfecti verbi capaces fie„ri possumus. Nunc ergo festinemus, cœle-

„ste

„*ste* Manna suscipere; istud enim, prout vult
„quisque, talem saporem reddit in ore ejus.
„Verbi gratia, si tribularis, consolatur te di-
„cens: *cor contritum Deus non spernit. Ps.* 50.
„Si lætaris pro spe futura, cumulat tibi gau-
„dia, dicens: *lætamini in Domino. Ps.* 31. *v.* 11.
„Si iracundus es, mitigat te, dicens: *desine*
„*ab ira. Ps.* 36. 8. Si in doloribus, sanat te,
„dicens: Dominus *sanat omnes languores tuos.*
„*Ps.* 102. 3. Si paupertate consumeris, con-
„solatur te, dicens: *Dominus allevat de terra*
„*pauperem. Ps.* 113. Hoc tamen Manna, si-
„quis infideliter suscipiat, & non comedat,
„sed abscondat, vermes ex eo ebulliunt, qui
„correptionum spiculis conscientias terebrant.
„Et ideo peccatoribus quidem neque vermis
„arguens unquam moritur, neque ignis ex-
„urens aliquando extinguitur; justis autem
„permanet dulcis, & suavis: *gustate* enim,
„*& videte, quoniam suavis est Dominus. Ps.* 33.
„*v.* 8. Ipse Dominus, & Salvator noster Je-
„sus Christus, cui est gloria, & imperium in
„sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

De initio Decalogi.

1. „Omnis, qui didicit contemnere præsens „sæculum, seu Ægyptum, huic dicit „Dominus: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui* „*eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis.* „*Exod.* 20. *v.* 2. Verum hic sermo nondum „mandati est, sed quis sit, qui mandat, osten- „dit. . . . Est ergo primum mandatum: *Non*

Primi præcepti decalogi explicatio. n. 1. 2.

„*erunt tibi dii alii præter me.* . . . Tibi ergo „o populus meus Ifrael! qui pars Dei es, qu „funiculus hæreditatis ejus effectus es, no „erunt alii dii præter me, quia vere Deu „unus eft Deus, & vere Dominus unus ef „Dominus.

Idola non adoranda, nec colenda. n. 3. 4.

2. „Secundum præceptum eft: *Non facie „tibi idolum &c. neque omnem fimilitudinem* &c „Aliud idolum, aliud fimilitudo: fimilitud „eft, fi pifcis, aut quadrupedis fimulacrun „arte, aut pingendo feceris; idolum vero „quidquid animus ex his, quæ primario no „exiftunt, fecum ipfe efformarit; ut anima „mixtum homine, & equo, quæ hic fermo „Dei univerfa complectens abjurat, & addit: „*Non adorabis ea, neque coles.* Aliud eft ado„rare, & aliud colere; nam, qui toto animo „hisce fervit, non modo adorat, verum etiam „colit: qui autem rem fimulate, ac propter „gentes facit, non colit quidem, fed adorat. „Utrumque ergo refecat fermo divinus, ut „neque affectu colas, neque fpecie adores. „Cum ergo venimus ad gratiam Baptismi, „univerfis aliis diis renuntiantes folum con„fitemur Deum Patrem, & Filium, & Spi„ritum fanctum: fed hoc confitentes nifi to„to corde diligamus Dominum Deum noftrum, „& tota anima, & tota virtute adhæreamus „ipfi, non fumus effecti pars Domini, fed „velut in confinio quodam pofiti, & illos of„fenfos patimur, quos refugimus, & Domi„num, ad quem confugimus, propitium non „efficimus.

3. „*Ego*

3. „*Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus* *Deus zelator.* n. 5.
„*zelans.* Omnis anima prostituta dæmonibus
„habet plurimos amatores, ita ut intret ad
„eam modo spiritus fornicationis, inde iræ,
„inde invidiæ, aliique spiritus plurimi im-
„mundi; isti autem omnes ita cum infideli
„anima meretricantur, ut nulla zelotypia mo-
„veantur ad invicem, imo & invitant se in-
„vicem. Si vero legitimo conjuncta sit viro
„Christo, 2. *Cor.* 11. *v.* 2. hic non potest ferre,
„ut rursum anima alludat cum adulteris: quia
„excitatur zelus ejus, & defendit conjugii
„castitatem. Et ideo zelans dicitur Dominus,
„quia animam sibi mancipatam non patitur
„dæmonibus admisceri: alioquin, si eam vi-
„derit temerantem jura conjugii, & occasio-
„nem quærere ad peccandum, dat ei repudii
„libellum, & dimittit eam. . . . Quod, etsi
„forte aliquando eveniat infeliciter, saltem ut
„convertatur, & redeat, & pœniteat, mise-
„ratus exspectat. Novum enim hoc bonita-
„tis est genus, ut etiam post adulterium re-
„vertentem tamen, & ex toto corde pœni-
„tentem suscipiat animam. *Jer.* 3. *v.* 1. Hic
„ergo Deus zelans, si requirat animam tuam
„adhærere sibi, si te servat a peccato, si cor-
„ripit, si castigat, & velut zelotypia quadam
„erga te utitur, spem tibi esse salutis agno-
„sce; si vero castigatus non resipiscis, scito,
„quodsi eousque peccando profeceris, disce-
„dit a te zelus ejus. *Ezech.* 16. *v.* 43. Hoc
„est terribile, hoc extremum, cum jam non
„corripimur pro peccatis, cum jam non corri-
„gimur delinquentes; tunc enim, cum excef-
„seri-

„ferimus peccandi modum, Deus zelans avei
„tit a nobis zelum suum.

Quomodo peccata Patrum in filios redduntur. v. 6.

4. „Videamus nunc, & quod sequitui
„quomodo reddi dicuntur *peccata patrum* i
„*filios in tertiam, & quartam progeniem.* . .
„Quippe benignus Deus reddit peccata pa
„trum, id est, diaboli, & angelorum ejus
„qui sunt patres peccati, in filios, quos pe
„care persuaserunt, in hoc saeculo, ut pu
„gatiores ad futurum saeculum pergant, (
„ultra diaboli socii non efficiantur in poenı
„Quia ergo misericors est Dominus, dicit
„*visitabo in virga* ferrea *facinora eorum* &c
„*Ps.* 89. *v.* 32. . . . Propterea ergo, cum
„corripimur, cum castigamur a Domino, effi
„non debemus ingrati, sed intelligamus, prop
„terea nos in praesenti saeculo corripi, ut in
„futuro requiem consequamur. 1. *Cor.* 11. *v.* 32
„Reddit autem & misericordiam in millia iis
„qui diligunt eum; qui enim diligunt, cor
„reptione non indigent, ob hoc ergo diligen
„tibus sola misericordia posita est in Christo
„Jesu Domino nostro, cui est gloria, & im
„perium in saecula saeculorum. Amen.

Homilia IX.

De Tabernaculo.

Tabernaculum figura coeli. v. 1.

1. „Sanctus Paulus *Hebr.* 9. *v.* 24. velamen in
„terioris Tabernaculi carnem *Christi* in
„terpretatus est, sancta autem ipsum coelum
„Dominum vero Christum ipsum Pontificem,
„eum-

„eumque dicit introiſſe *ſemel in ſancta æterna* „*redemptione inventa*. . . David etiam *Pſ.* 41. „*v.* 4. ait: *ingrediar in locum tabernaculi admi*„*rabilis usque ad montem Dei.* Et iterum *Pſ.* „14. *v.* 1. *& Pſ.* 23. *v.* 4. Invenimus etiam „ipſum Salvatorem Jeſum Chriſtum taberna„culum non unum, ſed plura memorantem, „& non temporalia, ſed æterna. *Luc.* 16. *v.* 9. „*ut recipiant vos in æterna tabernacula.* Non„dum tibi ex his omnibus iter aperitur, quo „derelicta terra ſequens Propheticum, & Apo„ſtolicum ſenſum, & ipſum Verbum Chriſti „tota mente, & toto ſenſu aſcendas in cœ„lum, atque ibi æterni tabernaculi magnifi„centiam quæras, cujus figura per Moyſen „adumbratur in terris? Quomodo autem nar„ratio Moyſis aptari poſſit cœleſtibus, pauca „ſi nos orantibus vobis Dominus illuminare „dignetur, quæ ad Eccleſiæ ædificationem „pertineant, aperire tentabimus.

2. Poſtquam igitur Origenes ex *Exod.* 25. *Explicatio Tabernaculi de Eccleſia.* n. 2. conſtructionem tabernaculi hic narravit, latentia in his myſteria ita exponit: „Dixit Domi„nus ad Moyſen: *Facies mihi ſanctificationem,* „*& inde videbor vobis.* Hæc autem eſt ſanctifi„catio, quam jubet Deus fieri, quam & Apo„ſtolus in virginibus eſſe vult, ut ſint ſanctæ „corpore, & ſpiritu, ſciens ſine dubio, quod, „qui fecerit Domino ſanctificationem per cor„dis ſui, & corporis puritatem, ipſe videbit „Deum. Faciamus ergo & nos ſanctificatio„nem Domino, & omnes unam, ut omnes „unam ſanctificationem Eccleſiæ faciamus,

„quæ

„ctis etiam candelabrum collocandum, ut sint
„ei lucernæ lucentes tamquam servo expe-
„spectanti Dominum suum redire de nuptiis.
„Accenso etiam lumine respicere semper ad
„aquilonem; unde sit ventura diaboli tenta-
„tio, unde inimicus obrepat. Mensa quoque
„propositionis habens duodecim panes in par-
„te collocetur aquilonis respiciens austrum.
„Panes isti Apostolicus ei tam numero, quam
„virtute sit sermo, qui respiciat austrum, un-
„de Dominus venit. *Habac.* 3. *v.* 3. Habeat
„& arcam testamenti, in qua sint tabulæ le-
„gis, ut in lege Dei meditetur die, ac nocte.
„Sit intra ipsum urna mannæ reposita, in-
„tellectus Verbi Dei subtilis, & dulcis. Sit
„& virga Aaron intra eum doctrina sacerdo-
„talis, & florida severitas disciplinæ. Supra
„omnem vero gloriam sit ei sacerdotalis or-
„natus; potest enim intra se agere Pontifi-
„catum rationalis sensus, vel intellectualis
„substantia. Ista ergo pars induatur podere
„byssino, in quod designatur, ut totus sit
„castitate vestitus. Accipiat postmodum hu-
„merale gemmarum, in quo fulgor operum
„collocatur, ut videntes homines magnificent
„Patrem, qui in cœlis est. Accipiat & ra-
„tionale pectori suppositum, quaterno lapi-
„dum ordine distinctum, & lamina aurea in
„fronte resplendeat: id est, Evangelicus ser-
„mo, & Trinitatis fides semper tibi habea-
„tur in pectore, cui convenit etiam Aposto-
„licus sermo tam virtute, quam numero,
„tantum ut nomen Dei semper habeatur in
„capite, & ad unum Deum cuncta referan-
„tur.

„tur. Habeat etiam pudenda contecta, ut „corpore, & ſpiritu ſanctus ſit, & cogitationi„bus, & operibus purus ſit. Habeat etiam „per indumenti circuitum tintinnabula, quæ „ſemper ſonare debent, ut de extremis tem„poribus, & fine mundi numquam ſileas, ſe„cundum eum, qui dixit: *memor eſto noviſſimo„rum tuorum, & non peccabis. Eccl.* 7. *v.* 40. „Ad hunc ergo modum homo noſter interior „Deo Pontifex adornetur, ut introire poſſit „non ſolum in Sancta, ſed & in Sancta San„ctorum, ut poſſit adire propitiatorium, ubi „ſunt Cherubim, & inde appareat ei Deus, in „æterna ſcilicet, & beata vita, in qua nos „collocabit Dominus per Chriſtum Jeſum Do„minum noſtrum, cui eſt gloria, & imperium „in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia X.

De muliere prægnante, quæ duobus viris litigantibus abortiverit.

1. Origenes ex *Exod.* 21. *v.* 22. *ſqq.* legem illam refert, in qua ſtatuitur, ut vir percutiens mulierem prægnantem, ſi exierit infans nondum formatus, detrimentum pecuniæ patiatur, quantum indixerit vir mulieris: ſi vero infans formatus fuerit, dabit animam pro anima, oculum pro oculo &c. quæ ita allegorico-moraliter explicat. „Sint ergo duo „viri iſti, qui litigant, duo diſputantes, & „de dogmatibus, vel quæſtionibus legis ſecum „invicem conquirentes, & rixantes circa ver„borum pugnas, hi, quia ad ſubverſionem au- *Contentiones in rebus fidei periculoſæ n.* 3.

„dientium litigant, percutiunt mulierem præ„gnantem, ſcilicet animam, quæ nuper con„cepit verbum Dei, quæ percutitur, & ſcan„dalizatur, ita ut verbum Dèi, quod tenui„ter conceperat, abjiciat, & perdat. Si er„go nondum formatum anima ſcandalizata „abjecerit verbum, qui ſcandalizavit, dam„num dicitur pati. . . . Quædam enim pec„cata ad damnum pertinent, non tamen ad „interitum, quia, qui damnum paſſus fuerit, „ipſe tamen ſalvari dicitur, licet per ignem. „Quæ autem ſint ſpecies peccatorum ad mor„tem, quæ vero non ad mortem, ſed ad „damnum, non puto, facile a quodam ho„minum poſſe diſcerni. . . . Videtur quæ„dam ratio damni eſſe, ut, qui pro mercede „ſua accepturus erat decem mnas, accipiat „octo, vel etiam minus: & hoc damno per„cuti dicitur is, qui cauſam ſcandali infir„miori, & muliebri præbuit animæ.

Scandali pœna. n. 4. 2. *Quodſi formatus jam fuerit infans, dabit „animam pro anima.* Formatus infans poteſt „videri ſermo Dei in corde ejus animæ, quæ „gratiam Baptiſmi conſecuta eſt, vel quæ evi„dentius, & clarius Verbum Dei concepit: „hæc ergo, ſi nimia contentione Doctorum „percuſſa abjecerit verbum, animam pro ani„ma dabit apud Deum Judicem, qui poteſt „& animam, & corpus perdere in gehennam. „Vel certe poteſt & illud fortaſſe aptari, ut, „qui conſcius tanti ſcandali fuerit, ponat ani„mam ſuam pro anima illius, quem ſcanda„lizaverit, & usque ad mortem det operam,

„quo-

„quomodo redeat, quomodo reſtituatur ad fi-„dem. Ponat etiam oculum pro oculo, ſi „oculum læſit animæ, id eſt, intellectum ejus „turbavit: auferatur oculus ejus ab eo, qui „Eccleſiæ præeſt, & intellectus ejus ille tur-„bulentus, qui ſcandalum generat, deſecetur. „Sed & ſi dentem læſit auditoris, & evellit, „ut contentione illius anima non poſſit ſalu-„briter ſuſcipere cibum Verbi Dei, auferatur „dens ejus, qui non bene Scripturarum com-„minuit cibos. . . . Sciendum tamen eſt, „quod non eſt perfectorum, ſcandalizari, ſed „aut mulierum, aut parvulorum; ſpiritualis „enim dijudicat omnia, omnia probat, & quod „bonum eſt, continet, & ab omni ſe ſpecie „mali abſtinet. Poſcamus ergo a Domino, „ut, quæ perfecta ſunt, ipſe nobis revelare „dignetur per Jeſum Chriſtum Dominum no-„ſtrum, cui eſt gloria, & imperium in ſæ-„cula ſæculorum. Amen.

Homilia XI.

De ſiti populi in Raphidin, & de bello Amalechitarum, & de præſentia Jethro.

I. „Quoniam omnis, qui vult pie vivere in „Chriſto, perſecutionem patitur, agens „iter vitæ humanæ ſemper debet eſſe arma-„tus: ideoque & de populo Dei refertur: *Pro-„fecta eſt omnis Synagoga filiorum Iſrael de de-„ſerto Sin ſecundum caſtra ſua. Exod.* 17. Et „tu ergo, ſi ſemper vigiles, & armatus ſis, „obſerva illud mandatum: quia *nemo militans „Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* 2. *Tim.* 2. „*v.* 4.

Chriſtianus ſemper in armis ſit. *n.* I.

„v. 4. Sic exibis de deserto *Sin*, quod inter-„pretatur tentatio, & venies in *Raphidin*, id „est, sanitatem judicii; in die enim judicii „sanus eris.

Christus petra percussa fontes aquæ vivæ produxit. n. 2.

2. „Sed quid est, quod sequitur: *Sitiit ibi „populus aquam, & murmurabant adversum Moy-„sen.* Populus sitiit aquam, qui debuit Deum „sitire, qui debuit sitire justitiam. Verum, „quia Deus vere eruditor est infantium, dicit „ad Moysen, ut percutiens virga petram edu-„cat eis aquam. Vult enim eos jam de petra „bibere, & ad interiora venire mysteria: mur-„muraverunt enim adversum Moysen: & si-„quis legens Moysen murmurat adversus eum, „& displicet ei lex, quæ secundum litteram „scripta est, ostendit ei Moyses petram, quæ „est Christus, ut inde bibat, & reficiat sitim „suam. Sed hæc petra, nisi fuerit percussa, „aquas non dabit, percussa vero fontes produ-„cit. Percussus enim Christus, & in crucem „actus novi Testamenti fontes produxit; nisi „enim de latere ejus exisset sanguis, & aqua, „omnes nos sitim Verbi Dei pateremur.

Christiano sub nomine Jesu pugnandum. n. 3.

3. „Post hæc bellum describitur gestum „cum Amalechitis. . . . Et tu ergo, cum „cæperis manducare Manna panem coelestem „Verbi Dei, & bibere aquam de petra, cum-„que ad interiora doctrinæ spiritalis accesseris, „sperato pugnam, & præpara te ad bellum. „Bello igitur imminente, Moyses *dixit ad Je-„sum, elige tibi ipsi viros . . . & confligę cum „Amalech crastino.* Hic primum vocabuli Jesu

„splen-

„ſplendor effulſit. Non poterat Moyſes viros „potentes eligere, ſed Jeſus ſolus, qui dixit: „*Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Ipſe „enim electorum dux, ipſe potentium prin„ceps, ipſe, qui confligit cum Amalech.

Victoria de Amalech. n. 4.

4. Sed interim videamus, quid nunc hiſto„ria præſens retexat: *Aſcendit Moyſes in verti„cem collis.* Nondum aſcendit in verticem „montis, cum aſcenſurus erat Jeſus, & cum „ipſo Moyſes, & Helias, & ibi transforman„dus in gloria. *Et cum elevaret Moyſes ma„nus, ſuperior fiebat Iſrael.* Moyſes ergo ele„vat manus, non extendit. Jeſus autem, qui „univerſum orbem terræ exaltatus in cruce „complexurus erat brachiis ſuis dicit: *Extendi „manus meas ad populum non credentem. Iſ.* 65. „*v.* 2. Cum ergo elevaret Moyſes manus, vin„cebatur Amalech. Elevare manus, eſt ope„ra, & actus elevare ad Deum. Si ergo ele„ventur actus noſtri, vincitur Amalech. Si „ſervat populus legem, elevat Moyſes manus, „& adverſarius vincitur, ſi non ſervat, inva„leſcit Amalech. Quia igitur & nobis pugna „eſt adverſus mundi hujus rectores tenebra„rum, ſi vis vincere, eleva manus, eleva actus „tuos, & converſatio tua in cœlo ſit. *Philip.* 3. „*v.* 10. Clama ad Deum orationi inſtans; „hæc enim eſt Chriſtiani pugna, quæ ſuperat „inimicum.

Omnia coram Deo agenda. n. 5.

5. „Poſt hæc venit ad montem Dei Moy„ſes, & occurrit ei Jetro ſocer ſuus *Exod.* 18. „adducens ſecum filiam ſuam uxorem Moyſi,

„& filios ejus: *Et venit Aaron, & omnes Pres-*
„*byteri de Israel manducare panem cum socero*
„*Moysi in conspectu Dei.* . . . Sancti ergo man-
„ducant, & bibunt in conspectu Dei, & om-
„nia, quæ agunt, in conspectu Dei agunt. . . .
„Quin etiam plenius divinis imbuti disciplinis,
„si malum faciunt, coram Deo faciunt, quia
„continuo pœnitent, & dicunt; *Peccavi.* Qui
„autem discedit a conspectu Dei, nescit con-
„verti, & peccatum pœnitendo purgare.

6. „Deinde Jetro dat consilium Moysi proba-
„bile satis, & utile, ut eligat viros, & constituat
„principes populi *tribunos, centuriones* &c. Au-
„diant principes populi, quia debent omni ho-
„ra populum judicare, dirimere lites, recon-
„ciliare dissidentes. Discat unusquisque ex
„Scripturis sanctis officium suum. . . . *Audi-*
„*vit* ergo *Moyses vocem soceri sui, & fecit, qua-*
„*cunque dixit ei.* . . . Non quis dicat, scilicet
„homo gentilis, sed quid dicat, auscultat. Un-
„de & nos, si forte aliquando invenimus, ali-
„quid sapienter a gentilibus dictum, non con-
„tinuo cum auctoris nomine spernere debemus.
„Quis autem hodie eorum, qui populis præ-
„sunt, non dico, si jam aliqua ei a Deo reve-
„lata sunt, sed in legis scientia aliquid meriti
„habet, consilium dignatur inferioris saltem
„Sacerdotis accipere? nedum dixerim laici,
„vel gentilis. Sed Moyses, qui erat homo
„mansuetus super omnes, accepit consilium in-
„ferioris, ut & formam humilitatis populorum
„Principibus daret, & futuri Sacramenti, sci-
„licet conversionis gentilium, designaret ima-
„ginem.

Principum officium, & Consilium bonum sequendum.

7. „Post-

7. „Posthæc ait Dominus ad Moysen: „*Protestare populo, & purifica illos . . . & „laverit vestimenta sua &c. Exod.* 19. *v.* 10. „Nemo ergo potest audire Verbum Dei, nisi „prius fuerit sanctificatus, id est, nisi fue-„rit sanctus corpore & spiritu, nisi vesti-„menta sua laverit. Ingressurus enim est „paulo post ad cœnam nuptialem, mandu-„caturus est de carnibus agni, potaturus est „poculum salutaris. Nemo intret ad hanc „cœnam sordidis vestibus. Lota enim sunt „semel vestimenta tua, cum venisti ad gra-„tiam Baptismi. Quæ ergo Deus mundavit, „tu immunda ne feceris. Audi nunc etiam „& sanctificationis genus: *Ne accesseritis*, in-„quit, *ad mulierem*. Hoc est, quod & Apo-„stolus dicit: *Bonum est homini, mulierem non „tangere*. 1. *Cor.* 7. Salvo tamen remedio his, „qui pro infirmitate sua remedio indigent „nuptiali. Verumtamen consilium audiamus „Apostoli dicentis: *Qui habent uxores, tam-„quam non habentes sint. . . . Præterit enim „habitus hujus mundi.* 1. *Cor.* 7. Præterit „temporale regnum, ut perpetuum veniat & „æternum, sicut & in oratione dicere jube-„mur: *Adveniat regnum tuum.* In Christo Jesu „D. N. cui est gloria, & imperium in sæcula „sæculorum. Amen.

Præparatio ad audiendum Verbum Dei. *n.* 7.



Homilia XII.

De vultu Moysis glorificato, & velamine, quod ponebat in facie sua.

Quinam vultum Moysis & legis non intueantur. n. 1.

1. „*Erat glorificata facies Moysis . . . & timuerunt accedere ad illum.* Exod. 34. „v. 30. *sqq.* Glorificata est facies Moysis, sed „non poterant intendere in faciem vultus ejus „filii Israel. Siquis autem conversationem, „& vitam potest habere eminentiorem, quam „reliquum vulgus, iste potest intueri gloriam „vultus ejus: *& nunc enim*, sicut dixit Apostolus, *velamen est positum in lectione Veteris Testamenti.* 2. Cor. 3. v. 14. *Cum autem quis conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* „v. 16. Igitur causam auferendi velaminis „conversionem nostram esse dicit ad Dominum.

Quis sit conversus ad Deum. n. 2.

2. „Sed & hoc ipsum converti ad Dominum quale sit, videamus: & ut evidentius „scire possimus, dicendum prius nobis est, „quid sit aversus. Omnis, qui cum recitantur „verba legis, communibus fabulis occupatur, „aversus est; qui cum legitur Moyses, de negotiis sæculi, pecunia, lucris sollicitudinem „gerit, gloriæ sæculi studet, audit verba legis, corde tamen evagatur, aversus est. Si „vero his omnibus terga vertamus, omissis „omnibus Deo vacemus, hoc est conversum „esse ad Dominum. Tu ergo, si volueris „filium tuum scire litteras liberales, numquid „non omissis cæteris huic unico studio dare „operam facis? Pædagogos, libros, impensas, nihil prorsus deesse facis, quoadusque „per-

„perfectum propositi studii opus reportet. „Quis nostrum ita se ad divinæ legis studium „convertit? . . . Et quid conquerimur, si, „quod non didicimus, ignoramus? Aliqui ve„strum, ut recitari audierint, quæ leguntur, „statim discedunt: nulla inquisitio ad invicem, „nulla collatio . . . Alii sæcularibus fabulis „occupantur, de quibus ego ausus sum dice„re: quia cum legitur Moyses, jam non vela„men super cor eorum, sed paries quidam & „murus est positus.

3. „Illud quoque intuere, quale sit, quod „manus Moysis intra sinum missa leprosa facta „memoratur sicut nix. Quia enim ex operi„bus legis nullus erat justificandus, nec ali„quem ad perfectum adducere poterat lex, „idcirco manus Moysi leprosa fit, & in sinum „reconditur, tamquam nihil perfecti operis „habitura. . . . Nihil ergo in lege gloriosum „aliud habet Moyses, nisi solam faciem: in „Evangeliis autem totus glorificatur ex inte„gro colloquens cum Jesu transfigurato *Matth.* „17. & ibi etiam completur illa promissio: „*Posteriora mea videbis. Exod.* 33. *v.* 23. Vidit „enim, quæ in posterioribus & novissimis die„bus facta sunt, & gavisus est, quod Prophe„tam promissum *Deut.* 18. *v.* 15. adesse cerne„ret, & paternam vocem audit dicentem: „*Hic est Filius meus dilectus . . . ipsum audite.*

Lex nil ad perfectum adducit. *n.* 3.

4. „Considerandum etiam, quid Apostolo „visum sit, cum dicit: *Dominus autem spiritus* „*est.* 2. *Cor.* 3. *v.* 17. . . . scilicet, quia ad

Lex spiritualiter intellecta libertatem

Spiritus donat. „spiritalem intelligentiam provocat auditores,
„& vult eos nihil carnale in lege sentire. . . .
n. 4. „Sic ergo & in hoc loco iis, qui ad spirita-
„lem intelligentiam provocantur, dicitur: *ubi
„Spiritus Domini, ibi & libertas.* Sed quomo-
„do invenire possumus libertatem, qui servi-
„mus sæculo, pecuniæ, desideriis carnis?...
„Donec requiro ista, servus horum sum. . . .
„Sed quis mihi dabit manumissionem? quis
„me ab hac servitute turpissima liberabit, nisi
„ille, qui dixit: *Si vos Filius liberaverit, vere
„liberi eritis. Joan.* 8. *v.* 36. Etenim scio, quia
„non potest servus libertate donari, nisi fide-
„liter serviens, nisi Dominum diligens. Et
„ideo etiam nos fideliter serviamus, & ex
„toto corde, & ex toto animo, & ex tota
„virtute nostra diligamus Dominum Deum
„nostrum, ut mereamur libertate donari a
„Christo Jesu Filio ejus Domino nostro, cui
„est gloria, & imperium in sæcula sæculo-
„rum. Amen.

Homilia XIII.

De his, quæ offeruntur ad Tabernaculum.

Materia-lia Taber-naculi ex-plicantur. n. 2. 1, „Primo omnium videamus, quid est,
„quod dicit Moyses ad filios Israel:
„*Sumite a vobis ipsis redemptionem Domino, om-
„nis, qui conceperit corde, offerat initia Domino.
„Exod.* 35. *v.* 4. Non vult Moyses, ut ali-
„quid offeras Deo, quod extra te est. . . .
„Illud quidem aurum & argentum, cæteræ-
„que materiæ, unde tabernaculum constru-
„ctum est, constat de scriniis uniuscujusque

„pro-

„prolatum: ſpiritalis autem lex aurum requi„rit ad tabernaculum, & omnes reliquas ma„terias, quas & intra nos habere poſſumus, „& proferre de nobis. Si ergo credideris in „corde tuo, cor tuum, & ſenſus tuus aurum „eſt. Obtuliſti igitur aurum ad tabernacu„lum, id eſt, fidem cordis tui. Si vero con„feſſus fueris, ſermonem confeſſionis argen„tum obtuliſti. Hæc a te ipſo ſumis, hæc „intra te ſunt, hæc etiamſi nudus ſis, habere „potes. Sed addidit Moyſes: *unusquisque ſicut* „*concepit corde.* Non enim poteris aliquid de „ſenſu tuo offerre Deo, vel de verbo tuo, niſi „prius quæ ſcripta ſunt, corde conceperis, & „diligenter audieris, non poteſt aurum tuum „probatum eſſe nec argentum. . . . Quid „etiam de ære dicemus? Videtur quidem æs „pro fortitudine ſuſcipi; ego autem puto, æs „accipi poſſe pro voce. Audi, quid dicat „Apoſtolus: *Si linguis hominum loquar, & An*„*gelorum, charitatem autem non habeam, factus* „*ſum ut æramentum ſonans*, 1. Cor. 13. Ita er„go loqui linguis, & interpretari ex alia in „aliam linguam æris oblatio eſt. Eſt igitur „æris oblatio vox, vox autem eſt, quæ alte„rius ſenſum in alteram linguam vertit, ſermo „autem eſt, qui ſenſum proprium profert. „Omnia ergo offerantur Deo, & ſenſus, & „ſermo, & vox.

2. „*Unusquisque ſicut corde concepit, offerat* „*initia Domino.* Quanti modo hic præſentes „ſumus, & ſermo Dei tractatur? Sunt, qui „concipiunt corde, quæ lecta ſunt, ſunt, qui „om-

Verbum Dei attente audiendum. n. 3.

„omnino non concipiunt, quæ dicuntur, sed
„est mens eorum in negotiis sæculi &c. &
„præcipue mulieres, quæ tantum garriunt...
„Jam quid de mente earum discutiam, si de
„infantibus suis, aut de lana cogitent, & de
„necessariis domus? Quomodo istæ corde con-
„cipiunt? non concipiet corde, nisi qui vacet
„corde. . . . Quodsi hactenus negleximus,
„ex hoc saltem attentiores simus, ut possimus
„mente concipere; justum est enim, ut in
„tabernaculo Domini inveniatur unusquisque
„habere portionem suam. Quam gloriosum
„tibi est, si dicatur: in tabernaculo Domini
„aurum istud illius est, & cætera quæque per
„singula: & rursum quam indecorum, si Do-
„minus veniens requirere ædificium taberna-
„culi, nihil muneris tui inveniat in eo. . . .
„Domine Jesu! præsta mihi, ut aliquid mo-
„numenti habere merear in tabernaculo tuo...
„Et quia aurum & cætera supra me sunt, cer-
„te vel pilos caprarum habere merear in ta-
„bernaculo Dei, tantum ne in omnibus jeju-
„nus & infæcundus inveniar. *Unusquisque er-*
„*go sicut concepit corde.* Videte, si concipitis,
„videte, si tenetis. Volo vos admonere Re-
„ligionis vestræ exemplis: nostis, qui divinis
„mysteriis interesse consuestis, quomodo cum
„suscipitis Corpus Domini, cum omni cautela
„& veneratione servatis, ne ex eo parum quid
„decidat, ne consecrati muneris aliquid dila-
„batur: reos enim vos creditis, & recte cre-
„ditis, siquid inde per negligentiam decidat.
„Quodsi circa corpus ejus conservandum tanta
„utimini cautela, & merito utimini, quomo-
„do

Realis præsentia Christi in S. Eucharistia etiam extra usum.

„do putatis minoris esse piaculi, verbum Dei „neglexisse, quam corpus ejus? Initia ergo „jubentur offerre, hoc est, primitias. . . . Pri„mo enim omnium debet sensus meus intelli„gere Deum, & ipsi offerre primitias intelle„ctus sui, ut cum Deum bene intellexerit, „reliqua consequenter cognoscat. Sed videa„mus & cætera, hyacinthum, & purpuram, & „coccum duplicatum, & byssum tortam. Hya„cinthus juxta priores interpretes ad aerem „refertur, hoc enim ipse indicat color; sicut „& coccus ad ignem. Purpura aquæ tenet „figuram: Byssus terræ. Habemus ergo & nos „hæc omnia in nobis, & quia ex his primitias „Domino jubemur offerre, ideo dicit: *Sumite „ex vobis ipsis, & offerte primitias Domino.*

3. „Verum istud considerandum puto, cur „Moyses coccum, quo ignis designatur, po„suerit duplicatum. . . . Ignis duplicem ha„bet virtutem, unam qua illuminat, aliam „qua incendit. Hæc est historiæ ratio. Ve„niamus & ad intellectualia. Etiam in ipsis „ignis duplex est. Est ignis quidam in hoc „sæculo: iste illuminat. *Luc.* 12. *v.* 49. Est „& in futuro *Matth.* 25. *v.* 41. ille ignis incen„dit. Imo uterque ignis habet aliquod, quod „& incendit & illuminat. „Quomodo ergo nos „offerre possumus ignem istum duplicatum ad „ædificium tabernaculi, videamus. Si doctor „es, extruis tabernaculum ædificans Ecclesiam „Dei. Si ergo docens & ædificans Ecclesiam „Dei, increpes tantum, & peccata populi ex„probres, nihil autem consolationis proferas „de Scripturis divinis, obscurum nihil expla„nes,

Coccus bis tinctus est duplex ignis. *n.* 4.

„nes, obtulisti quidem coccum, sed non du„plicatum: ignis enim tuus incendit tantum„modo, & non illuminat. Et rursus, si do„cens mysteria legis aperias, peccantem vero „non arguas, severitatem disciplinæ non te„neas, obtulisti quidem coccum, sed non du„plicatum: ignis enim tuus tantum illuminat, „non accendit. Qui ergo recte offert, coc„cum offert duplicatum, ut cum scientiæ lu„mine igniculum severitatis admisceat.

Byssus torta quid significet. 4. „Porro Byssus torta, quæ terræ seu „carnis nostræ formam habet, significat, car„nem non offerri debere Deo delitiis resolu-
n. 5. „tam, & eam abstinentia, vigiliis, & medi„tationum labore conficere. Offeruntur & pili „caprarum, quod pecudum genus in lege pro „peccato jubetur offerri: pilus vero species „est mortua, quam qui offert, ostendit in se „sensum peccati jam mortuum. Pelles quo„que offeruntur arietum, qui ostendunt furo„rem mortuum. . . . Offeruntur a mulieri„bus, id est, carne nostra, *inaures*, seu audi„tus. Item *dextralia*, seu opera dextra, opera „bona, quæ per carnem geruntur. Sed & „*discriminalia* offert, qui bene scit discernere, „quid agendum sit, quid vitandum. . . .

Quid pili caprarum. *Quid pelles arietum.* *Quid inaures &c.*

n. 6. „Apud quem etiam inventa sunt ligna impu„tribilia, obtulit Deo incorruptionis & virgi„nitatis gratiam, quæ apud rarum quemque
n. 7. „inveniri potest. *Matth.* 19. *v.* 11. Sed & prin„cipes obtulerunt gemmas, & *lapides repletio„nis*, & *lapides adhumerales*. . . . Humeralis „ornatus indicium est actuum bonorum: actus

„ergo

„ergo cum ratione seu logio in pectore Ponti„ficis collocato, & ratio cum actibus socia„tur. . . . Offerunt etiam oleum pro lucernis „& Chrismate: debet enim lucerna eorum, „qui præsunt populis, lucere omnibus. Por„ro hæc omnia a sapientibus Architectis com„ponuntur: & ideo danda est nobis etiam „opera, ut hæc, quæ audimus de S. S. Scri„pturis sapienter possimus componere, atque „ex his adornare tabernaculum Deo Jacob per „J. C. D. N. cui est gloria, & imperium in „sæcula sæculorum. Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN LEVITICUM.

§. I.

Argumentum.

Origenem Scholia seu excerpta in Leviticum scripsisse testatur S. Hieronymus *l. 2. invect. apud Rufinum.* Horum hodie nihil superest præter pauca fragmenta in catenis Græcis sub ejus nomine citatis, quæ nihil speciale continent. Præterea sexdecim Homilias Origenis in Leviticum a Rufino in latinum versas memorat Cassiodorus *de Inst. Div. litter. cap.* 1. quas etiam Origeni vindicat de la Rue *tom.* 2. *op. Orig.* Habitæ sunt autem Cæsareæ in Palæstina, uti ex Homilia septima apparet, & quia nonnisi ex tempore pronuntiatæ sunt, tantum post annum 245. haberi potuerunt, quo

quo Origenes jam sexagenarius eas a Notariis excipi indulsit.

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

Christus pro humano genere oblatus. a. 2.

1. „Principium Levitici dicit: *Si homo munus* „*offeret Domino, offeret ex bobus vel* „*pecoribus*, id est, agnis vel hædis; *si vero ex* „*avibus, turtures vel pullos columbarum*. . . . „Ego pro exiguitate sensûs mei hominem in„telligendum esse omne humanum arbitror „genus, & ipsum dici hominem, qui holo„caustum offerat vitulum ex bobus sine ma„cula. Iste autem vide, si non ille saginatus „est vitulus, quem Pater pro regresso, qui „perierat, filio jugulavit. *Luc.* 15. Et fecit con„vivium magnum, ita ut lætarentur Angeli „in cœlo super uno peccatore pœnitentiam „agente. Homo ergo iste, qui perierat, & „inventus est, quoniam nihil habuit propriæ „substantiæ, quod offerret, invenit istum vi„tulum cælitus quidem missum, sed vitulum „ex bobus, id est, ex Patriarcharum genera„tione venientem. Erit autem masculus sine „macula, qui peccatum non fecit, & qui ac„ceptus contra Dominum offertur extra „ostium tabernaculi; extra ostium, vel ad „ostium tabernaculi oblatus est Jesus in holo„caustum, qui extra castra passus est. . . „Et quid tam acceptum, quam hostia Christi „qui seipsum obtulit Deo?

2. „E

2. „Et tamen *imponet manum suam super* „*caput hostiæ, & jugulabunt vitulum* &c. *Lev.* 1. „*v.* 4. *sqq.* Posuit ergo Jesus & manum suam „super caput vituli, hoc est, peccata generis „humani imposuit super caput suum; ipse est „enim caput corporis Ecclesiæ suæ . . . & non „solum pro terrestribus, sed etiam pro cœlesti- „bus oblatus est hostia Jesus,, de quà Origenis „speciali, & erronea opinione vid. Huet. *Ori-* „*gen. l.* 2. *q.* 3. *n.* 20. & 24. ***Christus peccata nostra portavit. n.* 3.**

3. „*Et decoriantes holocaustum divident illud* „*membratim* &c. *Lev.* 1. *v.* 6. *sqq.* Ego puto, „quod ille Sacerdos detrahit corium vituli ob- „lati, qui de Verbo Dei abstrahit velamen lit- „teræ, & quæ sunt spiritualis intelligentiæ „membra denudat, & hæc super altare collo- „cat, cum non indignis, ac terrenam vitam „ducentibus pandit divina mysteria, sed illis, „qui altare Dei sunt, in quibus semper ardet „divinus ignis. Dividit etiam membratim vi- „tulum, qui explanare per ordinem potest, qui „sit profectus, Christi fimbriam contigisse, qui „vero, pedes ejus lavisse lachrymis, quanto „autem potius sit caput ejus unxisse myro: sed „& in pectore ejus recubuisse, quid habeat „eminentiæ. Horum singulorum causas disse- „rere, & alia incipientibus, alia proficienti- „bus, alia perfectis in charitate aptare, hoc „est, membratim vitulum divisisse. Sed & „qui novit legis principia, in Prophetis profe- „ctum, plenitudinem perfectionis in Evange- „liis ostendere: vel qui docere potest, quo „Verbi lacte alendi sint parvuli in Christo, quo ***Oblatio vituli explicatur. n.* 4.**

„Verbi olere reficiendi ſint infirmi in fide, quia
„ſit cibus ſolidus, quo impinguandi ſint athle-
„tæ Chriſti, qui hæc ſingula novit ſpiritali ra-
„tione dividere, hujusmodi Sacerdos imponit
„ſuper altare holocauſtum per membra divi-
„ſum. Addit & *ligna altari*, quo *ignis* anime-
„tur; usque ad lignum enim Chriſti paſſio fuit,
„& holocauſtum carnis ejus per lignum crucis
„oblatum terrena cœleſtibus, & divinis huma-
„na ſociavit. Interanea ſane cum pedibus aqua
„dilui jubet ſermo præcepti, Sacramentum
„Baptismi ſub figurali prædicatione denun-
„tians; nam interanea diluit, qui conſcientiam
„purgat, pedes abluit, qui conſummationem
„ſuſcipit Sacramenti.

Caro noſtra vitulus Deo offerendus. n. 5.

4. Verum, ſi hæc etiam ad moralem lo-
„cum inclinare velis, habes & tu vitulum,
„quem offerre debeas. Vitulus eſt, & quidem
„valde ſuperbus, caro tua, quam, ſi vis mu-
„nus Domino offerre, ut eam caſtam cuſtodias,
„adduc eam ad oſtium tabernaculi, ubi divino-
„rum librorum poſſit ſuſcipere auditum. Ma-
„ſculinum ſit munus tuum, fœminam neſciat,
„concupiſcentiam reſpuat. Impone etiam ma-
„num tuam ſuper hoſtiam tuam, & jugula il-
„lam, hoc eſt, impone ei continentiæ fræ-
„num, & jugula, ſeu mortifica membra tua,
„quæ ſunt ſuper terram. . . . Per Sacerdo-
„tem Aaron, id eſt, rationabili ſenſu carnem
„tuam in caſtitate offeras Deo, ut & corpore,
„& ſpiritu caſtus efficiaris, nec humanæ glo-
„riæ, nec avaritiæ, nec odii cupiditate vexe-
„ris. . . . Quoniam ſola carnis continentia ad

„al-

„altare dominicum non potest pervenire, si re-„liquis virtutibus deseratur. Et ideo operam „demus, casti esse corpore, recti mente, mun-„di corde, moribus emendati, proficere in ope-„ribus, vigilare in scientia, fide, & actibus, „gestis, & intellectibus esse perfecti, ut ad si-„militudinem hostiæ Christi conformari merea-„mur per ipsum Dominum nostrum Jesum „Christum, per quem Deo Patri omnipotenti „cum Spiritu Sancto est gloria, & imperium „in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia II.

De Sacrificiorum ritu.

1. Postquam Origenes hic varios ritus Sacrificiorum ex Levitico recensuit, quærit: „cur alia quidem hominem, dicit offerre, alia „animam, alia Pontificem, alia Synagogam, „alia Principem, alia unam animam ex popu-„lo terræ. Et respondet: puto quidem homi-„nem illum debere intelligi, qui rationabiliter „vivit. Hic offert Deo vitulum, cum carnis „superbiam vicerit. Ovem, cum irrationabi-„les motus correxerit. Hædum, cum lasci-„viam superaverit. Par turturum, cum men-„tem suam Verbo Dei velut vero conjugi so-„ciaverit. Duos pullos columbarum, cum & „ipse intellexerit mysterium, quo oculi spon-„sæ sicut columbæ dicuntur ad plenitudines „aquarum, & collum ejus sicut turturis. . . . „Anima vero similam tantum habet, & panes „azymos, id est, communem hanc vitam v. g. „in agricultura &c. positam: offert tamen ipsa

Sacrificium hominis. & animæ. n. 1.

„munus Deo, licet solam similam dicatur of„ferre Deo tantum conspersam; omnis enim „anima eget oleo divinæ misericordiæ.

Sacrificium pro peccato Pontificis. n. 3.

2. „Sed hæc generaliter dicta sunt: nunc „vero per species dividuntur. *Si Pontifex*, in„quit, *qui unctus est*, *peccaverit* . . . *offeret pro* „*peccato suo vitulum de bobus sine macula Domino*: „*Lev.* 4. . . . Vide, ne forte Jesus idem ipse „sit vitulus, qui *pro munere* oblatus sit pro pec„cato. . . . Quod vero dicit: quia cum ster„core exuritur, & interaneis, vide, ne forte „ad comparationem cœlestium corporum cor„pus istud humanæ naturæ stercus figuraliter „appelletur; terra enim est, & de terra sum„ptum. Nec tamen ei interanea deesse dicun„tur; quamvis enim vilem servi gesserit for„mam, plenitudo tamen Divinitatis in eo ha„bitabat.

Modi varii remissionis peccatorum. n. 4.

3. „In morali autem loco potest Pontifex „sensus pietatis, & religionis videri, qui in „nobis per orationes, quas Deo fundimus, ve„lut quodam Sacerdotio fungitur. Hic, si in ali„quo deliquerit, omnem bonorum operum pec„care populum facit, & ideo ad ejus emunda„tionem hostia saginati vituli requiritur. Si „vero Princeps, id est, vis rationis peccave„rit, projicietur foras. . . . Sed fortasse di„cant auditores Ecclesiæ: melius fere ageba„tur cum antiquis, quam nobiscum, ubi ob„latis diverso ritu Sacrificiis peccantibus venia „præstabatur, apud nos una tantummodo est „venia peccatorum, quæ per lavacri gratiam „in

„in initiis datur. . . . Verum audi, quantæ „sint remissiones peccatorum in Evangelio. „Est illa *prima*, qua baptizamur in remissio„nem peccatorum. *Secunda* remissio est in pas„sione martyrii. *Tertia* est, quæ pro eleemo„syna datur. *Luc.* 11. *v.* 41. *Quarta* nobis fit „remissio peccatorum, per hoc, quod & nos „remittimus peccata fratribus nostris. *Matth.* 6. „*v.* 14. *Quinta* peccatorum remissio est, cum „converterit quis peccatorem ab errore viæ „suæ. *Jacob.* 5. *v.* 20. *Sexta* quoque fit remis„sio per abundantiam charitatis. 1. *Petri* 4. *v.* 8. „Est adhuc & *septima* licet dura, & laboriosa *Confessio.* „per pœnitentiam remissio peccatorum, cum „lavat peccator in lachrymis stratum suum, & „cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare „peccatum suum, & quærere medicinam, se„cundum eum, qui ait: *Pronuntiabo adversum* „*me injustitiam meam Domino, & tu remisisti im*„*pietatem cordis mei. Ps.* 31. *v.* 5. In quo im„pletur & illud, quod Jacobus Apostolus di- *Extrema* „cit: *Siquis autem infirmatur, vocet Presbyteros unctio.* „*Ecclesiæ, & imponant ei manus, ungentes eum* „*oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit* „*infirmum, & si in peccatis fuerit, remittentur ei.* „*Jac.* 5. *v.* 14. Et tu ergo, cum venis ad „Baptismum, vitulum obtulisti: cum baptiza„ris in mortem Christi. Cum ad martyrium „duceris, hircum obtulisti, quia auctorem pec„cati diabolum jugulasti. Cum eleemosynam „feceris, altare hædis pinguibus onerasti. Si „ex corde remiseris peccatum fratri tuo, arie„tem iræ, vel agnum mansuetudinis obtulisti; „si ab errore suo converteris peccatorem, &

„ad simplicitatem columbæ eum revocaveris
„atque adhærendo sanctis feceris eum societa
„tem turturis imitari, par turturum, aut duo
„pullos columbarum obtulisti. Si charitas ab
„undaverit in corde tuo, panes similaceos i
„charitatis oleo subactos obtulisti. Si in ama
„ritudine fletus carnem tuam maceraveris
„sacrificium similam a sartagine, vel a crat
„cula obtulisse te noveris.

Mandata V. L. spiritaliter intelligenda. n. 5.

4. „Sed videamus, quid sentiendum
„de his: *Si autem anima una peccaverit nolens e*
„*populo terræ, faciendo unum ab omnibus manda*
„*tis Domini, quod non fiet* &c. *Lev.* 4. *v.* 27. *sqq.*
„Mandata quædam Domini data sunt, ut fiant
„quædam, ut non fiant, v. g. agnus immolar
„jubetur in pascha, non quod vere agni ho
„stiam per singulos annos requireret Deus
„sed quod designaret, immolari debere illum
„agnum, qui tollit peccatum mundi: hoc er
„go fieri voluit, illud noluit. *Is.* 1. *v.* 11. Se
„qui legem spiritaliter intelligit, spiritalite
„hæc quærit sacrificia V. L. offerre. Si ver
„quis secundum speciem mandati carnalis ob
„tulerit, hæc anima peccavit nolens faciend
„unum ab omnibus mandatis Domini, quod
„non fiet: & ideo debet munus offerre, cum
„ei innotuerit, quia Deus non quærit carnal
„sacrificium, quia *sacrificium Deo est spiritu*
„*contribulatus. Ps.* 50. *v.* 19. Notum fit erg
„ei peccatum suum, cum didicerit a Domin
„dicente: *Misericordiam malo, quam sacrificium*
„*Osee.* 6. *v.* 6. Et cum agnoverit immolare sa
„crificium laudis in Ecclesia, & reddere altis

„sim

„ſimo vota ſua per Chriſtum Dominum no„ſtrum, cui laus, & gloria in ſæcula ſæculo„rum. Amen.

Homilia III.

De eo, quod ſcriptum eſt: ſi autem anima peccaverit, & audierit vocem juramenti &c. Lev. 5. v. 1. ſqq.

I. „Videamus, quid agit & iſta anima, quæ „audit *vocem juramenti*, & teſtis eſt; „vel quæ vidit aliquid, & conſcia eſt, & non „indicat, ex quo accepit etiam ipſa peccatum „ejus ſine dubio, qui inique aut egit aliquid, „aut juravit. Hoc etiam ſecundum hiſtoriam „nos ædificat, & docet, ne umquam in pec„catis alterius polluamus conſcientias noſtras, „ne conſenſum male agentibus præbeamus. „Conſenſum autem dico non ſolum pariter „agendo, ſed etiam quæ illicite geſta ſunt re„ticendo. Sed evangelicum præceptum *Matth.* „18. *v.* 15. etiam indicandi modum, diſcipli„namque conſtituit. Non vult enim te, ſi for„te peccatum videris fratris tui, continuo evo„lare ad publicum, ac divulgare aliena pec„cata, quod utique non eſſet corrigentis, ſed „potius infamantis. Solus inter te, & ipſum „ſolum corrige eum; ubi enim ſervari ſibi my„ſterium viderit ille, qui peccaverit, ſervabit „& ipſe emendationis pudorem: ſi vero diffa„mari ſe videat, illico ad denegandi impuden„tiam convertetur, & non ſolum non emenda„veris peccatum, ſed & duplicaveris. Secun„do adhibe tecum alios duos, aut tres, ut

Peccata proximi corrigenda. *n.* 2.

„cum tertio ad Ecclesiam delatum fuerit ejus „peccatum, possit duobus adhibitis testibus „confutari, ne calumniator videatur, si cri„men deferat ad Ecclesiam, & deficiat te„stibus.

Quale immundum, & morticinum non tangendum. n. 3.

2. „Post hæc alia lex promulgatur: *anima, „quæ tetigerit omnem rem immundam, inquinata „est* &c. *Lev.* 5. *v.* 2. *sqq.* Tactus immundus „est, *si quis viderit mulierem ad concupiscendum* „&c. *Matth.* 5. *v.* 28. . . . Morticinum homi„nis contingit is, qui in peccatis suis mor„tuum imitatur. . . . Morticinum animalium „tangit, qui simpliciores, qui nihil prudentiæ „agunt, & in peccatorum sordibus volutantur, „sequitur. . . . Sed & a fera captum, scili„cet leone rugiente diabolo, vel lupo rapaci „hæreticis noli contingere, ne & tu efficiaris „immundus. . . . Istæ sunt immunditiæ, quæ „merito fugiendæ sunt: hominis autem tactum „noli refugere, vel mortui corporis, cui ma„gis sepultura religiose deferenda est.

Sepultura religiose curanda.

Lex de servando juramento n. 4.

3. „Tertia lex promulgatur de *juramento* „servando. *Lev.* 5. *v.* 4. *sqq.* Et quidem si ju„ravero benefacere, & non faciam, quomodo „peccati reus sim, difficultas non est ostende„re; quomodo autem, si jurem malefacere, „peccaverim, si non fecero, verbo assignare „difficile est; absurdum enim videtur, si dixe„ro, me hominem occisurum, & ne pejerare „videar, cogar ad explendum opus, quod il„licite promisi. . . . Verum, quantum in hoc „loco intelligendum videtur, malefacere ad-

„ver-

„versari alicui est, & non indulgere ei, ut fa-
„ciat, quod vult. Et nos ergo, cum vove-
„mus Deo in castitate servire, juramus nos
„castigare carnem nostram, vel male ei facere,
„atque in servitutem eam redigere: quod si quis
„non fecerit, peccati reus est. Eodem autem
„juramento, & spiritui decernit benefacere;
„in quo enim carni malefacit, spiritui benefa-
„cit. Si quis ergo hoc juraverit, & non fece-
„rit, peccati efficitur reus. . . . *Si ergo pec-* *Peccata*
„*caverit unum aliquid ex istis, pronuntiet pecca-* *secreta*
„*tum, quod peccavit. Lev.* 5. *v.* 5. Etenim omni *confitenda*
„genere pronuntianda sunt, & in publicum
„proferenda cuncta, quæ gerimus. Si quid in
„occulto gerimus, si quid in sermone solo, vel
„etiam intra cogitationum secreta commisi-
„mus, cuncta necesse est publicari, cuncta pro-
„ferri: proferri autem ab illo, qui & accusa-
„tor peccati est, & incentor; ipse enim, nos
„ut peccemus, instigat, ipse etiam, cum pec-
„caverimus, accusat. Si ergo in vita præve-
„niamus eum, & ipsi nostri accusatores simus,
„nequitiam diaboli inimici nostri, & accusa-
„toris effugimus. *Dic tu,* inquit, *iniquitates tuas*
„*prior, ut justificeris. Is.* 43. *v.* 26. . . . Sed
„& David eodem spiritu loquitur in Psalmis:
„*Iniquitatem meam notam feci* &c. *Ps.* 32. *v.* 5.
„Vide ergo, quia pronuntiare peccatum remis-
„sionem peccati meretur; præventus enim
„diabolus in accusatione, ultra nos accusare
„non poterit, & si ipsi nostri simus accusato-
„res, proficit nobis ad salutem: si vero ex-
„spectemus, ut a diabolo accusemur, accusa-
„tio illa cedit nobis ad pœnam; habebit enim

„socios in gehenna, quos convicerit crimi„num socios.

Hostiarum significatio. n. 5. 4. Quantum vero ad hostiarum diversitates, & sacrificiorum ritus: „omnis pene ho„stia habet aliquid Christi. . . . Adipes enim „qui offeruntur, anima illius potest intelligi „quae Divinitatis ejus secreta velabat. . . „Quod de sanguine hostiae septies resperso me„moratur sancti Spiritus virtus septuplicis gra„tiae designatur. Quatuor cornua altaris, quae „sanguine liniuntur, Christi passionem referri „quatuor Evangeliis indicant.

De Sacrificio pro peccato. n. 6. 5. „Videamus nunc, quae lex proponitur „in offerendis hostiis pro peccato. *Lev.* 5. *v.* 14. „*sqq.* De donis Domino oblatis siquis subtra„xerit, praecipit lex, ut reddat, quod subtra„xerat, & addat ad illud quintas & unum.
n. 7. „Id quod & nobis accidere potest. Siquis „enim accepit dominici Verbi pecuniam, & „egressus Ecclesiam diversis saeculi occupatio„nibus raptus oblivioni, quae audierat, dedit, „nec opus ex verbo, quod suscepit, implevit, „iste pecuniam de Sanctis susceptam non red„didit. . . . Reddat ergo hoc, quod accepit, „& adhuc quintas addat, id est, quinque sen„sus suos in sanctis actibus exerceat, & addat „quinque interioris hominis sensus, & ad „unum Deum haec cuncta referat. . . . Deinde
n. 8. „siclo sancto ex thesauris sapientiae, & scien„tiae Dei comparandus nobis est Christus, qui „peccata nostra dissolvat. Siclus sanctus fidei „nostrae formam tenet; si enim fidem obtule-

„ris

„ris tamquam pretium, Chriſto veluti ariete „immaculato in hoſtiam dato, remiſſionem ac„pies peccatorum. . . . Eſt ergo hic ſiclus „ſanctus probata, & ſincera fides, id eſt, ubi „nullus perfidiæ dolus, nulla hæreticæ calli„ditatis perverſitas admiſcetur, quam offeren„tes pretioſo Chriſti ſanguine tamquam imma„culatæ hoſtiæ diluamur, per quem eſt Deo „Patri omnipotenti cum Spiritu ſancto gloria, „& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia IV.

De mendacio ſuper depoſito &c.

1. „Siquis præteriens præterierit præcepta „Domini, & mentitus fuerit proximo „ſuper depoſito, aut ſocietate, aut rapina, „peccati ingentis ſtatuetur reus. *Lev.* 6. *v.* 1. „*ſqq.* Hæc quoad hiſtoriam. Videamus nunc, „quomodo Eccleſia Dei ſanctius ædificetur a „ſpiritu. Ego puto, quod animam noſtram, „& corpus depoſitum accepimus a Deo. Et „vis videre majus aliud depoſitum, quod ac„cepiſti a Deo? ipſi animæ tuæ Deus imagi„nem ſuam, & ſimilitudinem commendavit: „iſtud ergo depoſitum tam integrum tibi reſti„tuendum eſt, quam a te conſtat eſſe ſuſcep„tum. Si enim ſis miſericors, ſicut pater tuus „in cœlis miſericors eſt, imago Dei in te eſt, „& integrum depoſitum ſervas: ſimiliter & „cætera omnia. . . . Si vero econtrario agas, „& pro miſericordia crudelis &c. exiſtas, ab„jecta imagine Dei diaboli in te imaginem ſu„ſcepiſti, & bonum depoſitum tibi divinitus

Depoſitum a Deo datum corpus, & anima. n. 2.

„com-

„commendatum abnegasti. Etiam illud addo, „quod & Christum Dominum depositum accepimus, & sanctum Spiritum depositum habemus. Videndum ergo nobis est, ne hoc sancto deposito non sancte utamur, & cum nos „in consensum sui peccata sollicitant, juremus, nos non suscepisse depositum, quod „utique si habeamus in nobis, peccato consentire non possumus. Sed & ipse sensus „rationabilis, qui in me est, commendatus „mihi est, ut eo utar ad intelligentiam divinorum: ingenium, memoriam, judicium, „ratio, & omnes, qui intra me sunt motus, „commendati mihi videntur a Deo, ut eis „utar in his, quæ præcipit lex divina. Si vero ad malas artes perspicax vertamus ingenium, & rebus Dei abutamur in his, quæ „non vult Deus; hoc est, abjurare depositum, „& beneficia vertere in perfidiam.

Societas cum Deo, & Sanctis servanda. n. 4.

2. „Videamus nunc, quid etiam societas „intelligenda sit, ubi secundum litteram præcipitur, ne quis forte in ratione pecuniæ, „vel qualibet alia specie societatis socium fraude decipiat. . . . Nunc vero requiramus, „quæ sit etiam societas spiritus. Juxta 1. *Joan.* „1. *v.* 3. nobis cum Patre, & Filio, & Spiritu S. societas data est; videndum ergo „nobis est, ne sanctam istam, divinamque Societatem peccando abnegemus. Sed & Sanctorum socios nos dicit Apostolus. . . . Hanc „vero societatem dirumpit, & abnegat, quicunque malis actibus suis, malisque sensibus ab eorum conjunctione separatur. Post „hæc

„hæc de rapina dicitur. Raptores ſunt mali, „& boni. Et boni quidem illi, qui regnum „cœlorum diripiunt. Sunt autem & mali ra„ptores; de quibus Apoſtolus pronuntiat: *ne„que rapaces regnum Dei poſſidebunt.* 1. *Cor.* 6. *v.* 10.

3. „Deinde lex litteræ *Lev.* 6. *v.* 1. *ſqq.* hic „videtur mandare, ut, ſiquis invenit, quod „alius perdidit, & requiſitum fuerit, reddat, „nec perjuret pro eo. . . . Verumtamen le„giſlator amplius nos aliquid voluit intelli„gere. Qui nimis peccant, in Scripturis per„ditio appellantur. *Ezech.* 27. *v.* 36. Qui ergo „multum quærendo, v.g. hæretici quærendo ad „confirmanda ſua falſa dogmata, in Scripturis „inveniunt perditionem; reſipiſcant, & intelli„gant: quia, quod invenerant, perditio eſt. *Inventa reddenda. n. 5.*

4. Poſt hæc *Lev.* 6. *v.* 5. *ſqq.* lex holocauſti datur, & inprimis præcipitur: *ignis ſemper ardebit ſuper altare.* „Et tu, ſi vis eſſe Sacer„dos Dei, & Sacerdotium agere animæ tuæ, „ſemper tibi ignis fidei, & lucerna ſcientiæ „accenſa ſit. Deinde jubetur, ut campeſtri „lineo præcingatur Sacerdos, & ita veteri „cinere depoſito innovet ſacros ignes. Cam„peſtri enim lineo cingitur, qui luxuriam flu„xæ libidinis cingulo reſtrinxerit caſtitatis; „ante omnia enim Sacerdos caſtitate debet „accingi. Obſervandum etiam eſt, quod aliis „indumentis Sacerdos utatur, dum eſt in Sa„crificiorum miniſterio, & aliis, cum proce„dit ad populum. Hoc faciebat & Paulus, „qui, cum eſt iturus inter perfectos, alia „utitur ſtola doctrinæ; cum vero exit ad eos, „qui incapaces ſunt, mutat ſtolam verbi, & *Lex holocauſti. n. 6.* *Sacerdotum caſtitas.*

„infe-

„inferiora docet, & alios lacte potat, ut parvulos, alios oleribus nutrit ut infirmos, aliis „vero fortes præparat cibos. 1. *Cor*. 2. *v*. 2. *sqq*.

Christus verum Sacrificium, quod vetera figurabant. 5. „Post hoc *Lev*. 6. *v*. 14. *sqq*. mos sacrificandi Sacerdotibus datur, & observantiæ, „quibus coli Deus, vel purificari populus videretur, vel etiam in necessariis victus causa „consuleretur Sacerdotibus, & ministris. . . .
n. 7. „Igitur Sacrificium, pro quo hæc omnia Sacrificia præcesserant, unum, & perfectum
n. 8. „immolatus est Christus: hujus Sacrificii carnem siquis tetigerit, continuo sanctificatur, „si immundus est, mundatur, si in plaga est, „sanatur. . . . Si enim tota fide, omni obedientia accedat ad Jesum, tanquam ad Verbum carnem factum, iste tetigit carnem Sacrificii, & sanctificatus est. . . . Porro *omnes masculi Sacerdotum edant eam*; nulla enim fœmina, nec remissa, & dissoluta anima poterit „edere carnes sanctas Verbi Dei: masculus „quæritur, qui eas edat, & quidem *in loco sancto in atrio tabernaculi*. Audiant hæc, qui „pravas inducentes doctrinas putant se sacras „carnes extra templum Dei, & aulam dominicam posse comedere. Profana sunt eorum „sacrificia, quæ contra legem mandati geruntur. Atria tabernaculi sunt, quæ fidei murus ambit, spei columnæ suspendunt, charitatis amplitudo dilatat, ubi hæc non sunt, „carnes sanctæ nec haberi possunt, nec comedi.
n. 9. „Bene autem, quod & ea, quæ ex Sacrificio „similaginis offeruntur, *plena manu cum oleo offeruntur & thure in odorem suavitatis Domino*. In

„quo

„quo ostendit, quod misericordia quidem, quæ „erga pauperes fit, oleum infundit in Sacrificio Dei; ministerium vero, quod Sanctis defertur, suavitatem thuris imponit: sed hoc „plena manu fieri debere præcipitur.

6. „Jubetur deinde, *Lev.* 6. *v.* 14. *sqq.* ut „Pontifex ex die, qua unctus est, semper, & „in perpetuum offerat similaginem oleo conspersam, & ne ullum Sacrificium Sacerdotis, „quod pro seipso offert, edatur a quoquam, „sed holocaustum fiat. . . . Quod ad Domini „nostri personam refertur; de illius enim Sacrificio, seu verbo, & doctrina nullus edet, „nullus disputat, nullus retractat, sed holocaustum est. Quidquid enim dixit, nullus retractare potest; verba enim ejus non transibunt, sed semper manent, sicut & ipse semper manet. Per ipsum Deo Patri cum Spiritu sancto gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen. *Sacrificium pro Sacerdote.* *n. 10.*

Homilia V.

De hostia pro peccato.

1. „*In loco, quo jugulantur holocausta, occident & id, quod peccati est contra Dominum &c. Lev.* 6. *v.* 24. *seqq.* Vide, quam „multa misericordia & benignitas Dei est, ut „ubi holocaustum jugulatur illud, quod soli „Deo offertur, ibi etiam hostia, quæ pro peccato est, immolari jubeatur: quo scilicet intelligat se, qui peccavit, & pœnitet, & conversus ad Dominum contribulati spiritus hostiam *Hostia pro peccato Christus.* *n. 3.*

„stiam jugulat, in loco jam sancto stare, & „sociari his, quæ pertinent ad Deum, & quidem *in conspectu Domini*: quia non fugit a facie ejus. . . . Quæ est autem hæc hostia, „quæ pro peccatis offertur, & est *Sancta Sanctorum*, nisi Unigenitus Filius Dei Dominus „meus Jesus Christus? . . . Hic etiam est „sacerdos, qui peccata populi comedit & consumit: ipse enim peccata nostra suscepit, & „in semetipso tanquam ignis comedit & consumit. . . . Dicit ergo lex: *Sacerdos, qui obtulerit, edet illud in loco sancto in atrio tabernaculi testimonii.* Consequens enim est, ut „secundum imaginem ejus, qui sacerdotium „Ecclesiæ dedit, etiam ministri & sacerdotes „Ecclesiæ peccata populi accipiant, & ipsi „imitantes Magistrum remissionem peccatorum populo tribuant. Debent ergo & ipsi „Ecclesiæ Sacerdotes ita perfecti esse, & in „sacerdotalibus officiis eruditi, ut peccata populi in loco sancto ipsi non peccando consumant. Porro in Ecclesia Dei locus sanctus „est fides perfecta, charitas de corde puro, „& conscientia bona; qui in his stat in Ecclesia, in loco sancto stare se cognoscat. In „hoc itaque loco positus sacerdos Ecclesiæ „populi peccata consumat, ut hostiam jugulans Verbi Dei, & doctrinæ sanæ victimas „offerens purget a peccatis conscientias auditorum.

Sacerdotes peccata remittunt.

Hostia pro delicto.

n. 4. 2. „Cum S. Scriptura in hostia pro peccato ritum sacrificii tradidisset, nunc mandat sacrificium pro delicto: *Lev.* 7. *v.* 1. *seqq.* „& jubentur adipes arietis, qui sunt circa re-

„nes,

„nes, & qui interiora operiunt, imponi su-
„per altare, ut tu scias, omne, quod intra te
„est crassius, & operit interiora tua, debere
„te offerre igni altaris, ut purgentur omnia,
„& tunc vere purgatus omni vitio libidinis
„jugulasti hostiam pro delicto. *Sacerdotis*, in-
„quit, *qui offeret & repropitiabit illud, ipsius*
„*erit. Lev.* 7. *v.* 9. Discant Sacerdotes, quo-
„rum delicta repropitient. Scilicet, si assum-
„pseris peccatorem, & monendo, docendo
„adduxeris eum ad pœnitentiam, ut ei Deus
„propitius fiat pro delicto, repropitiasse dice-
„ris, & tunc tibi pars datur eorum, quos
„correxeris, ut illorum meritum tua merces
„sit, & illorum salus tua gloria. Intelligant
„igitur Sacerdotes Domini, ubi eis data por-
„tio est, & in hoc vacent: non se inanibus &
„superfluis actibus implicent, sed sciant se in
„nullo alio partem habituros apud Deum, nisi
„in eo quod offerant pro peccatis, id est, a
„via peccati converterint peccatores.

3. Præterea de sacrificio salutari agitur *Lev.* 7. *v.* 11. *sqq.* „Sacrificium hoc in duas „dividit partes, unam laudationis nominat, „alteram voti. . . . Porro ille obtulit sacri- „ficium laudis, pro cujus actibus, pro cujus „doctrina, præceptis, verbo, & moribus, & „disciplina laudatur, & benedicitur Deus . . . „de quo sacrificio præcipitur, ut *non derelin-* „*quatur ab eo usque in mane*: quæ enim ad lau- „des Dei pertinent, nova & recentia esse de- „bent, ne forte cum vetera proferuntur in „Ecclesia, labia loquantur, & mens sine fru-

Sacrificium laudis quale.
n. 7.
n. 8.

n. [?] „ctu sit. . . . Voti vero & voluntatis sacrificium est, quo & secundo die vesci fas est; „quia ex duobus testamentis licet omnium „rerum scientiam capi.

Immunditiæ fructum Verbi Dei impedientes. n. 10.

4. „Ulterius triplices immunditiæ causas „legislator exposuit. *Lev.* 7. *v.* 19. *sqq.* Unam, „ne carnes sacrificiorum aliqua immunditia „contingantur, id est, ne verba divina man„ducentur, quibus immunditia alicujus infide„litatis adjungitur. 1. *Cor.* *v.* 8. Secundum „immunditiæ genus est, ne ipse, qui carnes „edit, immundus sit, id est, ut ad suscipien„da Verbi Dei mysteria prius a profanis acti„bus & immundis operibus separetur. . . . „Tertia est immunditiæ species, qua is, qui „mundus est, si aliquid contigit immundum, „non tam suo peccato, quam aliena conta„gione polluitur, ut puta, siquis societur „amicitiis, & consortio hominis lividi, vel „iracundi, vel adulteri &c. iste est, qui „contigit immundum secundum Apostolum. „1. *Cor.* 5. *v.* 9.

Sacerdotum offerentium sanctitas. n. 12.

5. Præterea *Lev.* 7. *v.* 28. sacrificium salutare dicitur, „quod nemo offert Domino, nisi „qui sanus est, & salutis suæ conscius gratias „Domino refert. Nemo ergo, qui æger est „animo & languidus in operibus, offerre potest „sacrificium salutare. *Manus* autem *ejus*, in„quit, *offerent hostiam Domino*, id est, opera „ejus; opera namque sunt, quæ commendant „hostiam Deo. . . Offeret etiam adipes, qui „super pectusculum sunt, quod intellige esse „cor

„cor tuum, de quo tibi auferendæ sunt malæ „cogitationes. . . . Sed & pinnam jecoris „præcepit offerendam, id est, vitium iræ & „furoris. . . . Porro pectusculum & brachium „dextrum muneris loco cedit Sacerdoti. Tale „quippe debet esse Sacerdotis pectus, quod „plenum sit sapientia, plenum scientia, ple„num intelligentia, plenum Deo, quale est & „brachium Sacerdotis, quod mala ejus opera „& sinistra convertit in dextra. . . . Sed & „quod dicit *pectusculum appositionis*, significat, „ut apponatur ei gratia Spiritus S. Et *bra„chium demtionis* notat, ut scias, quæ sunt „opera lucis & tenebrarum; vel cum separa„veris te ab omni fratre inquiete ambulan„te. . . . Et hæc est portio æterna sacerdo„tibus data, in qua dignos nos facere digne„tur, ut per cordis puritatem & operum pro„bitatem, in divino sacrificio habere partici„pium mereamur per æternum Pontificem & „Salvatorem nostrum Jesum Christum, per „quem est Deo Patri cum Spiritu S. gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VI.

De Indumentis Pontificis, & Sacerdotum.

„Accepit Moyses secundum præceptum „Domini Aaron & filios ejus, *Lev.* 8. *v.* 1. *sqq.* & primo quidem lavit, postea vero induit eos, nisi enim lotus fueris a nequitiis „tuis, *Is.* 1. *v.* 16. non potueris induere Do„minum Jesum Christum. *Rom.* 13. *v.* 14. La„vet te igitur Moyses, id est, Lex Dei, ip„ *Sacerdotum consecratio & lotio. n. 2.*

„sordes tuas diluit, ipsa, si audias eam, pec-
„catorum tuorum maculas abstergit. Ipse est
„Moyses, hoc est lex, quæ sacerdotes conse-
„crat. . . . Sed & vos, qui sacrum Baptis-
„ma desideratis accipere, prius debetis ex
„lege purgari, audito Verbo Dei vitiorum
„germina resecare, & mores barbaros compo-
„nere, ut mansuetudine & humilitate suscepta
„possitis gratiam S. Spiritus capere. *Is*. 66. *v*. 2.

Pontificis eligendi qualitates. n. 3.

2. „Videamus nunc, quali ordine Ponti-
„fex constituitur. *Convocavit*, inquit, *Moyses*
„*Synagogam &c. Lev*. 8. *v*. 4. Requiritur enim
„in ordinando Sacerdote & præsentia populi,
„ut sciant omnes, quia qui præstantior est ex
„omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui
„in omni virtute eminentior, ille eligitur ad
„Sacerdotium. 1. *Tim*. 3. *v*. 7. . . . Deinde

Indumenta Pontificis explicantur.

„Moyses lavit electum, & induit. Quali indu-
„mento? Tunica inquit, & præcinxit eum
„Zona, & iterum vestivit eum tunicam tala-
„rem, vel ut alibi legimus, interiorem. . .

Duæ tunicæ.

„Habebat ergo Pontifex duas tunicas, unam
„ministerii carnalis, & aliam intelligentiæ spi-
„ritalis: sciebat, quia ad sacrificia spiritali
„offerri debent Deo, offerebat tamen nihilo-
„minus & carnalia: Apostolis vero, ut hujus-
„modi secundum litteram legis observantia
„penitus repudiarent, sufficit una tunica
„*Luc*. 3. & hæc interior. . . . Imponit tamen

Humerale.

„Moyses Pontifici & *humeralem*: humeri autem
„operum figuram tenent. Vult ergo Pontifi-
„cem esse etiam in operibus ornatum, ne
„sufficiat sola scientia, quia *qui fecerit & di-*

„cu-

„*uerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*,
„*Matth.* 5. *v.* 19.

3. „*Et cinxit eum*, inquit, *secundum factu-* *Cingulum.*
„*ram humeralis.* Quod est duplex istud *cingu-*
„*lum*, quo constrictum vult esse omni ex parte
„Pontificem? Constrictus sit in verbo, con-
„strictus in opere, expeditus ad omnia, nihil
„remissum, nihil habeat dissolutum. Accin-
„ctus sit animi virtutibus, constrictus sit a cor-
„poralibus vitiis, nullum animæ lapsum, nul-
„lum corporis timeat, utroque semper cingu-
„lo utatur, ut sit sanctus corpore & spiritu....
„Sed videamus, quid logium, id est *rationale*, *Rationale.*
„significet. Sapientiæ indicium est, quia sa-
„pientia in ratione consistit: sed quæ sit sa-
„pientiæ hujus virtus, ostendit; imponit enim
„rationali manifestationem & veritatem: non
„enim sufficit Pontifici habere sapientiam, &
„scire omnium rationem, nisi possit etiam po-
„pulo manifestare, quæ novit. Ponitur au-
„tem super illud & veritas, ut non illa ad-
„struat, quæ proprio potest excogitare inge-
„nio, sed quæ veritas habet. Sed & ipse or-
„do rerum, quam sanctus sit, intuere. Non
„ante logium & postea humerale, quia non
„ante sapientia, quam opera; nec ante ma-
„nifestatio, quam rationale, quia non ante alios
„docere, quam nos instructi & rationabiles
„esse debemus. Super hæc autem additur
„veritas, quia veritas est summa sapientia.

4. „Præterea Pontifex accipit primo cida- *Mitra.*
„rim, & post hæc superimponitur ei mitra,

„ante faciem vero eſt lamina aurea ſanctifi-„cata, in qua ſculptum dicitur vocabulum Dei, „eoquod omnium eminentior ſcientia Dei ſit.„ Atque hæc omnia quivis Chriſtianus ſibi applicare poteſt.

Minorum Sacerdotum indumenta.

5. „Attendendum vero eſt, quæ ſit diffe-„rentia minorum Sacerdotum ad majora Sa-„cerdotia: illis enim tantum cidaris & zonæ, „quæ tunicam ſtringant, dantur. . . . Unum „eſt Sacerdotii nomen, ſed non una vel pro „vitæ merito, vel pro animi virtutibus digni-„tas: & ideo ſiquis in ſcientia, vel in acti-„bus, vel in doctrina talis ſit, ſicut expoſui-„mus, ſciat ſe ſummum Sacerdotium non ſo-„lum nomine, ſed & meritis obtinere; alio-„quin inferiorem ſibi gradum poſitum noverit, „etiamſi primi nomen acceperit. . . . Porro „femoralia Pontificis hic non memorantur, „quæ tamen in Exodo aſſignantur, quia non „ſemper Sacerdotum antiquorum femora & „renes erant conſtricti; aliquando enim & de „poſteritate generis, & de ſucceſſu ſobolis „indulgetur. Sed ego in Sacerdotibus Eccle-„ſiæ hujusmodi indulgentiam non introduxe-„rim. Poſſunt tamen & in Eccleſia Sacerdo-„tes filios per prædicationem Evangelii ge-„nerare, *Gal.* 4. *v.* 19. qui tamen conſtrictis „femoralibus abſtinent a generando, cum ta-„les invenerint auditores, in quibus ſciant, „fructum ſe habere non poſſe. . . . Imite-„tur ergo Pontifex Moyſen, imitetur Aaron: „Quid enim dicitur de eis? quia non diſce-„dunt de tabernaculo Domini. Erat ergo „Moy-

Cœlibatus Sacerdotum.

Officia Sacerdotum.

„Moyses indesinenter in tabernaculo Domini.
„Quid autem opus ejus erat? ut aut a Deo di-
„scat legendo Scripturas divinas, & sæpius
„meditando, aut populum doceat: sed illa do-
„ceat, quæ a Deo didicerit, non ex proprio
„sensu, sed quæ Spiritus S. docet. Est & il-
„lud opus, quod facit Moyses. Ad bella non
„vadit, non pugnat contra inimicos. Quid
„facit? orat: & donec ille orat, vincit popu-
„lus ejus; si relaxaverit, & dimiserit manus,
„populus ejus vincitur, & fugatur. Oret ergo
„& Sacerdos Ecclesiæ indesinenter, ut vincat
„populus, qui sub ipso, & hostes invisibiles
„Amalechitas, qui sunt dæmones, impugnan-
„tes eos, qui pie volunt vivere in Christo Jesu
„Domino nostro, cui est gloria, & imperium
„in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VII.

De abstinentia a vino pro Sacerdotibus, & cibis mundis, & immundis.

1. „Lex evidens datur & Sacerdotibus, & „Principi Sacerdotum, ut, cum acce- „dunt ad altare, vino abstineant, & omni po- „tu, quod inebriare potest, quod Scripturæ „divinæ appellatione vernacula, siceram mo- „ris est nominare. *Lev.* 10. *v.* 8. *sqq.* Vult er- „go sermo divinus sobrios in omnibus esse Do- „mini Sacerdotes..., Sobrietas enim omnium „virtutum mater est, sicut econtrario ebrietas „omnium vitiorum. . . . Sola namque est, „quæ sola cum corpore animam debilem red- „dat. Omnia membra debilitat, pedem, ma-

Ebrietas Sacerdotibus prohibetur. n. 1.

„num, linguam resolvit, oculos tenebrat, men-
„tem velat oblivio, ut hominem se nesciat esse,
„nec sentiat.

Pectusculum separationis alta Dei cognitio. n. 3.

2. „Ulterius dicit Scriptura: *Pectusculum „segregationis, & brachium ablationis manducabis in loco sancto* &c. *Lev.* 10. *v.* 14. Si po„tuero de Deo sentire, quæ magna, quæ sancta, quæ vera sunt, & secreta, tunc manducabo pectusculum segregationis, cum id, „quod ab omni creatura eminet, & segrega„tur, agnovero. . . . Sed & brachium sepa„rationis, vel ablationis opera sunt eminen„tiora cæteris, quæ Christus primum, postea „ejus Apostoli comederunt.

Animalia munda, & immunda explicantur. n. 6.

3. „Sed jam videamus, quæ de mundis, „atque immundis vel cibis, vel animalibus le„cta sunt.„ Ubi Origenes sensum litteralem S. Scripturæ male rejecit. Huetius *Origen. l.* 2. *q.* 13. *n.* 2. probat. Et deinde leges de cibis, & animalibus mundis, & immundis mystice ita exponit: „Primum videamus, qui sunt isti, „qui ruminant, & ungulam dividunt, quos „mundos appellat. Ego arbitror, illum dici „ruminare, qui operam dat scientiæ, & in le„ge Domini meditatur die, ac nocte. Sed au„di, quomodo dictum est: *Qui dividit ungulam, „& revocat ruminationem. Lev.* 11. *v.* 3. Revo„cat ergo ruminationem, qui ea, quæ secun„dum litteram legit, revocat ad sensum spiri„talem. Sed, si mediteris legem divinam, & „ea, quæ legis, ad spiritalem intelligentiam „revoces, vita autem tua, & actus tui non

„sint

„sint tales, ut habeant discretionem vitæ præ-„sentis, & futuræ, si non ista competenti ra-„tione discernas, & dividas, camelus es tor-„tuosus, nec angustam viam a spatiosa discer-„nis. Item sunt, qui legem Dei in ore ha-„beant, sed vita, & actus sui a verbis eorum, „& sermonibus discrepant: isti ruminant qui-„dem, sed ungulam non dividunt, & ideo im-„mundi sunt. Et iterum est alius ex his, qui „extra religionem nostram, vel nobiscum sunt, „qui dividunt quidem ungulas, & ita incedunt „in viis suis, ut actus suos ad futurum sæcu-„lum præparent; multi enim & ex Philoso-„phis ita sapiunt, & futurum esse judicium cre-„dunt: hoc & hæreticorum nonnulli faciunt: „sed horum uterque non ruminat, nec revocat „ruminationem; non enim ea, quæ in lege „Dei scripta sunt, audiens meditatur, ac re-„vocat ad spiritalem intelligentiam, sed statim „ut audierit aliquid, aut contemnit, aut de-„spicit.

4. „Hæc quidem generaliter dicta sint de „animalibus: illa vero, quæ in aquis sunt, „quia dicuntur, siquidem habeant pinnas, & „squamas, munda esse, si vero non habeant, „immunda, nec edi debere: illud in his osten-„ditur, ut, siquis est in mari vitæ hujus, ta-„men debeat satis agere, ut non in profundis „jaceat aquarum, sicut sunt dicti pisces, qui „semper in imis, & circa ipsum cænum de-„morantur, sicut sunt anguillæ, quæ non pos-„sunt ascendere ad aquæ summitatem: illi ve-„ro pisces, qui pinnulis juvantur, ac squamis

Immundi pisces explicantur.

„muniuntur, ascendunt magis ad superiora. „Talis est ergo Sanctus quisque, qui intra re- „tia fidei conclusus bonus piscis a Salvatore „nominatur; non enim resurrexisset de cœno „incredulitatis, nec ad rete fidei pervenisset, „nisi pinnis adjutus ad superiora venisset. Quid „est autem, quod & squamas habere dicitur? „tamquam qui paratus sit, vetera indumenta „deponere; hi enim, qui squamas non habent, „velut ex integro carnales sunt, qui deponere „nihil possunt. . . . Similiter autem de avi-

Item aves. „bus: *Non manducabis*, inquit, *hæc*, *quia im-* „*munda sunt. Lev.* 11. *v.* 13. *aquilam*, *& vultu-* „*rem* &c. His etenim avibus semper mortuo- „rum corporum cibus est. Omnes ergo, qui „hujusmodi vitam gerunt, immundi habendi „sunt. Ego puto, & illos in his nominari, „qui alienis incubant mortibus, & arte qua- „dam, vel fraude testamenta subjiciunt. . . . „scio & alia volatilia, quæ raptu vivunt. Hæ „sunt animæ, quæ secundum hoc quidem, „quod imbutæ sunt liberalibus disciplinis, vola- „tilia videntur: si vero inique agant, & diri- „piant proximos, ut, cum in verbis videatur „esse eruditio cœlestis, in actibus vero carna- „lia opera gerant, recte vultures, vel aquilæ „dicendi sunt, quæ de excelsis ad carnes mor- „tuas delabuntur. Ad hoc etiam referenda „sunt volatilia obscuritatem, & tenebras aman- „tia; *omnis enim*, *qui male agit*, *odit lucem*, „*Joan.* 3. *v.* 20. ut sunt noctuæ, & vesperti- „liones, & cætera, quæ lex pronuntiavit im- „munda. A quibus omnibus spiritali nos ob- „servantia custodientes, & cibum ex mundis

„ani-

„animalibus appetentes, etiam ipsi puri effi„ciamur, & mundi per Christum Dominum „nostrum, per quem est Deo Patri cum Spiri„tu sancto gloria, & imperium in sæcula sæ„culorum. Amen.

Homilia VIII.

De Purificatione mulieris post partum, diversitate lepræ, ac purificationibus leprosi.

I. „*Mulier quæcunque susceperit semen, & pe„pererit masculum, immunda erit septem „diebus. Lev.* 13. *v.* 2. Illud, quæ conceperit „semen non ex superfluo additur: nam hæc „simul dicta sunt, ne Maria, quæ juxta Pro„phetas semine non suscepto peperit mascu„lum, putaretur immunda esse genito Salva„tore. Sed si nobis aliquis occurrat argutus, „& dicat, quia & Maria mulier in scripturis „*Gal.* 4. *v.* 4. nominatur: respondebimus ei, „quia Apostolus mulierem non pro corruptela „integritatis, sed pro sexus indicio nomina„vit. . . . Est porro & ætatis istud vocabu„lum, qua fœminino sexui de annis pubertatis „exceditur, & ad id tempus, quo habilis viro „videatur esse, transitur: sic & e contrario vir „appellatur is, qui adolescentiæ tempus ex„cesserit, etiamsi uxorem non habeat, cujus „vir esse dicatur. . . . Hæc ergo dicta sint „nobis de eo, quod observavimus scriptum, „quia non superfluo addit legislator, *concepto „semine*, sed esse exceptionem mysticam, quæ „solam Mariam a reliquis mulieribus segrega„ret, cujus partus non ex conceptione semi„nis,

B. V. Maria Virgo in partu. n. 2.

„nis, sed ex præsentia S. Spiritus, & virtu-
„te Altissimi fuerit.

Lex Purificationis post partum. n. 3.

2. „Nunc vero requiramus etiam illud, „quid causæ sit, quod mulier non solum, „cum semen conceperit, immunda fieri dici„tur, sed & cum pepererit, & tamquam pec„cati rea offerre jubeatur hostiam pro pecca„to, & ita purificari. Sed & ille ipse, qui „nascitur, sive virilis, sive fœminei sexus sit, „pronuntiat de eo Scriptura, *quia non sit mun„dus a sorde, etiamsi unius diei sit vita ejus.* „*Job.* 15. *v.* 4. Et ut scias, esse in hoc gran„de, nescio quid, & tale, quod nulli Sancto„rum ex sententia venerit, nemo ex omnibus „Sanctis invenitur, diem festum egisse in die „natalis sui, quin & Spiritu S. repleti exe„crantur hunc diem, ut Jeremias *cap.* 20. & „*v.* 14. Item *Job.* 3. *v.* 3. . . . Quodsi placet „audire, quid etiam alii Sancti de ista nati„vitate senserint, audi David dicentem: *In* „*iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis pe*„*perit me mater mea. Ps.* 50. *v.* 7. ostendens, „quod, quæcunque anima in carne nascitur, „iniquitatis, & peccati sorde polluitur: & „propterea dictum est illud: *Nemo mundus a* „*sorde* &c. *Job.* 14. Addi his etiam illud po„test, ut requiratur, quid causæ sit, cum „Baptisma Ecclesiæ pro remissione peccatorum „detur, secundum Ecclesiæ observantiam etiam „parvulis Baptismum dari, cum utique, si nihil „esset in parvulis, quod ad remissionem de„beret & indulgentiam pertinere, gratia Bap„tismi superflua videretur.

Peccatum originale.

3. „Jam

3. „Jam nunc de legibus lepræ pertractan„dum est. Invenimus ergo sex species pro„positas esse de hominum lepra, quæ descri„buntur, *Lev.* 13. per quas designantur pec„cata, quæ in hac vita positi committimus, „ex quibus aliqua curari nunc possunt, aliqua „vero non possunt. Deinde ex illis, quæ post „hanc vitam nobiscum transeunt, ex quibus „quædam ita animabus infixa sunt, ut ne„queant aboleri: alia vero sunt, quæ purga„tionem possunt recipere, secundum judicium „Pontificis illius, quem occulta latere non „possunt, quique dispensabit animas singulo„rum, secundum hoc, quod in eis maculas „lepræ aut expiabiles, aut inexpiabiles vide„rit . . . *Prima* ergo species lepræ est, si in „cute corporis fit cicatrix, & signum exalbi„dum. Transi nunc a legis umbra ad veri„tatem, & intuere, quomodo anima, quæ „peccati vulnus acceperit, etiamsi curetur, „tamen habet peccati cicatricem in loco vul„neris residentem, quæ a Deo non solum „videtur, sed & ab eis, qui acceperunt ab „eo gratiam, qua pervidere possint animæ lan„guores, & discernere, quæ sit anima ita cu„rata, ut omni genere vestigium illati vulne„ris abjecerit. . . . Si enim rursum in istam „cicatricem peccati prioris indicium innove„tur, tunc fit in cute corporis nostri conta„gio lepræ.

Variæ lepræ peccatorum species. n. 5.

Purgatorium.

4. „*Secunda* vero species est lepræ, *si efflo„ruerit in cute, ita ut tegat omnem cutem* &c. „mundi ergo isti a lepra, id est, a peccato „im-

Secunda species. n. 6.

nificat. Rasio pilorum abjectionem omnis operis emortui notat. Lotio corporis munditiem corporis designat. Rasio pilorum capitis, errores contra fidem, barbæ, contra simplicitatem, superciliorum, contra humilitatem resecandos denotat. Deinde duos agnos immaculatos offerre jubetur, quorum unus formam virtutis, alter integritatem significat: ovis vero offerenda fœcunditatem in bonis operibus, similago consperfa oleo misericordiam, septena vero consperfio septemplicem S. Spiritus virtutem denotat. „Sic ergo conversis a pec„cato purificatio quidem per illa omnia da„tur, donum autem gratiæ Spiritus per olei „imaginem designatur, ut non solum purga„tionem consequi possit is, qui convertitur a „peccato, sed & Spiritu S. repleri, quo & re„cipere priorem stolam, & annulum possit, & „per omnia reconciliatus Patri in locum filii „reparari per ipsum Dominum nostrum Jesum „Christum, cui est gloria, & imperium in sæ„cula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

De Sacrificiis Repropitiationis.

Quomodo orationes Deo offerenda. *a.* 1.

1. „*Et dixit Dominus ad Moysen: loquere ad „Aaron fratrem tuum, ut non intret omni „hora in Sancta interiora &c. Lev.* 16. *v.* 1. *sqq.* „Omnes nos iste sermo contingit; præcepit „enim, ut sciamus, quomodo accedere debea„mus ad altare Dei, super quod offerimus ora„tiones nostras Deo, ut sciamus, quomodo „debeamus offerre, scilicet, ut deponamus ve-

„stimen-

„stimenta sordida, quæ est carnis immunditia, „morum vitia, inquinamenta libidinum. . . . „Ut ergo Deo hostiam laudis, hostiam oratio„num, misericordiæ, pudicitiæ, justitiæ, san„ctitatis digne offeras, indumentis tibi opus „est mundis, & segregatis a reliquorum ho„minum communibus indumentis, & ignem „divinum necessarium habes, non aliquem alie„num a Deo, sed illum, qui a Deo hominibus „datur, de quo Filius Dei dicit, *ignem veni mit„tere in terram. Luc.* 12. *v.* 45. Si enim non „hoc igni utamur, sed illo, qui se transfigu„rat sicut Angelum lucis, eadem sine dubio „patiemur, quæ Nadab passus est, & Abiud.

Christus Pontifex, ejusque indumenta. n. 2.

2. „Oportet ergo nos quærere Pontificem, „qui semel in anno, id est, per omne hoc præ„sens sæculum Sacrificium obtulit Deo, qui „*tunica linea sanctificata induetur. Lev.* 16. *v.* 4. „Linum de terra oritur: tunica ergo sanctifica„ta linea induitur verus Pontifex Christus, „cum naturam terreni corporis sumit.... San„ctificata autem fuit tunica carnis Christi; non „enim erat ex semine viri concepta, sed ex S. „Spiritu generata. . . . Quia vero caro ejus „neque nuptiis, neque filiorum procreationi „patuit, invenies, qualiter *femoralia linea* san„ctificata habuerit. . . . Zona quoque Pon„tifex linea cingitur, & cidarim lineam impo„nit super caput suum. . . . Et quivis etiam „excolit caput suum, si mentem suam adorna„verit sapientiæ disciplinis.

De hirco emissario. n. 3. 3. „Jam vero de hostiis. . . . A populo „jubentur offerri hirci duo, unus, qui dimit„tatur in eremum, qui & Apopompæus no„minatur, & unus, qui Domino offeratur: „sors tamen cadit super utrumque: & ille qui„dem, qui in eremum dimittitur, dicitur, „quod auferat super se peccata filiorum Israel.

n. 4. „Sed videamus, quis est hic, qui accipit eum, „cujus sors Apopompæi facta est, ut eum ad„ducat in eremum? *Lev.* 16. *v.* 21. Finis sor„tis hujus est locus desertus omni bono. Et „nos ergo singulos manet sors una e dua„bus; aut enim bene agentes sors Domini „sumus, aut male agentes sors nostra nos „ducit ad eremum, uti patet ab exemplo La„zari, & divitis epulonis. *Luc.* 16. Si enim „bene vixeris, si fregeris esurienti panem &c. „sortem tuam facies Dominum: si vero libi„dini inservias, &c. sortem tuam fecisti Apo„pompæi, ut abducaris in eremum per ma„num ministri Dei, qui in hoc ipsum a Deo „ordinatus est, & ideo *paratus* appellatur, „quia personam nullius erubescit, nec divitis, „neque potentis, nec Regis, nec Sacerdotis. „Vis autem scire, quia ad nos pertinent, quæ „dicuntur? animalia hæc, quæ sortes istas „excipiunt, non sunt immunda, sed quæ in „Sacrificiis offerri solent; ut scias, hæc figu„ram tenere non eorum, qui extra fidem sunt, „sed eorum, qui in fide sunt. Et tu ergo „per gratiam Baptismi consecratus es altari„bus Dei, & animal factus es mundum, sed „si rursum te peccati inquinamento maculasti, „tuo vitio sorti te Apopompæi tradidisti.

4. „Po-

4. „Potest fortaffis, & alio modo homo *Christus*
„*paratus*, & mundus etiam ipse Dominus, & *hircum*
„Salvator noster intelligi, qui sortem quidem *emittens.*
„Domini Ecclesiam suam fecerit, eamque di- *n. 5.*
„vino consecrarit altari, sortem vero Apo-
„pompæi contrarias fecerit potestates, quos
„*cum potestate traduxit, triumphans eos in se-*
„*metipso. Coloss.* 12. *v.* 14. Quo traduxit, nisi
„ad eremum, ad loca deserta; nemo enim
„alius poterat triumphare, & abducere in ere-
„mum inferni, nisi ipse solus. Idcirco ergo
„necessarium fuit, Dominum, & Salvatorem *Christi de-*
„meum ad inferna descendere, ut sortem Apo- *scensus ad*
„pompæi tamquam homo paratus in eremum *inferos.*
„inferni deduceret, atque inde regressus opere
„consummato ascenderet ad Patrem, ut car-
„nis nostræ pignus perpetua puritate donaret.
„Hic ergo est verus dies propitiationis, cum
„propitiatus est Deus hominibus.... Porro
„hic dies propitiationis manet nobis, usque-
„quo occidat sol, id est, usquequo finem mun-
„dus accipiat. Stamus enim nos pro foribus
„operientes Pontificem nostrum commoran-
„tem intra Sancta Sanctorum, id est, apud
„Patrem, & exorantem pro peccatis eorum,
„qui se exspectant; non enim exorat pro his,
„qui in sortem veniunt ejus hirci, qui emit-
„titur in desertum. An tu putas, qui vix
„diebus festis ad Ecclesiam venis, nec inten-
„tus es ad audienda verba divina, nec das
„operam ad implenda mandata, quod possit
„sors Domini venire super te? Optamus ta-
„men, ut his auditis operam detis meditari
„in lege Domini die, ac nocte, in via, in

 „domo

„domo &c.; hoc enim vere eſt, pro foribus „exſpectare Pontificem morantem, intra San- „cta Sanctorum, & effici in ſortem Domini.

Sors Domini quænam. n. 6.

5. „Sors autem Domini ita intelligenda eſt, „tanquam ſi diceretur electio Domini, vel pars „Domini: & rurſum ſors ejus, qui in eremum „mittitur, accipienda eſt vel pars illa, quæ „pro indignitate ſui a Domino abjicitur. Ex „quo poſſumus etiam illud intelligere, v. g. „aſcendit in cor tuum mala cogitatio &c., in- „tellige ſtatim, hanc eſſe de ſorte Apopompæi, „abjice confeſtim, & expelle de corde tuo. Si „vero aſcendat in cor tuum, cogitare, quæ „Dei ſunt &c.: hæc de ſorte ſunt Domini, „hæc offeruntur ad altare, hæc Pontifex ſuſci- „pit, & in his reconciliat tibi Deum. Propte- „rea ergo & is, qui ejicit Apopompæum, pa- „ratus eſt, qui, etiamſi ſordeſcere videatur „pro eo, quod contigerit immundum, lavabit „ſtatim veſtimenta ſua, & erit mundus. Quod „intelligere poſſumus de unoquoque noſtrum „eſſe hominem paratum rationem ipſam, quæ „intra nos eſt, per quam diſcretio nobis boni, „malique eſt.

Concupiſcentia in nobis ignis eſt. n. 7.

6. „Videamus poſt hæc, quæ Pontifex fa- „ciat. *Et ſumet*, inquit, *plenum batillum carbo- „nibus ignis de altari, quod eſt contra Dominum. „Lev.* 16. *v.* 12. Mihi videntur myſtica hæc „eſſe, & hoc indicare, quod unicuique ſecun- „dum id, quod peccat, ſi dignum ſit purificari „eum, inferantur carbones membris ejus. . . . „Nos vero, vereor, ne ignem membris ſingu- „lis

„lis non mereamur. Cum enim lasciviunt ocu„li per illicitas concupiscentias, quid aliud nisi „ignem sibi congregant? cum aures a detra„ctionibus &c., manus a rapinis &c., pedes „ab effundendo sanguine, corpus a fornicatio„nibus non continetur, quid aliud nisi totum „corpus tradimus ad gehennam? At hæc, „cum dicuntur, contemtui habentur, quia fi„des deest, quam Verbo Dei nutrire negligi„mus. . . . Nutrimenta spiritus sunt divina „lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ, „quod, quia non facitis, nolite dicere: volu„mus continenter vivere, sed carnis fragilitate „decipimur: tu das stimulos carni tuæ, tu „eam adversus spiritum tuum armas, cum eam „carnibus satias, vino nimio inundas, omni „mollitie palpas, & ad illecebras nutris.

7. „*Accipiet* ergo *batillum plenum carbonibus*. *Quo igne peccata purgentur.*
„Non omnes eo igne purgantur, qui de altari „assumitur. Aaron purgatur illo igne, & Isaias „*Is.* 6. *v.* 7. qui vero non sunt tales, alio igne n. 8.
„extra altare, & proprio peccantium purgabun„tur, de quo dicitur: *Ignis eorum non extingue„tur. Is.* 66. *v.* 24. quem sibi ipsi accenderunt. „*Is.* 50. *v.* 11. Isaiæ autem ignis altari ap„ponitur, & huic, de quo dicitur: *implebit „manus suas incenso compositionis minuto. Lev.* 16. „Quod plenius Christus fecit, qui implevit „manus suas sanctis operibus ex justitia, pie„tate &c. compositis, quæ pro humano gene„re operatus est. . . . Pontifex etiam, & Sal„vator noster aperit manus suas, & suscipere „vult ab unoquoque nostrum incensum com-

„*tem, si jejunas, unge caput tuum &c. Matth.* 6.
„*v.* 18. non oleo peccati, sed exultationis, &
„misericordiæ, ita ut misericordia, & fides
„non deserant te. . . . Vis, tibi adhuc osten-
„dam, quale te oportet jejunare jejunium?
„jejuna ab omni peccato, nullum cibum su-
„mas malitiæ, nullas capias epulas volupta-
„tis, nullo vino luxuriæ concalescas. Jejuna
„a malis actibus, abstine a malis sermonibus,
„contine te a cogitationibus pessimis. Noli
„contingere panes furtivos perversæ doctrinæ,
„non concupiscas fallaces Philosophiæ cibos,
„qui te a veritate seducant. Tale jejunium
„Deo placet. Abstinere vero a cibis, quos
„Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum
„actione fidelibus, & hoc facere cum his, qui
„Christum crucifixerunt, acceptum esse non
„potest Deo: illi jejunent, qui perdiderunt
„sponsum, nos habentes nobiscum sponsum
„jejunare non possumus. Nec hoc tamen ideo
„dicimus, ut abstinentiæ christianæ fræna la-
„xemus; habemus enim quadragesimæ dies
„jejuniis consecratos, habemus quartam, &
„sextam septimanæ dies, quibus solemniter je-
„junamus. Est certe libertas Christiano per
„omne tempus jejunandi non observantiæ su-
„perstitione, sed virtute continentiæ; nam
„quomodo apud eos castitas incorrupta serva-
„tur, nisi arctioribus continentiæ fultæ subsi-
„diis? quomodo scripturis operam dabunt,
„nonne per continentiam ventris, & gutturis?
„Hæc ergo Christianis jejunandi ratio est. Sed
„est & alia adhuc religiosa; invenimus enim
„in quodam libello ab Apostolis dictum: *Bea-*
„*tus*

Jejunium quadragesimale, & quartæ, & sextæ feriæ.

„*tus est, qui etiam jejunat pro eo, ut alat paupe-*
„*rem.* Hujus jejunium valde acceptum est
„apud Deum, & revera digne satis: imitatur
„enim illum, qui animam suam posuit pro
„fratribus suis. Quid ergo veteribus pannis
„nova indumenta miscemus. Vetera transie-
„runt, ecce facta sunt omnia nova per Chri-
„stum D. N. cui est gloria, & imperium in
„sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XI.

De eo, quod scriptum est: sancti estote, quia & ego sanctus sum &c.

1. „Nuper in auribus Ecclesiæ recitatus est „sermo Dei: *Estote sancti, quia & ego* „*sanctus sum Dominus Deus vester. Lev.* 20. *v.* 26. „Nomen hoc *sanctus* quid significet in Scri- „pturis divinis, diligentius requirendum est, „ut cum vim verbi didicerimus, etiam opus „ejus possimus implere: non enim solum ho- „mines, sed etiam muta animalia, vasa mi- „nisterii, vestimenta, & loca in urbibus sacer- „dotibus deputata sancta vocantur. Dicuntur „autem hæc sancta, quod eis ad humanos & „communes usus uti non liceat, sed tantum „ad divina mysteria. Consequenter ergo in- „tellige, quod his observationibus, & legibus „etiam homo sanctus appelletur. Siquis enim „seipsum devoverit Deo: siquis nullis se ne- „gotiis sæcularibus implicaverit, ut ei pla- „ceat, cui se probavit, iste merito sanctus ap- „pellatur. . . . Tu ergo, qui hæc audis: *sancti* „*estote &c.* separa te ab omni non solum ho-

Sancta quænam & quare dicantur. n. 1.

„mine, ſed & fratre inquiete ambulante, & „non ſecundum traditiones Apoſtolicas; ſepa„ra te a terrenis actibus, ſepara te a concu„piſcentia mundi, & devove te Deo tamquam „primogenitum vitulum, nec jugum tibi im„ponat malitia. Segrega te tamquam phialæ „ſanctæ, & ſancta thuribula, ſoli Dei mini„ſterio vacans. Separa te ab omni pollutione „peccati, & eſto ſegregatus in templum Dei „tamquam ſancta indumenta Pontificis. . . . „*Sancti* ergo *eſtote*, dicit Dominus, *quia & ego* „*ſanctus ſum.* Sicut ego, inquit, ſegregatus „ſum ab omnibus, quæ adorantur ſive in „cœlo, ſive in terra, & ſicut ego excedo, & „ſegregor ab omni creatura a me facta, ita „& vos ſegregati eſtote ab omnibus, qui non „ſancti, nec Deo dicati. Segregari autem di„cimus non locis, ſed actibus, nec regioni„bus, ſed converſationibus.

Patri, & matri non maledicendum. n. 3.

2. „Inter cætera peccata, quæ morte pu„niuntur, refert divina lex, *quod & qui male„dixerit patri aut matri, morte moriatur. Lev.* „20. *v.* 9. Nomen Patris grande myſterium „eſt, & nomen matris arcana reverentia eſt. „Pater tibi ſecundum Spiritum Deus eſt: ma„ter Jeruſalem cœleſtis. *Deut.* 32. *v.* 6. & *Gal.* „4. *v.* 26. Secundo tibi pater eſt carnis pa„ter, cujus miniſterio in carne natus es. Quia „ergo tam ſacratum eſt nomen Patris, idcirco „qui maledixerit patri aut matri, morte mo„rietur. Similia etiam de matre exiſtimanda „ſunt, cujus labore, cura, & miniſterio, & „natus & nutritus es. Et ideo oportet te ſe„cun-

„cundum Apostolum parem gratiam referre „parentibus: si enim dehonoraveris patrem „carnalem, hujus contumelia ad Patrem spi„rituum redit; & si injuriam feceris matri „carnali, ad illam matrem Jerusalem cœle„stem redundat injuria. Et ideo nullo genere „adversum patrem aut matrem, ne verbo qui„dem habendum certamen est, aut movenda „contradictio. Pater est, mater est, ut ipsis „videtur, agant, faciant, dicant, ipsi nove„rint: quantumcunque detulerimus obsequii, „nondum reddimus vicem gratiæ, qua geniti „sumus, qua portati, qua hausimus lucem, „qua nutriti sumus, fortasse & eruditi, & ho„nestis artibus instituti: & ipsis fortassis au„ctoribus agnovimus Deum, & ad Ecclesiam „venimus, & sermonem divinæ legis audivi„mus. Propter hæc ergo omnia, quicunque „maledixerit patri aut matri, morte morietur. „Quodsi hæc de corporalibus parentibus de„cernuntur, quid illi facient, qui Deum ma„ledicis vocibus lacessunt. . . . Bonum ergo „est observare, nequando aut carnalem pa„trem, aut cœlestem minus digna honorifi„centia veneremur, similiter & matrem, ob„servare etiam omne mandatum, quod nobis „castitatem commendat, ut neque in præsenti „vita secundum legem obnoxii simus morti, „neque secundum spiritalem legem futura nos „pœna maneat ignis æterni, ex quo effugere „nobis concedat D. N. Jesus Christus, cui est „gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.

Homi-

Homilia XII.

De magno Sacerdote.

Christus magnus Pontifex. n. 1. 2.

1. „Omnis, qui inter homines ſacerdos eſt, „ad Chriſtum Sacerdotem parvus eſt „& exiguus. Quippe verè magnus ſacerdos „eſt, qui peccata dimittit per ſanguinem ſuum, „qui *magnus eſt ex fratribus ſuis.* *Lev.* 21. *v.* 10. „Dominantium Dominus, & Rex Regum: „*cui eſt infuſum oleum chriſmatis ſuper caput ejus.* „Uti teſtatur David. *Pſ.* 44. *v.* 8. *Unxit te Deus* „*Deus tuus oleo lætitiæ.* Item, *qui conſummatas habet manus*, utpote, qui ſolus peccatum „non fecit, & perfecta opera manuum habet, „& *induitur ſanctis*, ſcientia ſcilicet, & ſapientia: *nec auferet de capite ſuo cidarim*, quia „ſemper eſt Pater in Filio, ſicut Filius ſemper „in Patre: qui *veſtimenta ſua non disrumpet*, & „*ad omnem defunctum*, per mortale peccatum, „*non intrabit.*

(n. 3. beside „cui eſt infuſum…")

Conſubſtantialitas Filii.

Peccatum originale. n. 4.

2. Porro „*in patre ſuo & matre ſua non contaminabitur.* Omnis enim, qui ingreditur in „hunc mundum, in quadam contaminatione „effici dicitur. *Job.* 14. *v.* 4. Hoc ipſo ergo, „quod in vulva matris poſitus, & quod materiam corporis ab origine paterni ſeminis „ſumit, in patre & matre contaminatus dici „poteſt. . . . Solus vero Jeſus Dominus meus „in hanc generationem mundus ingreſſus eſt; „non enim contaminatus eſt in matre, ſed ne „in patre quidem: nihil enim Joſeph in generatione ejus præter miniſterium præſtitit & „affectum, unde & pro fideli miniſterio patris

„ei

„ei vocabulum scriptura concessit. *Luc.* 2. *v.* 48.
„Sic ergo solus est hic Sacerdos magnus: qui
„etiam *de Sanctis non exibit;* semper enim in
„Sanctis est, & manet semper sanctus in ver-
„bis suis, sanctus in actibus suis, sanctus in
„voluntatibus suis. . . . Sed & tu, qui seque-
„ris Christum, si permaneas in verbo Dei, si
„in mandatis ejus exercearis, semper in San-
„ctis es: neque enim in loco sancta quærenda
„sunt, sed in actibus, & vita, ac moribus,
„quæ si secundum Deum sint, etiamsi in do-
„mo sis, etiamsi in foro, etiamsi in theatro
„inveniaris, verbo Dei deserviens, uti Paulus
„in Areopago, in Sanctis te esse ne dubites....
„Sed & quicunque custodit se post acceptam
„gratiam Dei, ne incidat in adulterium, &
„alia similia, sed permanet mundus ab omni
„contagione peccati, non exivit de Sanctis,
„*& non contaminavit sanctificationem Dei sui in*
„*semetipso: quia sanctum oleum chrismatis Dei sui*
„*super ipsum est.* Quo oleo Dei solus unctus
„est magnus Sacerdos Christus: *Ps.* 44. *v.* 8.
„& in quo semper permansit divini chrismatis
„oleum.

3. „Denique Christus magnus Pontifex „*uxorem Virginem*, scilicet Ecclesiam, *de genere suo* in fide *accepit*, *meretricem* vero seu „abjectam animam & pollutam, non accipiet. „Illud autem de *genere suo*, id est, credentes „in se, Hebræi negant, se scriptum habere, „quod nos apud LXX. Interpretes invenimus: „ablata est enim ab illis propinquitas Dei, & „translata est ad Ecclesiam Christi. Gaudea- „mus ergo de dignatione Dei, sed & sollicite „cure-

Christus sponsus Ecclesiæ. n. 5.

„curemus, ne nos vita nostra ac mores fa-
„ciant aliquando degeneres, ne hoc ipsum no-
„bis ad condemnationem ducatur, quod cum
„genus simus Christi, indignis ac diabolicis
„actibus serviamus. Porro neque *viduam*, id est,
„legem Mosaicam, neque *ejectam* ipsa peccati
„conscientia, nec *pollutam*. Polluta dicitur, quæ
„etsi non ex integro complevit peccatum, tamen
„hoc ipso, quod cogitavit, quod voluit, quod op-
„tavit, etiamsi non admisit, polluta est, & a
„magno Pontifice non eligitur: valde enim
„puram, valde mundam requirit animam,
n. 7. „quam sibi jungat. Sed & meretricem non
„accipiet, quæ ad se recipit amatores contra-
„rias potestates & dæmones, qui desiderium
„capiunt pulchritudinis ejus, & quia non pos-
„sunt sponsi ejus fieri, meretricari cupiunt
„cum ea. Si ergo susceperis o homo in cu-
„bili animæ tuæ adulterum diabolum, me-
„retricata est anima tua cum diabolo, & sic
„de ira, & cæteris vitiis. . . . Meretricem er-
„go non accipiet Sacerdos magnus, & *non*
„*contaminabit semen suum in populo suo*, id est,
„verbum Dei ab his, qui illud prædicant.
„Audiant ergo doctores, ne forte animæ in-
„fideli verba Dei credant, sed animas mun-
„das eligant, quibus secreta mysteria prolo-
„quantur, ut in ipsis Christus formetur per
„fidem. *Gal.* 4. *v.* 19. . . . Iste est sanctarum
„animarum partus, ista sunt sancta conjugia,
„quæ conveniunt magno Pontifici Christo Jesu
„D. N. cui est gloria, & imperium in sæcula
„sæculorum. Amen.

Homi-

HOMILIA XIII.

De diebus festis, lucerna, oleo, mensa, & panibus propositionis.

1. „*Et locutus est Moyses dies solemnes Domini „Dei filiis Israel. Lev.* 23. *v.* 44. *Lucerna V. L. quid significet.* „Transacto vero de his sermone, edocetur „Moyses de lucerna, & candelabro, ad quod *n.* 1. „conferebat populus oleum mundum, & Aa„ron accendebat lucernas a vespere usque ma„ne. *Lev.* 24. *v.* 1. *sqq.* Ante adventum Domi- *n.* 2. „ni mei Jesu Christi sol non oriebatur populo „Israel, sed lucernæ lumine, scilicet legis & „sermonis Prophetici intra angustos parietes „utebatur Judææ, quæ non poterat in orbem „terræ lumen effundere: & donec populus „ille habebat oleum, quod conferret ad lu„men, lucerna non est extincta: ubi vero de„fecit in eis oleum misericordiæ, & bonorum „operum, & quidem purum, extincta est lu„cerna. Sed an a nobis aliena sunt ista? imo „major cura est Christiano olei conquirendi, „uti patet ex parabola stultarum virginum. „*Matth.* 5. De lucerna item dicebamus cum „118. Psalmum exponeremus. . . . Nunc er„go quoniam vespera & nox est, usque ad „consummationem sæculi, & usquequo novus „dies novæ lucis effulgeat, ardet unicuique „nostrum lucerna hæc, in tantum splendorem „luminis præbens, in quantum oleo bonorum „operum fuerit accensa: si autem male aga„mus, extinguimus in nobis istam lucernam, „& in tenebris ambulamus. Oleum ergo ju„betur offerri a populo, & quidem ex olivis „ex-

„expressum, in quibus indicium pacis osten-
„ditur: neque enim accepta esse possunt Deo
„opera tua, nisi in pace peragantur. *Jac.* 3.
„*v.* 18.

Panes propositionis exponuntur. *n.* 4.

2. „Nunc videamus de panibus propositio-
„nis. *Lev.* 24. *v.* 5. *sqq.* in quibus duodecim
„panibus duodecim tribuum Israel videtur
„commemoratio ante Dominum fieri. . . .
„Mystice vero illum panem propositionis, qui
„de cœlo descendit, & dat huic mundo vi-
„tam, quem proposuit Deus propitiationem
„in sanguine ejus, & illam commemoratio-
„nem significat, de qua dicit Dominus: *hoc*
„*facite in meam commemorationem.* Possumus
„vero & aliter dicere. Omnis sermo Dei pa-
„nis est, qui in conspectu Domini, & super
„mensam mundam proponendus est. Iste pa-
„nis *de duabus decimis sit:* nam si dixero, quia

Consubstantialitas Filii.

„Pater cum Filio semper est, & ipse facit
„opera sua, ex duabus decimis similæ munda
„obtuli panem unum. . . . Una enim in eis
„voluntas est, & una substantia, sed duæ
„sunt Personarum proprietates. . . . Duode-
„cim vero panes, in quibus mihi videtur for-
„ma totius creaturæ rationalis contineri, sci-
„licet ordo regalis, sacerdotalis, aliique.

3. „Sed videamus, quomodo hi duodecim
„panes proponantur: *Duæ positiones, in una*
„*positione sex panes.* In sex enim diebus factus
„est iste visibilis mundus, & duo populi fidem
„Patris & Filii in una Ecclesia, tamquam in
„una mensa munda, custodiunt. *Et superpo-*
„*nitur thus mundum:* Thuris species forman
„tene

„tenet orationum purarum. Siquis ergo orationes quidem offerat Deo, non tamen mundam habeat conſcientiam ab operibus malis, „hic thus quidem videtur panibus ſuperponere, ſed non penitus mundum. . . . Panes „hos Aaron & filii ejus *manducabunt in loco* „*ſancto*, ſcilicet anima pura edere mandatur „cibum Verbi Dei: *Sancta enim Sanctorum ſunt*: „ſermo enim Verbi Dei non eſt omnium, nec „cujuscunque, ſed Sanctorum eſt, quibus myſteria explanari poſſunt. *Matth.* 13. *v.* 11. . . . „Demus ergo & nos operam, quomodo & nos „hoc tanto, & tam ſublimi intellectu non efficiamur indigni, ſed ut anima noſtra prius „fiat locus ſanctus, & in loco ſancto capiamus „myſteria ſancta per gratiam Spiritus S. ex „quo ſanctificatur omne, quod ſanctum eſt. „Ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XIV.

De filio mulieris Iſraelitidis, & Ægyptii patris, qui nominans nomen maledixit.

1. Origenes relata tota ſerie hiſtoriæ hujus maledici ex *Lev.* 24. *v.* 10. *ſqq.* pro more eam moraliter ita exponit: „*Et exiit filius* „*mulieris Iſraelitidis*: nimirum qui peccat, dupliciter exire dicitur. Primo enim exit a „propoſito bono, & recta ſententia, exit a via „juſtitiæ, exit a lege Dei. Poſtmodum vero „cum confutatus fuerit pro peccato, exit „etiam de congregatione Sanctorum. . . . „Duos ergo ſcriptura propoſuit litigantes, „unum

Maledictum vitandum. n. 1, 2.

„unum ex integro Israelitam, qui litigavit „quidem, sed non peccavit, istum vero, cu„jus peccatum designat, maxime ex parte „mixtum esse Ægyptio generi, adversum „quem litigat Israelita, & forte rationabiliter „litigat; nam si ego hodie veritatem defen„dam, & pugnem pro Ecclesiastica fide, liti„go adversus eum, qui professione quidem „Christianus est, intellectu autem fidei hære„ticus, qui matrem Israelitidem, patrem vero „Ægyptium, habet. . . . Quid ergo de utris„que litigantibus? de Ægyptio genus ducens „nomen Dei cum maledicto nominat. . . . „Nos autem, qui ex utroque genere Israelitæ „sumus, non maledicimus: *neque enim male„dici regnum Dei possidebunt.* 1. *Cor.* 6. *v.* 10.... „Videant ergo, siqui os suum quotidiana pene „consuetudine hoc vitio insuescunt, quid eis „periculi immineat; putantes enim leve & fa„cile hoc esse peccatum non facile cavent. . . , „Unde & ego valde admiratus sum, quod in „hoc loco scriptura non aperte designavit, & „de Ægyptio illo posuit, quia nominans ma„ledixerit, & reliquit in medio vel de Deo, „vel de homine suspicandum. Unde mihi vi„detur idcirco noluisse aperte de Deo pronun„tiare, ne de hominibus videretur dedisse li„centiam, & ideo vel de Deo, vel de homine „siluisse, ut de utroque caveretur.

Maledicta subreptitie prolata non sunt

2. „Verum quoniam Apostolus dicit, ma„ledicos a regno Dei excludendos, aliquid „exposcit iste sermo solatii, ne omnino videa„mur desperationem indicere iis, qui quoti„diana

„diana pene maledicendi consuetudine rapiun- *gravia*
„tur. . . . Potest ergo fieri, ut aliquis in cæ- *peccata.*
„teris forte operibus emendatus sit & perfe- *n. 3.*
„ctus, subripiatur ei tamen aliquando oris vi-
„tio, lapsuque sermonis: huic etiamsi secun-
„dum Apostoli sententiam negantur regna cœ-
„lorum, non tamen alterius beatitudinis ab-
„scinditur locus. Verumtamen eo magis, si-
„quis in cæteris perfectus sit, elaborare etiam
„in hoc debet, ne ei subrepens pravæ con-
„suetudinis vitium cœlorum regna, quod est
„omnium beatitudinum culmen, eripiat. Pos-
„sumus etiam addere illud, quod natura pec- *Distinctio*
„cati similis est materiæ, quæ igni consumi- *peccati*
„tur, quam ædificari Paulus a peccatoribus *mortalis*
„dicit, qui supra fundamentum Christi ædifi- *& venia-*
„cant lignum, fœnum, stipulam, 1. *Cor.* 3. in *lis.*
„quo manifeste ostenditur, quædam peccata
„ita levia, ut stipulæ comparentur, cui uti-
„que ignis illatus diu non potest immorari; *Purgato-*
„alia vero fœno esse similia, quibus ignis ali- *rium.*
„quanto tardius immoretur: alia lignis, in
„quibus pro qualitate criminum diutinum pa-
„bulum ignis inveniat. Ita ergo unumquod-
„que peccatum pro qualitate vel quantitate
„sui pœnarum justa persolvit. . . . Hæc no-
„bis dicta sint pro his, qui negligunt oris ma-
„ledici consuetudinem resecare, qui etiamsi
„non ex corde maledicant, etiamsi non voto
„& animo iniquo proferant maledicta, tamen
„immunditiam labiorum secundum Esaiæ ver-
„bum, *Is.* 6. & inquinamenta oris incurrunt.

Pœna maledicentium. n. 4.

3. „Post hæc sequitur: *Homo, si maledi-*
„*xerit Deum, peccatum accipiet: qui autem no-*
„*minat nomen Domini, morte moriatur. Lev.* 24.
„*v.* 15. . . . Majus esse peccatum, in quo
„maledicitur Deus, quam in quo nominatur,
„dubitare non possumus. Restat, ut ostenda-
„mus, multo esse gravius peccatum, accipere
„peccatum, & habere secum, quam morte
„mulctari. Mors, quæ pœnæ causa infertur
„pro peccato, purgatio est peccati ipsius, pro
„quo jubetur inferri. Absolvitur ergo pecca-
„tum per pœnam mortis, nec superest aliquid,
„quod pro hoc crimine judicii dies, & pœna
„æterni ignis inveniat. Ubi vero quis accipit
„peccatum, habet illud secum, ac permanet
„cum ipso, nec aliquo supplicio pœna, quæ
„diluitur, transit, cum ipso est etiam post
„mortem, & quia temporalia hic non persol-
„vit, ibi expendit æterna supplicia. Id quod
„declarat Origenes exemplo Lazari & divitis.
„*Luc.* 16. „Unde immerito solent homines
„ignorantes judicia Dei conqueri adversum
„Deum, & dicere, cur homines iniqui &c. in
„hac vita nihil patiuntur adversi, sed cuncta
„eis prosperis successibus cedunt, econtra ve-
„ro piis & Deum colentibus innumerabiles
„ærumnæ superveniunt. Sed hæc, ut dixi,
„conqueruntur ignorantes; quanto enim gra-
„vius eos puniri volunt, de quorum iniquita-
„tibus ingemiscunt, tanto necessarium est,
„differri pœnas, quæ si non differrentur, tem-
„porales utique & leviores essent: quia finem
„cum morte reciperent, nunc vero cum diffe-
„rantur, certum est, quod æternæ erunt.

Deus in hoc sæculo punit, ut parcat in altero.

„Econ-

„Econtra, si velint justis in præsenti sæculo „bona reddi, essent etiam ipsa bona tempora„lia: quanto autem magis differuntur in futu„rum, tanto magis erunt perpetua.... Unde „& nunc siquis forte nostrum recordatur in se„metipso alicujus peccati conscientiam, confu„giat ad pœnitentiam, & spontaneum susci„piat carnis interitum, ut expurgatus in præ„senti vita spiritus noster mundus, & purus „pergat ad Christum Dominum nostrum, cui „est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.

HOMILIA XV.

De venditionibus domorum, & redemptionibus.

I. „Tres diversas leges de domorum venditionibus, & redemptionibus per Moy„sen *Lev.* 25. datas videmus, quas secundum „spiritalem sensum ita possumus intelligere.... „*Domum habemus non manufactam æternam in* „*cœlis.* 2. *Cor.* 5. *v.* 1. Hæc ergo est domus, „quam ædificare nemo potest, nisi timeat „Deum; quam habitare nemo potest, nisi in „simplicitate mentis, & puritate cordis. Sed „quoniam accidere solet, ut etiam, qui bene „vivendo, & recte credendo domum sibi cœle„stem construxerit, incurrat alicujus peccati „debitum, & hanc a crudelissimo fœneratore „venumdare cogatur, pietas, & clementia le„gislatoris succurrit, ut intra certum tempus „redimi possit, *si tamen invenerit manus pretium,* „*quod restituat. Lev.* 25. *v.* 28. Quale pretium?

Pœnitentia domus cœlestis vendita redimitur n. 1. 2.

„Pœnitentiæ ſine dubio lachrymis congrega-„tum, & manibus, id eſt, labore boni operis „inventum: *Annus* autem *acceptus* intelligi po-„teſt, quo Dominus ſalutem delicta ſua confi-„ſitentibus præbeat. . . . Cæteris autem, qui „in vicis, ſeu terra viventium domos habent, „ſi forte alicui lapſus acciderit, ſemper eſt re-„cuperandi facultas, ut v. g. dicamus, ſi nos „aliqua culpa mortalis (*vel juxta Arnaldum mo-„ralis*) invenerit, quæ non in crimine mortali, „non in blaſphemia fidei, ſed vel in ſermonis, „vel morum vitio conſiſtat, hoc eſt, vendidiſſe „domum, quæ in vico eſt, cui murus non eſt. „Hæc ergo venditio, & hujuscemodi culpa „ſemper reparari poteſt, nec aliquando tibi in-„terdicitur, de commiſſis hujusmodi pœnitu-„dinem agere; in gravioribus enim criminibus „ſemel tantum pœnitentiæ conceditur locus „(*ſcilicet publicæ*), iſta vero communia, quæ „frequenter incurrimus, ſemper pœnitentiam „recipiunt, & ſine intermiſſione redimuntur.

Confeſſio.

Perfectus peccans ſtatim reſurgit. n. 3.

2. „Porro Sacerdos, & Levita domus ſuæ „ſemper, & ubicunque fuerit, habet redem-„ptionem; *Lev.* 25. *v.* 32. nam perfectæ men-„ti ſi acciderit aliquando domum ſuam cœle-„ſtem vendere, ſicut contigit David in uxore „Uriæ, ſtatim eam redimit, dicens: *Peccavi*... „Quin etiam, qui ſupra fundamentum Chriſti „ædificat opera peccati, ſine dubio vendidit „domum ſuam diabolo, a quo pretium conſe-„quitur ſatisfactionem deſiderii ſui: hoc ſi for-„te incurrerit aliquis, cito redimat, cito repa-„ret, dum tempus eſt reparandi, dum pœni-

„tentiæ

„tentiæ locus eſt, deprecantes in commune, „ne æternæ domus habitatione fraudemur, „ſed digni habeamur recipi in æterna taberna„cula per Chriſtum Dominum noſtrum, cui „eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. „Amen.

Homilia XVI.
De Benedictionibus Levitici.

1. „Videamus nunc in Levitico benedictio„num, quod ſit exordium. *Si*, inquit, „*in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea* „*cuſtodieritis, & feceritis ea. Lev.* 26. *v.* 3. Tria „ſunt, quæ dicit: in præceptis ambulandum, „mandata cuſtodienda, & facienda, quæ man„data ſunt. . . . Sed videamus, quæ ſit pri„ma benedictio: *Dabo*, inquit, *vobis pluviam* „*in tempore ſuo.* Pluvia hæc in ſenſu myſtico „eſt verbum legis divinæ. *Deut.* 32. *v.* 1. 2. Igi„tur cor noſtrum, ſi ſuſcipiat frequenter ve„nientem ſuper ſe pluviam divinæ legis, & at„tulerit fructum operum, accipit benedictiones „a Deo: ſi vero ſuſceptum verbum contempſe„rit, & ſpinis productis ſuffocaverit, maledi„dictionem pro benedictione conquirit. . . . Ii „autem, quibus pluvia Verbi Dei miniſtranda „committitur, obſervare debent hoc, ut *in* „*tempore* præbeant, ne crapulato, nec occu„pato in aliis animo Verbum Dei ingerant, & „ut ad menſuras animæ ſive adhuc imperfe„ctæ, ſive perfectæ pluviam Verbi adaptent.

Verbum Dei pluvia n. 2.

 2. „Se-

Fructus Verbi Dei. n. 3. 2. „Secunda benedictio est: *dabit terra na-„tivitates suas.* . . . Si enim terra mea afferat „fructum, si nativitates suas ex Domini bene-„dictione producat, intelliget sensus meus; & „si semen super bonam terram ceciderit, dabit „fructum suum centesimum, & sexagesimum, „& tricesimum.

3. „*Sed & ligna camporum dabunt fructum „suum.* Habemus etiam arbores intra nos, „sive bonas, sive malas, una arbor bona ju-„stitia vocatur, alia prudentia &c., alia scien-„tia boni, & mali, super omnia vero est arbor „vitæ. . . . Si ergo servemus mandata Dei, „suscepta pluvia Verbi Dei, etiam arbores, „quæ in campis animæ nostræ plantatæ sunt, „lætum, & bonæ suavitatis afferunt fructum.

4. „*Et comprehendet vobis trituratio vinde-„miam.* Quia panis confortat cor hominis, & „vinum lætificat, quæcunque de continentia, „de observantiis, de custodia mandatorum Dei „dicuntur, hæc possunt videri frumentum, ex „quo panis efficitur, & auditorum corda con-„fortat. Ea vero, quæ ad scientiam perti-„nent, & occultorum explanatione lætificant „mentes audientium, vino, ac vindemiæ vi-„debuntur aptanda. . . . Et sic justi mandu-„cabunt hunc *panem in saturitate*, & *habitabunt „tuti super terram*, fundati in fide; quia ædifi-„cium eorum non est super arenam positum, „sed habet *pacem super terram*, non istam, „quam habet mundus, de quo Christus dicit: „*non veni pacem mittere, sed gladium. Luc.* 12. „*v.* 51.

„*v.* 51. sed illam, quam dicit Apostolus: *Pax*
„*Dei, quæ superat omnem mentem, custodiat cor-*
„*da vestra. Philip.* 4. *v.* 7.

5. „*Et dormietis, & non erit, qui vos exter-* *Justus se-*
„*reat;* si enim justus efficiar, nemo me exter- *curus.*
„rere poterit, nihil timeo aliud, si Deum ti- *n.* 6.
„meam. *Ps.* 90. & *Ps.* 27. Post hæc *extermi-*
„*nabo*, inquit, *bestias malas de terra vestra*, id
„est, contrarias potestates dæmonum. *Et*
„*pugna non transibit per terram vestram.* Multæ
„sunt pugnæ, quæ transeunt per terram no-
„stram; nam concupiscit caro adversum spiri-
„tum, & cogitationum pugnas suggerit nobis
„inimicus.... Sed, qui divina præcepta ser-
„vaverit, hanc pugnam non patitur, & Deus
„aufert eam de terra ejus, & non sinit eam
„transire per animam justi: *Persequimini*, in-
„quit, *inimicos vestros, & cadent in conspectu ve-*
„*stro morte.* Cujus morte? ego arbitror, quod
„nostra; si enim nos mortificemus membra no-
„stra super terram, fornicationem &c., illi ca-
„dent in conspectu nostro; nam, si tu castus
„sis, cecidit libido in conspectu tuo. *Et per-*
„*sequentur ex vobis quinque centum, & centum ex* *n.* 7.
„*vobis persequentur multa millia;* centum enim
„infideles a quinque sapientibus effugantur, &
„doctores fideles fugant innumeros dæmones,
„ne animas credentium decipiant. *Cadent ini-*
„*mici vestri in conspectu vestro gladio*, scilicet
„Verbi Dei. *Respiciam super vos, & augebo*
„*vos;* Deus enim instar solis segetem cordis
„nostri respiciens, & radiis nos Verbi sui illu-
„minans auget nos, & multiplicat, ut ultra

„non simus parvuli, sed magni efficiamur. „*Statuam testamentum meum vobiscum* . . . *& ejicietis vetera a conspectu novorum*, scilicet Evan„gelicorum, & novi hominis, qui secundum „interiorem renovatur: *& ponam tabernaculum „meum in vobis*, scilicet in corde nostro, in quo, „si innovatum est, Deus habitat: & *non abo„minabitur vos anima mea*, Christus Filius „Dei; *sed ambulabo inter vos*: quia, siquis me„ruerit ita puri esse cordis, ut Dei capax sit, „in eo se dicit ambulare Deus. *Et vos eritis „mihi populus, & ego Dominus Deus vester, qui „eduxi vos de terra Ægypti, cum essetis vos servi, „& contrivi jugulum vinculi vestri*. Vere eduxit „nos Deus de domo servitutis; servi enim era„mus peccati. *Joan*. 8. *v*. 34. Contrivit ergo „peccati vinculum, & jugum nostræ captivita„tis excussit Dominus noster Jesus Christus, & „suum nobis suave jugum fidei, & charitatis, „& spei, ac totius sanctitatis imposuit; ipsi „gloria in æterna sæcula sæculorum. Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN NUMEROS.

§. I.

Monitum.

1. Cassiodorus *Inst*. *l*. 1. triginta homilias Origenis in Numeros commemorat, ex quibus viginti octo tantum hodie supersunt Rufino interprete. Eas esse genuinum Origenis par-

artum contra Rivetum probat Huetius *Orig.* . 3. *Sect.* 3. Praeter homilias scholia etiam in Numeros edidit Origenes, quæ cum homiliis Rufinus in unum permiscuit. Utriusque operis tempus certum determinari nequit, anno ætatis suæ sexagesimo Origenes homilias has pronuntiasse videtur. Denique in Catenis græcis varia sub Origenis nomine fragmenta circumferuntur incertæ tamen fidei, quæ collecta ideri possunt *Tom.* 2. *oper. Orig. edit. Paris.*

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

1. „Divinis Numeris non omnes digni sunt; „nam in libro Numerorum, neque mulieres, neque servi, neque Ægyptii, sed soli „numerantur Israelitæ, & isti non omnes, sed „a viginti annis, & supra, & ad bellum apti... „Docet autem me præsens lectio, quod, donec inest alicui nostrum vel puerilis, & lubricus sensus, vel fœminea segnities, vel Ægyptios gerimus & barbaros mores, haberi apud „Deum in sancto numero non meremur; innumeri enim apud Salomonem dicuntur esse, „qui pereunt, numerari autem omnes illi, qui „salvantur. *Certus salvandorum numerus. n. 1.*

2. „Præcipitur ergo numerari a viginti an„nis, & supra, qui *procedit in virtute Israel.* „*Num.* 1. *v.* 3. . . . Sola apud Deum virtus „Israelitica numeratur. Hæc est illa virtus, „quæ a Deo docetur, quæ per fidem Evange„licam, *Nonnisi post multos labores &c. in computum Dei referimur.*

n. 2. „licam, & apoſtolicam traditur. Sed & illud, „conſideremus, quod non ſtatim, ut egreſſus „eſt de Ægypto populus, numeratur, ſed mo- „do poſt perſecutionem Pharaonis, pugnam „adverſum Amalech, acceptum manna, ta- „bernaculum conſtructum, legem datam ad „numerum populus adducitur. Deſcribe hæc, „o auditor! in corde tuo dupliciter, & tripli- „citer: vide, quanta tibi tranſeunda ſunt, „quanta toleranda, quot præliis pugnandum, „& vincendum tibi ſit, ut inter ſanctas tribus „adnumerari dignus habearis. Suſcipienda ti- „bi eſt primo lex Dei, offerenda Sacrificia, „explendæ purificationes, peragenda cuncta, „quæ lex ſpiritus docet, ut poſſis aliquando „ad Iſraeliticum numerum pertinere.

Diverſitas beatitudinis in cœlo n. 3. 3. „Ego adhuc amplius aliquid intueor in „hoc Numerorum libro myſterii. Exſpectatio „certa nobis eſt reſurrectionis mortuorum, cum „quilibet ad quælibet ex multis manſionibus „apud Patrem ſunt transferendi loca: diverſi- „tas autem translationis, & gloria ex meritis, „& actibus unicujusque præſtabitur, & erit „unusquisque in eo ordine, quem ſibi geſto- „rum merita contulerint, & ſingulis quibus- „que tribubus unusquisque ſociabitur pro his, „quæ ad unamquamque earum vel in actibus „cognata, vel in moribus habuerit. Erunt „ergo hujusmodi quidem ordines in reſurre- „ctione mortuorum, quorum typus in hoc li- „bro præformari mihi videtur. Sed & caſtro- „rum poſitio, ubi tres tribus ad orientem, „tres ad occidentem, tres ad meridiem, &

„tres

„tres ad aquilonem collocantur, & omnes in-
„tra trinitatis numerum continentur, signifi-
„cant, quod sub uno nomine Patris, & Filii,
„& Spiritus S. censentur omnes, qui ex qua-
„tuor orbis partibus venientes invocant no-
„men Domini. . . . Quæ cuncta magnificis
„præsignata mysteriis ipse Dominus Jesus in
„die adventus sui non jam per speculum in
„ænigmate, sed facie ad faciem complebit,
„secundum quod ipse noverit merita singulo-
„rum, qui cognitor cordis est, cui gloria, &
„imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia II.

De ordine, & collatione Castrorum.

1. „*Homo secundum ordinem suam, & secundum* *Ordo in*
„*signa sua, & secundum domos familia-* *omnibus,*
„*rum suarum castra collocet &c.* *Num.* 2. *v.* 1. *sqq.* *maxime*
„Sic etiam Paulus dicit, in Ecclesia *omnia ho-* *Ecclesia-*
„*neste, & secundum ordinem fiant.* 1. *Cor.* 14. *sticis offi-*
„*v.* 40. etiam *in habitu ornato.* *Tit.* 2. *v.* 3. etiam *ciis tenen-*
„in officiis; nam sæpe accidit, ut, qui terre- *dus.*
„na sapit, excelsum Sacerdotii gradum, vel *n.* 1.
„cathedram doctoris insideat, & ille, qui spi-
„ritalis est, vel inferioris ministerii ordinem
„teneat, vel etiam in plebeja multitudine re-
„linquatur. Sed hoc est legis, & Evangelii
„statuta contemnere, & nihil secundum ordi-
„nem gerere. Ille etiam, qui omnem curam
„in rebus sæcularibus gerit, unam vero, vel
„duas horas ex integro die etiam Deo deputat,
„non complet mandatum, ut homo secundum
„ordinem suum incedat. . . . Putasne autem
„Sa-

„Sacerdotes, & Diaconi secundum ordinem
„suum incedunt? & unde est, quod sæpe au-
„dimus blasphemare homines, & dicere: ec-
„ce, qualis Episcopus, Presbyter, aut Dia-
„conus? nonne hæc dicuntur, ubi talis au-
„sus fuerit in aliquo contra ordinem suum
„venire? quid autem de virginibus dicam,
„vel omnibus, qui in professione religionis
„videntur? nonne, siquid inverecundum ges-
„serint, non incedunt secundum ordinem
„suum?

Virtutum differentia in singulis hominibus. n. 2.

2. „Quid autem sit, quod dicit: *Et secun-*
„*dum signa sua*, videamus. . . . Sunt in ani-
„mis hominum signa diversa: & alterius qui-
„dem animi motus lenior est, alterius turbi-
„dus: alius circumspectus, alius desidiosus,
„& in his alius plus, alius minus. . . . Se-
„cundum hæc signa unusquisque incedat in
„virtutibus, id est, ne is, cui humilia sunt
„signa, elatior incedat, quam animi sui signa
„deposcunt. . . . Potest tamen fieri, ut æmu-
„latione operum bonorum ab inferioribus si-
„gnis ad meliora, & magnificentiora venia-
„mus, & in resurrectione mortuorum non so-
„sum ut stellæ, sed sicut sol fulgeamus in
„regno Dei, *Matth.* 13. *v.* 43. ubi *secundum*
„*domos familiarum* Ecclesiæ Primitivorum ad-
„scriptæ in cœlis nos eveniet sociari. *Hebr.* 16.
„Si secundum ordinem incedamus, & omnia
„geramus, si nihil inordinatum, nihil inquie-
„tum, nihil inhonestum inveniatur in nobis,
„tunc & sicut firmamentum resplendebimus,
„& sicut stellæ, & sol ipse refulgebimus in
„regno

„regno Dei per Christum Dominum nostrum, „cui est gloria, & imperium in sæcula sæ„culorum. Amen.

Homilia III.

De Levitis pro primogenitis assumptis.

1. Origenes conqueritur hic de iis, qui sine attentione Verbum Dei audiunt, & ostendit, quod in solo Baptismo suscepto con„fidere non debeant; „quia non omnes, qui „loti sunt aqua, continuo etiam S. Spiritu „loti sunt, sicut econtrario non omnes Cate„chumeni expertes sunt Spiritus sancti. Cor„nelius catechumenus erat, &, antequam ad „aquam veniret, meruit accipere Spiritum S. „*Act.* 10. Simon Baptismum acceperat, sed, „quoniam cum hypocrisi accessit ad gratiam, „repudiatur a dono Spiritus sancti. *Filii in Baptismo non recipiunt gratiam.* *n. 1.*

2. His præmissis pergit ad scopum hujus homiliæ, & ait: „Levitæ assumuntur pro pri„mogenitis, cum utique non sint primogeniti, „*Num.* 3. *v.* 11. *sqq.* hoc edocet nos, quod „apud Deum non illi primogeniti habeantur, „qui corporea nativitate præcedunt, sed ii, „quos proposito mentis inspecto Deus ipse in „ordinem primitivorum judicat assumendos, „uti patet in historia Jacob, & Esau. . . . „Filii ergo Levi pro primogenitis assumun„tur, & quidem *ex medio filiorum Israel:* quia „non cognoverunt dextram, & sinistram „suam, sed sequentes legem Dei non peper„cerunt patri, nec matri. Et tu ergo, si ve„niente *Quinam in primitivos assumantur.* *n. 2.*

„niente tentatione non inclineris ad dextram,
„seu sinistram, nec prævaricatus fueris legem
„Dei, assumeris de medio filiorum Israel, &
n. 4. „in primitivorum numero collocaberis. . . .
„Qui primigeniti non prius sanctificati sunt,
„quam percuterentur Ægyptiorum primogeniti,
„& quasi causam sanctificationis horum
„ponit: *quia percussi omne primogenitum in terra Ægypti.*
Et quis est, qui primogenitos
„Ægyptiorum, id est, principatus dæmonum
„percussit? Nonne Dominus meus Jesus Christus?
quos utique nisi ille percussisset, sanctificatio
ad nos primitivalis venire nullatenus potuisset.
Ut autem nobis primogenitorum benedictiones donaret,
efficitur ipse prius primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus
ipse primatum tenens; & nos credentes resurrectioni suæ
assumeret pro primitivis, si tamen benedictionum gratiam usque
ad finem firmam retineamus adjuti misericordia ipsius Domini
nostri Jesu Christi, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum.
Amen.

Homilia IV.

De Numero Levitarum, & Primogenitorum.

Levitarum numerus, & officia. *n.* 1.

1. „Levitæ non fuerant recensiti cum filiis „Israel, & habetur eorum segregatus „numerus, quo referuntur omnes simul viginti duo millia reperti, primogeniti autem „filiorum Israel ab uno mense, & supra inveniuntur viginti duo millia, & ducenti septua-

„triagintra tres. *Num.* 3. Post hæc, cum in „tres ordines divisi essent filii Levi; in quatuor „partes dividuntur Levitarum officia, ut Sacer„dotio quidem fungantur Aaron, & filii ejus, „Sancta autem Sanctorum ut portent in hume„ris suis reliqui ex populo Caath. Quæ au„tem ad tabernaculum pertinent testimonii; „procurent filii Gerson: columnas vero taber„naculi, & bases, & seras ut portent filii Me„rari. *Num.* 3. *v.* 17. . . . Et post hæc septem „quædam enumerantur, quæ præcipiuntur „operiri, scilicet arca, mensa, candelabrum, „altare aureum, vasa ministerii, operimentum „altaris, & labrum. *Num.* 4. *v.* 5. *sqq.*

2. „Videamus nunc, quomodo hæc singu„la observari oporteat in Ecclesia Dei a Sacer„dotibus Christi. Siquis vero Sacerdos est, „cui vasa sacra, id est, mysteriorum sapientiæ „secreta commissa sunt, discat ex iis, quomodo „hæc oporteat intra velamen conscientiæ cu„stodire, nec facile proferre ad publicum. . . . „Nam ad illa, quæ mystica sunt, & in secre„tis recondita, & solis Sacerdotibus patent, „non solum nullus animalis homo accedit, sed „ne ipsi quidem, qui habere aliquid exercitii, „& eruditionis videntur, nondum tamen me„ritis, & vita ad sacerdotalem gratiam con„scenderunt: non solum per speculum ea & in „ænigmate vident, sed & velata, & operta „suscipiunt, & in humeris portant, quo scili„cet magis ea actu operum, quam scientiæ re„velatione cognoscant. Quia igitur hujusmo„di est dispensatio mysteriorum Dei, & mini„sterii,

Mysteria non sine discrimine revelanda n. 3.

„bim intelligi possunt; Cherubim namque in „nostra lingua multitudo scientiæ interpreta-„tur. Sed hos omnes *portari* necesse est *in* „*humeris*: unde fortassis, ut ego opinor, An-„geli, qui ordinati sunt propter eos, qui hæ-„reditatem capiunt salutis, *Hebr.* 1. *v.* 14. ipsi „sunt, qui singulos eorum portant. . . . No-„bis autem concedat Dominus, ut a talibus „operariis portati liberemur a sagitta volante „in tenebris, & a ruina, & dæmonio meri-„diano, ne forte offendamus ad lapidem pe-„dem nostrum, usquequo perveniamus ad lo-„cum repromissionis Sanctorum per Christum „D. N. cui est honor, & imperium in sæcula „sæculorum. Amen.

HOMILIA VI.

De septuaginta Presbyteris, & Æthiopissa uxore Moysis.

Quomodo Seniores de spiritu Moysis acceperint. n. 1. 2.

1. „Videamus aliud caput, in quo Moyses „refertur, quod septuaginta viros ele-„gerit ex senioribus populi, & habuerit eos „ante tabernaculum testimonii, & de spiritu „Moysi accipiens Deus dederit septuaginta Se-„nioribus, & *cum requievisset super eos Spiritus,* „*prophetaverunt omnes. Num.* 11. *v.* 25. Figu-„ram mystici hujus sermonis hoc modo ad-„verte, quasi Moyses, & Spiritus, qui erat „in Moyse clarissimi cujusdam luminis, fuerit „lucerna, ex qua alias septuaginta lucernas „accenderit Deus, ad quas ita principalis il-„lius luminis splendor pervenerit, ut origo

„ipsi

„ipſa luminis nihil damni ex commercio deri-„vationis acceperit.

2. „*Et requievit*, inquit, *ſuper eos Spiritus* „*&c.* Requieſcit ſpiritus Dei in iis, qui mun-„do ſunt corde, ſicut econtrario non inhabitat „in corpore ſubdito peccatis. . . . Quia vero „Spiritus S. requievit ſuper eos, continuo & „operatur in eis; nam ſequitur: *& propheta-„verunt.* In omnibus ergo, qui prophetave-„runt, requievit Spiritus S. nec tamen in ali-„quo ipſorum ita requievit ſicut in Salvato-„re, quia ſupra nullum alium ſpiritus Dei re-„quieviſſe ſeptemplici virtute deſcribitur. *Iſ.* „11. *v.* 1. . . . Et de nullo alio ſcriptum eſt, „quia manſerit in eo Spiritus S. *Joan.* 1. *v.* 33. „Quia enim ſolus ipſe eſt ſine peccato, qui „peccatum non fecit, idcirco in ipſo ſolo man-„ſit, & permanſit Spiritus, cum econtra con-„ſtet reliquos omnes fuiſſe ſub peccato, uti „de Moyſe *Num.* 20. *v.* 10. Davide *Pſ.* 50. *v.* 18. „Salomone 3. *Reg.* 13. apparet.

Super Christum ſpiritus Dei requievit ſeptempliciter. n. 3.

3. „Sed & in conſequentibus continet le-„ctio, quæ recitata eſt, quod Moyſes Æthio-„piſſam duxerit uxorem, & Maria atque Aa-„ron detraxerint de Moyſe, cur Æthiopiſſam „duxerit. *Num.* 12. *v.* 2. Et poſt hæc jubet „eos Dominus exire ad tabernaculum teſtimo-„nii, atque ibi judicio quodam habito leproſa „efficitur Maria usque ad certum tempus, & „ſic revocatur ad caſtra. Porro Mariam dici-„mus formam habuiſſe plebis prioris; Moyſen „vero, id eſt, legem Domini tranſiiſſe ad con-

Conjugium Moyſis cum Æthiopiſſa figura vocationis gentium. n. 4.

„nubium Æthiopissæ hujus, quæ ex gentibus „congregata est, pro quo facto Maria, id est, „Synagoga indignatur, & detrahit una cum „Aaron, cum Sacerdotibus scilicet & Phari- „sæis. Derogat ergo usque in hodiernum „diem Moysi nobiscum posito plebs illa, & „turpe ei videtur, quia circumcisionem carnis „&c. non docet apud nos. Judicat autem de „iis Deus, & nuptias Æthiopissæ confirmat, „Mariam vero ejicit extra castra, cum qua „ejicitur etiam Aaron. Insuper autem & le- „prosa efficitur Maria. Aspice nunc ad illam „plebem, & vide, quanta in illa est lepra „peccati, quanta intelligentiæ caligo. Ve- „rumtamen hæc lepra non perpetuo perma- „net, sed ubi septimana compleri cæperit „mundi, revocabitur ad castra; in fine enim „mundi, cum plenitudo gentium introierit, „tunc etiam omnis Israel salvabitur, & tunc „cessabit lepra de facie Mariæ: recipiet enim „decus fidei, cum fiet uterque unus grex, & „unus pastor, in quo vere dicendum est: *O „altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei*, „qui ita conclusit omnes sub peccato, ut om- „nibus misereatur in Christo Jesu D. N. cui est „gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VII.

Rursum de Æthiopissa, & de lepra Mariæ, quæ superfuerat.

Detractio vitanda. n. 1.

1. „Lectum est nobis, quia detraxerunt Aa- „ron & Maria de Moyse, & propter „hoc correpti sunt, Maria vero etiam leprosa „effi-

„efficitur. *Num.* 12. Moneor ex hoc facto, ne „detraham fratri, ne male loquar de proximo „meo, ne aperiam os meum ad derogandum „non solum Sanctis, sed & quibuslibet proxi„mis meis: vides, quanta ex hoc indignatio „Dei fuerit; lepra enim consequitur derogan„tes. Post hæc autem a moralibus ad intelli„gentiam mysticam transeamus. Non solum „Judæi, sed & hæretici, qui non recipiunt le„gem & Prophetas, detrahunt de Moyse, isti „ergo etiam habent lepram in anima sua, & „ideo habentur extra castra Ecclesiæ: sed & „omnes, qui detrahunt fratribus, dubitan„dum non est, quin leprosi sint in anima sua, „& usque ad finem septimanæ mundi leprosi „in anima permanebunt, nisi, dum pœnitendi „tempus est, convertantur ad Dominum Jesum, „ac supplicantes ei per pœnitentiam purgentur „ab immunditia lepræ suæ.

2. „Audistis, quid sibi judicii obtrectato„res adquirant, audite nunc, & quantum be„neficii conferant iis, quibus obtrectant. Au„di enim, quibus Moysen laudibus efferat „Spiritus S. *Audite verba mea: si fuerit Prophe„ta quis vestrum Domini, in visionibus ei agno„scar . . . non sicut famulo meo Moysi, qui in „tota domo mea fidelis est: os ad os loquor ad „eum &c. Num.* 12. *v.* 5. *sqq.* Moyses prius„quam accepisset Æthiopissam, non est scri„ptum, quod in specie locutus sit ei Deus, „sed ubi accepit Æthiopissam, tunc dicit de „eo Deus, quia *os ad os loquar ad eum.* Mo„do enim cum Moyses venit ad nos, & con-

Laus a Deo Moysi data. n. 2.

 „jun-

„junctus est huic nostræ Æthiopissæ, lex Dei „jam non in figuris, sed in ipsa specie verita„tis agnoscitur. . . . Nunc enim os ad os lo„quitur per legem Deus. Antea in ænigmate „fuit Baptismus in nube, & in mari, nunc „autem in specie regeneratio est in aqua, & „Spiritu sancto. Tunc in ænigmate erat man„na cibus, nunc autem in specie caro Verbi „Dei est verus cibus, & Sanguis vere est po„tus: *Joan.* 6. *v.* 56. His autem additur: *&* „*gloriam Domini vidit*, scilicet, quando Domi„nus transformatus est in monte. Et ideo ad„jungit: *Et quare non timuistis detrahere famulo* „*meo Moysi:* Quod ad eos dictum dirigitur, „qui Evangelia suscipere videntur, derogant „autem Moysi (*uti Marcionitæ*). *Et ira furo*„*ris facta est super illos* &c., *& nubes recessit a* „*tabernaculo*, *& ecce Maria facta est leprosa* &c. „nam, etiamsi est in aliquo gratia Spiritus san„cti, si detrahat, & obtrectet, recedit ab eo „post obtrectationem, & sic lepra repletur ani„ma ejus.

SS. Eucharistia.

Synagogæ rejectio. n. 3. 4.

3. Postea Aaron peccatum suum, & Mariæ apud Moysen deprecatur, & rogat pro curatione Mariæ a lepra, „*ne fiat simile morti*, „*& ut abortus ejectus de vulva matris. Num.* 12. „*v.* 11. *sqq.* „ Et postquam Moyses pro ea orasset, & illa extra castra septem diebus separata esset, demum sanata est. Hæc omnia Origenes satis fuse, & allegorice de rejectione Synagogæ exponit.

4. „Se-

4. „Sequitur: *Et locutus est Dominus ad* *Ad terram promissam, seu cœlum certando pervenitur.*
„*Moysen dicens: mitte viros, & considerent ter-*
„*ram Chananæorum &c. Num.* 13. *v.* 1. *sqq.* Quæ
„est ergo terra ista secundum spiritalem intel-
„lectum? Evangelia Sanctis promittunt regna
„cœlorum. In cœlis ergo est locus hæredita-
„tis, qui promittitur Sanctis. . . . Sed ne- *n.* 5.
„cesse est, spiritales nequitias, quæ in cœle-
„stibus esse dicuntur, qui sunt veri Chananæi,
„vinci abs te, ut expeditus ad cœlestia regna
„transire possis, ut tu pro illis habites ibi.
„Scito tamen, gigantes eos esse, qui adver-
„santur Deo, & contrarii sunt veritati. Tibi
„ergo præstatur, ut devictis gigantibus intres
„in regnum, quod illi perdiderunt: nec vinci
„solum, sed etiam alligari illos oportet. Nunc
„ergo, quantum ad comparationem humanæ,
„& dæmoniacæ naturæ nos locustæ sumus; &
„illi gigantes, & præcipue, si dubia sit fides
„nostra: si vero sequamur Jesum, & credamus
„verbis ejus, tanquam nihil erunt in conspe-
„ctu nostro. . . . Typus ergo, & figura, quæ
„præcessit in patribus, completur in nobis.
„Ejecerunt illi gentes, & consecuti sunt hæ-
„reditatem eorum omnem terram Judææ, &
„Jerusalem, nos vero *civitatem cœlestem Je-*
„*rusalem. Hebr.* 12. *v.* 22. . . . Sed illi qui-
„dem hæc faciebant armis visibilibus, nos
„vero invisibilibus, quæ nobis proponit Apo-
„stolus, *Eph.* 6. *v.* 12. scilicet loricam charita-
„tis, galeam salutis, scutum fidei, gladium
„Verbi Dei. . . . Tantum est, ut nos armis
„istis semper simus armati, & conversatio no-
„stra semper in cœlis sit; quanto enim nos il-

„luc ardentius afcendimus, tanto gigantes, „feu dæmonum legiones præcipitantius ruent, „& quanto nos magis augemur, tanto illi in„feriores fient. Vita noftra, fi fancta fit, illis „conferet mortem; fi fegnis, & luxuriofa fit, „potentes eos adverfum nos, & gigantes fa„ciet. . . . Unde hoc magis agamus, ut no„bis afcendentibus illi cadant, ficut ille ceci„dit, de quo dicit Dominus in Evangelio: „*Ecce, vidi Satanam ficut fulgur cadentem de cæ„lo. Luc.* 10. *v.* 18. Ut illis projectis introdu„cat nos illuc Dominus nofter Jefus, & perci„pere regnum fuum cœlefte concedat. Ipfi „gloria in æterna fæcula fæculorum. Amen.

Homilia VIII.

De iis, quæ ab exploratoribus renuntiantur, & de indignatione Domini &c.

Exploratorum mala nuntiantium pœna. *v.* 1.

1. „Duodecim miffi funt infpectores ex filiis „Ifrael ad confiderandam terram pro„miffam, iique poft quadraginta dies regreffi, „decem in defperationem populum mittunt, „alii vero duo bona nuntiant, & cohortantur „populum permanere in fide. *Num.* 14. Sed „populus infidelitatis defperatione præceps „agitur, & ad lapidandos eos, qui bona nun„tiant, profilit: Majeftas vero Domini prote„git eos in nubibus. *Et dicit Dominus ad Moy„fen: feriam eos morte, & faciam te in nationem „magnam.* Comminatio hæc non eft iracundia, „fed Prophetia; adfumenda nempe erat alia „natio, id eft, populus ifte nationum, fed non „per Moyfen: excufavit namque fe Moyfes

„fcie

„ſciebat enim, quia gens illa magna vocanda „erat per Jeſum Chriſtum. Idcirco igitur plu„rimum exorat Moyſes pro populo illo: Do„minus vero modum correptionis librata mo„deratione diſpenſat, & dicit, quia viri, qui „exierunt de Ægypto, atque increduli per„manſerunt, *non videbunt terram, ſed filii ipſo„rum, qui ſunt mecum hic, quicunque ignorant „bonum, vel malum*, qui nos ſumus ex genti„bus, qui neque bona, quæ ex Deo veniunt, „noveramus, neque mala, quæ ex peccato „generantur. Addit autem Dominus: *Secun„dum numerum dierum, quibus conſideraſtis ter„ram quadraginta diebus, pro die per annum reci„pietis peccata veſtra quadraginta annis.* Si vero „unicuique peccatori annus ad pœnam pro „unius diei peccato in ſuppliciis conſummen„dus eſt, vereor; ne forte nobis, qui quotidie „peccamus, ne ipſa quidem ſæcula ſæculorum „ſufficere poſſint ad pœnas luendas. . . . Sed „hæc nullius eſt ad integrum noſſe, niſi illius, „cui omne judicium tradidit Pater. Quod au„tem dies peccati in annum pœnæ reputetur, „etiam in libello Paſtoris, ſi cui tamen Scri„ptura illa recipienda videtur, ſimilia deſig„nantur. Sed fortaſſe aliquis neget, hoc bo„nitati Dei convenire. . . . Audi ergo, ſi vul„nus corpori infligatur, aut os confringatur, „ſub unius horæ ſpatio hujusmodi vulnera ſo„lent corporibus accidere, & plurimis poſtmo„dum cruciatibus, ac doloribus exactis multo „vix tempore ſanari. . . . Tranſi nunc ad ani„mæ vulnera per peccata. . . . Quæ ſi omnia „videre poſſemus, certum eſt, quod usque ad „mor-

Hermæ l. 3. ſimil. 6.

„mortem resisteremus adversum peccatum.
„Sed nos vel cupiditatibus sæculi amentes,
„vel vitiis inebriati sentire non possumus,
„quanta vulnera animæ peccando conquiri-
„mus; & ideo consequentissima ratio est, pœ-
„næ tempus extendi pro qualitate plagæ me-
„dendi. Et hæc audiens, qui peccavit, resi-
„piscat, & ultra non peccet; conversio enim
„in præsenti vita, & pœnitentia fructuose ge-
„sta celerem confert hujusmodi vulneribus
„medicinam: quia pœnitentia non solum vul-
„nus præteritum sanat, sed & ultra animam
„peccato non sinit vulnerari. Imo & illud
Pœnarum pro peccatis varii gradus. „adjiciam, v. g. si peccator sum, numquid ea-
„dem erit mihi pœna, si semel peccavi, quæ
„& si secundo, & tertio, & si frequentius pec-
„cem? non ita erit, sed pro modo, & nume-
„ro, & mensura peccati etiam pœnæ quanti-
„tas metienda est: mensura autem hæc erit,
„quam sibi unusquisque in hac vita vel minus
„vel amplius peccando quæsierit.... Nostrum
„ergo est, ad emendationem festinare, lugere
„præterita, cavere futura, invocare auxilium
„Dei. Invenies enim advocatum, qui pro te
„interpellet Patrem, Dominum Jesum Chri-
„stum: ipsi gloria in æterna sæcula sæculo-
„rum. Amen.

Homilia IX.

De Batillis Chore, seditione populi, & virga Aaronis germinante.

Hæreticorum dogmata illustriorem 1. „Chore figuram tenet eorum, qui contra
„Ecclesiasticam fidem, & doctrinam
„veritatis insurgunt. Scriptum est ergo de
„Cho-

„Chore, & de cœtu ejus, quod in batillis *fidem red-*
„æreis incensum obtulerint ignis alieni, & ju- *dunt.*
„betur quidem ignis alienus dispergi, ex ba- *n. 1.*
„tillis vero jubentur fieri laminæ, & in cir-
„cuitu altaris affigi, *quia sanctificata sunt. Num.*
„16. *v.* 38. *sqq.* Hoc ergo mihi videtur per
„hanc figuram ostendi, quod batilla ista figu-
„ram teneant Scripturæ divinæ, cui hæretici
„ignem alienum imponentes, hoc est, sensum,
„& intelligentiam alienam a Deo, & veritati
„contrariam introducentes, incensum Domino
„non suave, sed execrabile offerunt. Et ideo
„forma Ecclesiarum Sacerdotibus datur, ut,
„si quando tale aliquid fuerit exortum, ea qui-
„dem, quæ a veritate aliena sunt, ab Eccle-
„sia Dei penitus abstrudantur: siqua autem in
„ipsis hæreticorum verbis Scripturæ divinæ
„sensibus inveniuntur inserta, ne pariter cum
„illis, quæ fidei, & veritati sunt contraria,
„respuantur; sanctificata sunt enim, quæ de
„Scriptura divina proferuntur, & Domino ob-
„lata. ... Ista ergo batilla ærea, id est, hæ-
„reticorum voces, si adhibeamus ad altare
„Dei, ubi vera Dei prædicatio est, melius ipsa
„veritas ex falsorum comparatione fulgebit....
„Nam, si doctrina Ecclesiastica simplex esset,
„& nullis intrinsecus hæreticorum dogmatum
„assertionibus cingeretur, non poterat tam cla-
„ra, & tam examinata videri fides nostra, sed
„idcirco doctrinam catholicam contradicen-
„tium obsidet oppugnatio, ut fides nostra non
„otio torpescat, sed exercitiis elimetur. 1. *Cor.*
„11. *v.* 19.

2. „Post

Persecutionis utilitas. n. 2.

2. „Post refertur seditio populi contra „Moysen, & Aaron, & quomodo nubes obtexerit tabernaculum, & apparuerit Majestas „Domini, & receperit intra nubem Moysen, „& Aaron, ne lapidarentur a populo. *Num.* 16. „*v.* 42. *sqq.* Discamus ex hoc, quanta sit utilitas in persecutionibus christianis, quomodo „propugnator eis fiat Deus; tunc enim maxime gratia Dei adest, cum hominum saevitia „concitatur. Quamvis magni sint vitae merito „Moyses, & Aaron, apparere tamen eis gloria Dei non potuisset, nisi in persecutionibus „positis. Et tu ergo non putes tibi dormienti, „& otioso apparere posse gloriam Dei.

Modus placandi Deum. n. 3.

3. „*Et locutus est Dominus . . . interimam „eos semel, & ceciderunt Moyses, & Aaron in „faciem suam. Num.* 16. *v.* 44. *sqq.* In Moyse „lex significatur, quae docet homines scientiam, „& amorem Dei: in Aaron supplicandi Dei „forma consistit. Si ergo accidat, aliquando „indignari nobis vel universo populo Deum, „&, si jam sententia ultionis procedat a Domino, redeat autem lex Dei in cor nostrum „commonens nos, & docens converti ad poenitentiam, & supplicare pro culpis, cessabit „continuo iracundia, & propitiabitur Dominus quasi Mose, & Aaron pro universo populo supplicantibus.

Dilectio inimicorum etiam in V. L. n. 4.

4. „*Et ait Moyses ad Aaron, assume batillum, & impone super illud ignem ab altari . . „& exora pro ipsis. Num.* 16. *v.* 46. Ecce, diligit Moyses inimicos, & orat pro persecutoribus,

„ribus, quod utique Chriftus fieri in Evan-
„geliis docet. Sic ergo invenitur & Evan-
„gelii virtus in lege, & fundamento legis
„fubnixa intelliguntur Evangelia, & utrum-
„que teftamentum nobis novum Teftamentum
„eft non temporis ætate, fed intelligentiæ
„novitate. Et quoniam charitas numquam
„cadit, nec mandatum charitatis aliquando
„veterafcit. Peccatori autem, & charitatis
„fœdera non fervanti etiam Evangelia vete-
„rafcunt, nec poteft ei novum effe teftamen-
„tum, qui non deponit veterem hominem,
„ac induit novum, & fecundum Deum crea-
„tum.

5. „Cum igitur ira Dei cæpiffet *vaftare* *Chriftus*
„populum, ftans Aaron medius inter vivos, *mediator,*
„& mortuos portans batillum, atque ignem *n.* 5.
„cum incenfo mortem finivit, & vitam re-
„paravit. . . . Vide nunc, quomodo verus
Pontifex Jefus Chriftus affumpto batillo car-
nis humanæ, & fuperpofito igni altaris, fci-
licet anima fua, adjecto etiam incenfo, qui
eft fpiritus immaculatus, medius inter vivos,
& mortuos ftetit, & mortem non fecit ul-
tra graffari. Puto autem, quod etiam in
futuro adventu hic Pontifex, & Salvator
nofter ftabit medius vivorum, & mortuo-
rum, cum ftatuet oves quidem a dextris
fuis, hædos autem a finiftris. *Matth.* 25.

6. „Nunc pauca etiam de virga Aaron *Virga*
germinante differamus. *Num.* 17. *v.* 1. *fqq.* *Aaronis*
Verus Pontifex Chriftus folus eft, cujus vir- *germi-*
ga crucis non germinavit folum, fed & flo- *nans quid*
„ruit, *fignificet.*

n. 7. „ruit, & omnes hos credentium populorum „attulit fructus, nuces scilicet, qui fructus „primo indumento, quod litteram legis de- „signat, amarus est, secundo tegumento, seu „morali doctrina munitur, & tegitur: tertio „autem loco reconditum invenies secretum „mysteriorum sapientiæ, & scientiæ Dei sen- „sum, quo nutriantur, & pascantur animæ „Sanctorum non solum in præsenti vita, sed „& in futura.

Quatuor dotes corporis redivivi. n. 8.

7. „Virga Aaron arida germinans, & pro- „ducens frondes, flores, & nuces significat „etiam primo omnium resurrectionis ex mor- „tuis Sacramentum; virga enim arida ger- „minat, cum corpus extinctum cæperit revi- „viscere. Quæ autem sunt quatuor ista, quæ „resurgenti corpori præstabuntur? ut semina- „tum in corruptione surgat in incorruptione, „& seminatum in infirmitate surgat in vir- „tute, & seminatum in ignominia surgat in „gloria, & seminatum corpus animale sur- „gat corpus spiritale. Sed & illud secundo „dicemus, quia sicut in virga Aaron promis- „sionem suam Deus in quadruplum dedit, ita „multo magis in omnibus Scripturæ locis, „ubi aliqua Dei promissio continetur, siquis „tamen ad eam pervenire mereatur, in futu- „ro multipliciter præparabitur, & sic vere „complebitur illud Apostoli, quia *quod ocu- „lus non vidit . . . quæ præparavit Deus iis, „qui diligunt eum.* 1. *Cor.* 2. *v.* 9. Tertio pos- „sumus etiam hanc virgam ita intelligere. „Omnis, qui in Christo credit, primo mori-

„tur,

„tur, & post hoc renascitur, & est etiam hæc „figura, quod virga arida germinat. Est ergo „primum germen prima hominis in Christo „confessio: secundo frondescit, ubi renatus „donum gratiæ Dei ex Spiritus S. purificatio„ne susceperit. Inde affert flores, ubi profi„cere cœperit, & morum suavitate decorari, „ac fragrantiam virtutum effundere. Ad ul„timum affert etiam fructus justitiæ, quibus „non solum ipse vivat, sed & aliis proferendo „Verbum Dei præbeat vitam. Denique etiam „Christus est virga de radice Jesse, *Is.* 11. *v.* 1. „quæ *exit* pro disciplina negligentium, qui „verberibus indigent, illi autem, qui proficit „ad justitiam, ascendit in florem, usquequo „afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, „gaudium, pax, & reliquæ virtutes in Christo „Jesu Domino nostro, cui est honor, & gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA X.

De Aaron sumente peccata Sanctorum.

1. „Qui meliores sunt, inferiorum semper „peccata suscipiunt. Si peccet laicus, „ipse suum non potest auferre peccatum, sed „indiget Sacerdote, imo Pontifice opus est, ut „peccatorum possit remissionem accipere. . . . „Unde dixit Dominus ad Aaron: *tu, & filii* „*tui . . . sumetis peccata Sanctorum. Num.* 18. „*v.* 1. Non enim statim, ut quis Sanctus esse „cœperit, peccare jam non potest, & continuo „sine peccato putandus est, uti patet *Prov.* 18. „*v.* 17. Sancti igitur hic dicuntur, iidemque

Sanctorum peccata quomodo deleantur. n. 1.

„peccatores illi, qui se voverunt quidem Deo, „& sequestraverunt a vulgi conversatione vi„tam suam, ad hoc, ut Domino serviant: po„test autem fieri, ut in hoc ipso, quod Domi„no deservit, delinquat in nonnullis, & pec„cet. Secundum hoc ergo, quod proposuit, „Sanctus appellatur; secundum hoc vero, quod „necesse est, eum in multis delinquere, do„nec usu, & disciplina abscindatur ab eo con„suetudo peccandi, etiam peccator appellabi„tur. . . . Igitur, qui Sancti sunt, pro pec-

Confessio. „catis pœnitudinem gerunt, vulnera sua sen„tiunt, intelligunt lapsus, requirunt Sacerdo„tem, sanitatem deposcunt, purificationem „per Pontificem quærunt.

Peccata per Christum, Apostolos, & Martyres tolluntur. *n.* 2.

2. „Sed redeamus ad Pontificem nostrum „Jesum Dominum nostrum, & videamus, quo„modo ille cum filiis suis, Apostolis scilicet, „& Martyribus sumat peccata Sanctorum. Et „quidem, quod Dominus noster Jesus Christus „venerit, & morte sua peccata deleverit, nul„lus Christianus ignorat. Pro iis etiam, qui„bus scribebat, immolari se dicit Apostolus. „2. *Cor.* *v.* 15. Hostia autem ad hoc immola„tur, ut eorum, pro quibus jugulatur, pecca„ta purgentur. De Martyribus autem scribit „Joannes in Apocalypsi, quia adsistant altari, „consequenter ostenditur fungi Sacerdotis offi„cio, quod est pro populi supplicare peccatis. „*Apoc.* 6. . . . Quin etiam per passionem mar„tyrii remissio fit peccatorum.

3. „Se-

3. „Sequitur: *tu, & filii tui tecum in con-*
„*spectu tabernaculi observate custodias vestras, &*
„*altare, & custodias tabernaculi. Num.* 18. *v.* 1.
„*sqq.* Mandantur item observari non solum
„ea, quæ foris sunt, sed &, *quæ intra velamen*
„*sunt*, hoc est, interiorem hominem, & cor-
„dis secreta curare, ut immaculata perma-
„neant. Sed & in mente nostra legem Dei
„velut in tabulis aureis descriptam semper ha-
„beamus, legem utique naturalem, quam Deus
„in cunctorum mentibus scripsit; unde & se-
„mina quædam ad perscrutandam veritatem
„capimus, quæ semina, si bene excolamus,
„fructum vitæ æternæ afferent in nobis in
„Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria,
„& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XI.

De Primitiis offerendis.

1. „Primitias omnium frugum, omniumque pecudum Sacerdotibus lex mandat offerri. *Num.* 18. Hanc ergo legem observari etiam secundum litteram, sicut & alia nonnulla, necessarium puto. . . . Decet enim, & utile est, etiam Sacerdotibus Evangelii offerri primitias; ita enim & Dominus disposuit, ut, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant, &, qui altari deserviunt, de altari participent. 1. *Cor.* 9. Et sicut hoc dignum, & decens est, sic econtrario & indecens, & indignum existimo, & impium, ut is, qui Deum colit, non offerat primitias Sacerdotibus. Non mihi videtur hujusmodi

Impium est non offerre Sacerdotibus N. L. primitias, & decimas. n. 1. 2.

„anima habere memoriam Dei, nec credere „quia Deus dederit fructus, quos cæpit, quo „ita recondit, quasi alienos a Deo; si enim a „Deo sibi datos crederet, sciret utique mune„rando Sacerdotes honorare Deum de datis „& muneribus suis.

Primitiæ quomodo offerendæ. n. 6. 2. „Addit post hæc: *Ecce dedi vobis ad con„servandum primitias ex omnibus, quæ sancti„cantur mihi a filiis Israel.* Non vult enim Deu „aliunde accipere primitias, nisi a sanctificati „Israel; ex illis enim vult Deus benefacta su„scipere, quarum mens videt Deum, & qu „sanctificati sunt Deo per fidem: gentilis au„tem, etiamsi aliquid honestum habere vide„tur in moribus, hoc ipso, quod non Deo ad„scribit animi virtutem, sed jactantiæ suæ de„putat, non est sanctificata hujusmodi probi„tas, & ideo non recipitur inter primitias... „Sequitur: *Tibi enim dedi ea in honorem.* Cui „Aaron, sine dubio respondebis. Sed sermo „qui sequitur, magis de vero Pontifice Chri„sto, & filiis ejus Apostolis, & Doctoribu „Ecclesiarum suadet intelligi, quia sunt *legi„timum æternum.*

Gentilium virtutes.

SS. Trinitas sola natura sua sancta. n. 8. 3. „*Et hoc sit vobis ex iis, quæ sanctificant„Sanctis.* Ad distinctionem eorum, quæ no „sanctificata sancta sunt, hic sanctificata san„cta dicuntur; nam Spiritus S. ita sanctus est „ut sit sanctificatus, nec initium sanctitas eju „accepit, similique modo de Patre, & Fili „intelligendum est; sola enim Trinitatis sub„stantia est, quæ non extrinsecus accepta san„cti

„ctificatione, sed sui natura sit sancta: omnis „vero creatura vel dignatione S. Spiritus, vel „meritorum ratione sanctificata sancta dicetur. „Ab omnibus ergo fructibus sanctificatæ sanctæ sunt offerendæ primitiæ, sed spiritali Pon-„tifici. Fructus autem spiritus sunt charitas, „cujus primitiæ sunt, ut diligam Dominum „Deum meum, amorem vero proximi, & ini-„micorum, meis usibus relinquo. Alius fructus „est gaudium. Si ergo in Domino gaudeam, „& spe gaudeam, passus pro nomine Domini „injuriam, in tribulationibus, in verbo Do-„mini, & scientia mysteriorum Dei, acceptæ „Deo primitiæ gaudii offerentur, & sic de cæ-„teris fructibus spiritus.

4. „*Et ab omnibus*, inquit, *muneribus eo-„rum.* Siquis ergo vel egentibus distribuat, „vel faciat aliquid boni operis pro mandato, „munus obtulit Deo: sed rursus muneris offert „primitias, si non solum cibos, vel pecuniam, „sed & affectum miserendi habeat, & compa-„tiendi. Item vota orationis offerre, immo-„lare est Deo; sed hujus immolationis primi-„tiæ ita per Pontificem offerentur, si non so-„lum verbis, & voce, sed & mente oremus, „& corde. . . . Siquis enim intentam sense-„rit obsecrationem suam, & ipsis Dei conspe-„ctibus se intellexerit assistentem, ibique ora-„tiones suas profuderit, nullius extrinsecus „phantasiæ turbatus imagine, hic se noverit „per Angelum, qui assistit altari, obtulisse im-„molationis suæ primitias Pontifici magno, & „vero Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Primitiæ bonorum operum offerendæ.

Homilia XII.

De Puteo, & Cantico ejus.

Cognitio Dei triunius. n. 1.

1. „*Et bibit de puteo populus. Hic est puteus, „quem dixit Dominus ad Moysen: congrega populum, & dabo eis aquam bibere. Num.* „21. *v.* 16. Moyses congregare jubetur populum ad puteum, ut bibat aquam. Lex ergo „Dei sive Moyses est, quæ te convocat, ut ad „puteum convenias. Quem puteum nisi Je„sum Christum Filium Dei propria quidem sub„stantia subsistentem, uno tamen cum Patre, „& Spiritu S. Deitatis fonte nominatum; alius „enim a Patre Filius, & non idem Filius, qui „& Pater, & alius Spiritus S. a Patre, & Fi„lio: & est trium distinctio Personarum in Pa„tre, & Filio, & Spiritu S., sed una substan„tia est, & natura Trinitatis. . . . Ad hunc „ergo puteum, id est, ad fidem Christi nos „convocat lex; ipse enim dixit, quia Moyses „de me scripsit. Ut quid nos convocat? ut „bibamus aquam, & cantemus ei canticum, „hoc est, corde credamus ad justitiam, & ore „confiteamur ad salutem. Potest autem fieri, „ut aliquis venire ad istum puteum videatur, „sed nisi per Moysen congregetur, non est ac„ceptus Deo. Marcion, & alii venisse sibi viden„tur ad istum puteum, sed quia non venerunt „per Moysen, nec receperunt legem, & Pro„phetas, non possunt laudare Dominum Deum „de fontibus Israel.

Distinctio divinarum Personarum.

Prophetæ, & Apostoli Christi præcones.

2. „Quid ergo canitur apud hunc puteum? „*Initiate ei,* inquit, *puteum: foderunt illum prin„cipes,*

„*cipes, excuderunt reges.* Principes Prophetas *n.* 2.
„intelligamus; ipsi enim sensum, & Prophe-
„tiam de Christo defossam in profundo litteræ
„collocarunt, Reges autem Apostolos dixeri-
„mus, quia tam profunda possunt, & tam ab-
„scondita putei perscrutari. Quod autem re-
„ges possint dici Apostoli, probatur tum ex
„eo, quod de omnibus credentibus dicitur:
„*Vos autem genus regale.* 1. *Reg.* 2. *v.* 9. tum
„quod & ipsi rexerint Ecclesias, & illos ipsos
„dictis, atque scriptis suis regant, a quibus
„reguntur Ecclesiæ: qui etiam patefecerunt
„scientiam putei, & in notitiam universis gen-
„tibus adduxerunt.

3. „Post hæc *profecti a puteo veniunt in Ma-* *Fructus*
„*thanaim*, quod interpretatur *munera ipsorum;* *ex verbo*
„quia siquis de puteo hoc biberit, habet mu- *Dei.*
„nera, quæ offerat Deo, scilicet agnitionem *n.* 3.
„Dei, fidem suam, & affectum, quod expetit
„ab homine Deus. *Deut.* 10. *v.* 12.... A Ma-
„thanaim autem venimus in *Nahaliel*, quod
„interpretatur *ex Deo;* cum enim fidem no-
„stram, & affectum obtulerimus ei, tunc ipse
„largitur nobis diversa dona Spiritus sancti:
„& a Nahaliel venimus in *Bamoth*, quod in-
„terpretatur *adventus mortis*, qua Christo com-
„morimur, ut & convivamus ei. . . . Et ex
„Bamoth venimus in nemus, sive ut in aliis
„habetur exemplaribus, in *Janam*, quod in-
„terpretatnr *vertex montis*, sive ad illud famo-
„sissimum divini Paradisi nemus, vel certe ad
„ad verticem perfectionis, & beatitudinis sum-
„mitatem. Vides, quousque pervenitur a pu-

„teo, vides, quibus profectibus iter animæ „paratur ad cœlum: quæ si diligenter inspicias, ipse apud temetipsum quotidianos pro„fectus tuos discutiens, quam proximus ad „regna cœlorum habearis, advertes.

Diaboli pugna contra Fideles. n. 4.

4. Subsequitur historia de *Seon* Rege Amorrhæorum transitum negante filiis Israel, & ab illis percusso, & terra ejus occupata. *Num.* 21. *v.* 21. *sqq.* „Secundum spiritalem intelligen„tiam dicimus, Seon regem figuram tenere „diaboli, qui etiam Princeps hujus mundi vo„catur. *Joan.* 14. *v.* 30. Nos ergo sumus, qui „transire volumus per hunc mundum, ut per„venire possimus ad terram sanctam Sanctis „repromissam, & mittimus verbis pacificis ad „Seon, promittentes nos non habitaturos in „terra ejus, sed transituros tantummodo, & „incessuros via regali, nec declinaturos neque „in agrum, neque in vineam, sed nec de la„cu ejus aquam bibituros: hæc promisimus in „Baptismo, scilicet nos non usuros pompis „diaboli, neque operibus ejus, neque ullis „omnino servitiis ejus, ac voluptatibus pari„turos. . . . Sed via regali, quæ Christus „est, incessuros, & neque in agrum, neque in „vineam ejus, id est, neque ad opera, neque „ad sensus diabolicos declinaturos. . . . Vo„lumus ergo nos pacifice transire per mun„dum: sed hoc ipsum magis incitat principem „mundi, quod dicimus nos nolle permanere „cum ipso, nec aliquid ejus velle contingere, „inde magis exacerbatur, & commovet nobis „persecutiones, & congregat populum suum, „prin-

Renunciationes in Baptismo.

„principes, ac judices mundi, cunctosque ne„quitiæ ministros, qui semper persequuntur „populum Dei. Sed quid facit Israel? *Venit in* „*Issaar*, quod interpretatur *mandati adimpletio.* „Si ergo veniamus & nos ad expletionem „mandatorum, etiamsi cum omni exercitu suo „veniat adversum nos Seon diabolus, etsi „omnes suos contra nos dæmones concitet, „superamus eum, si Dei mandata complemus, „& si mandata, & præcepta Domini nostri Je„su Christi servemus, cui est gloria, & impe„rium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XIII.

De iis, *quæ superfuerunt priori tractatui, & de Balaam, atque asina ejus.*

1. „Hesterna die dixeramus, quomodo Seon „rex Amorrhæorum congressus cum „Israel victus fuerit, de quo & observanter „Scriptura dicit, quia cecidit in nece, vel ore „gladii, id est, in *verbi Dei* gladio *Ephes.* 6. „*v.* 17. Cecidit spiritalis Seon, qui est diabolus. „Additur: *et dominati sunt filii Israel omni terræ* „*ejus*, scilicet Christus, & Ecclesia ejus domi„natur in omni terra. *Et dominati sunt ab Ar*„*non*, quod interpretatur *maledictiones eorum*, „*usque Jacob*, id est, *luctamen.* Necesse est „enim, ut omnis, qui vult exire de regno dia„boli, luctamen ei ab ejus ministris suscitetur, „sed si vicerit, Jacob erit civitas Israel. *Et* „*accepit*, inquit, *Israel omnes civitates istas &c.* „scilicet in omni orbe terrarum Christi Eccle„siæ propagantur. Sed & unusquisque nostrum

Diabolus quomodo vincatur. n. 1.

„citur enim Balaam habuiſſe diſcipulos, qui „magicam ejus artem didicerint, quique magna de eo concepta opinione litteris mandaverint, ac poſteris reliquerint ejus vaticinia, „in quibus extabat etiam illud: *Orietur ſtella*, „quod cum e paterna traditione accepiſſent „Magi, venerunt Bethlehem, & Jeſum adoraverunt.

Aſina Balaam confutat. n. 8.

4. „Petenti ergo Balaam ire, conceditur, „in via vero conteritur ab aſina, quæ angelum videt, ut Balaam confutaretur. 2. *Petr.* „2. *v.* 16. id eſt impugnantes populum Dei.... „Forte etiam hæc aſina, id eſt, Eccleſia, prius „portabat Balaam, nunc autem Chriſtum, ex „quo a diſcipulis a ſuis vinculis relaxata eſt, „ut Filius Dei ſederet ſuper eam, id eſt, ſuper „credentes ex Judæis & ex gentibus in Chriſto „Jeſu D. N. cui eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XIV.
Item de Balaam.

Balaam, ſeu ſapientes mundi confutantur a rudibus. n. 4.

1. „Balaam rogatur a Balach rege ad maledicendum populo Dei. . . . Balaam „hic, qui interpretatur populus vanus, videtur mihi perſonam habere Scribarum & Phariſæorum Judaici populi: Balach vero, qui „excluſio vel devoratio interpretatur, & ipſe „perſonam habere intelligendus eſt unius alicujus contrariæ poteſtatis, quæ devorare cupiat Iſrael, qui ſecundum ſpiritum eſt, & „utitur miniſtris Pontificibus, & Scribis, ac „Phariſæis, ipſos invitat, ipſis mercedem pro-

„mit-

„mittit, & præmia: illi vero ficut Balaam „fimulant fe cuncta ad Deum referre, & zelo „Dei agere; dicunt enim: *fcrutare Scripturas*, „*& vide, quia Propheta a Galilæa non furgit.* „*Joan.* 7. *v.* 41. Per quæ fingula videntur „quidem Scribæ & Pharifæi zelum Dei habe„re, fed fimulatum: Afina vero, cui fedebat „Balaam, ea pars credentium poteft intelligi, „quæ five pro ftultitia, five pro ignorantia „animalibus comparatur. Ifti ergo ab iftis „peffimis dominis Scribis & Pharifæis fubjecti „quodammodo tenebantur & vincti, fed a Do„mino folvuntur per difcipulos ejus. *Matth.* 21. „*v.* 2. Et ita etiam hic ab angelo aperitur os „afinæ, & ficut in Evangeliis, qui non vi„dent, arguunt videntes; ita & hic, qui muti „erant, arguunt loquentes. Et hoc eft, quod „Dominus dicebat: *Abfcondifti hæc a fapienti*„*bus, & revelafti ea parvulis. Matth.* 11. *v.* 25. „Scribis ergo, qui fedebant fuper afinam „hanc, & tenebant eam vinctam, irafcitur „Angelus, & nifi quodam futurorum profpe„ctu, illos quidem peremiffet, afinam autem „fervaffet, quæ vidit, & reverita eft eum, „qui venit in vineam, & ftat inter vineas. „Compreffit tamen pedes fedentis fuper fe in „maceriam, & ideo forte non poteft ambula„re ille ejus feffor antiquus, nec venire ad „eum, qui dicit: *Venite ad me omnes, qui labo*„*ratis.* Afina tamen venit adducta a difcipu„lis, & cui tunc fedebat Balaam mercedis „cupidus, nunc ei fedet Jefus. Nec mireris, „fi Balaam audias prophetantem de Chrifto: „nam & Caipham hoc feciffe legimus. *Joan.* 11.

„&

„& ideo nemo extollatur, etsi prophetet; nam „super Prophetiam, super scientiam, super „fidem, super ipsum etiam martyrium, ut „Paulus docet 1. *Cor.* 13. charitas habenda „est, & charitas excolenda, quia & *Deus cha-„ritas est.* 1. *Joan.* 4. *v.* 16. Et Christus Filius „ejus charitas est, qui nobis perfectionem cha-„ritatis donare dignetur. Ipsi gloria, & im-„perium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia. XV.

De Prophetia Balaam.

Christianorum excellentia. n. 2. 3.

1. „Age Prophetiæ Balaam verba, quæ as-„sumpta parabola sua dixisse scribi-„tur, videamus. *Ex Mesopotamia*, inquit, „*vocavit me Balach rex Moab, ex montibus „orientis. Num.* 23. *v.* 7. *Veni*, inquit, *& ma-„ledic mihi Jacob, maledic mihi Israel* . . . ait „ergo: *Quid maledicam, quem non maledicit „Dominus.* Quid autem causæ sit, quod non „maledicat Dominus Jacob, neque Israel, ab „ipso nihilominus Balaam, imo a verbo, quod „posuit Deus in ore ejus, diligentius audiamus: „*Quoniam de verticibus*, inquit, *montium intuebor „eum, & a collibus intelligam eum:* hoc est, quia „Israel in edita vita & ardua positus est, ad „quam contuendam non facile quis idoneus fiat, „nisi ascendat ad eminentem scientiam, idcirco, „inquit, non maledicit ei Deus. Quod tamen „de Israele ad fidem Christi veniente dicit, „qui cœlestem vitam consurgens cum Christo „exercuerit. Hic Israel *solus habitabit, & in „nationibus non reputabitur:* spiritalis enim

„Israel

„Israel vere solus habitabit in gentibus, si
„enim accesserit ad Jerusalem cœlestem, &
„venerit ad spiritalem Judæam, vere non re-
„putatur inter cæteras gentes. . . . *Quis in-*
„*vestigabit semen Jacob &c.* Deus quippe solus
„scit, quis vere sit Jacob, & quis vere sit
„Israel. . . . *Moriatur anima mea inter animas*
„*justorum, & fiat semen meum, sicut semen justo-*
„*rum.* Hoc populo Judaico convenit, qui in
„fine sæculi ad Ecclesiam congregatus morie-
„tur cum animabus justorum . . . & illud:
„*fiat semen meum sicut semen justorum*, posset
„etiam de Balaam intelligi secundum hoc, *Magi*
„quod magi illi, qui de oriente venientes *Christi*
„primi venerunt adorare Jesum, de semine *adorato-*
„ejus esse videantur saltem per doctrinæ tradi- *res de se-*
„tionem. . . . Conveniet tamen & populo *mine Ba-*
„Judaico, quorum semen efficietur sicut semen *laam.*
„justorum, qui credentes ex gentibus in Chri- *n. 4.*
„sto justificati sunt, cui est gloria, & impe-
„rium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XVI.

De Prophetia alia Balaam.

1. Pergit Balaam in sua Prophetia: „*Non* *Victoria*
„*erit labor in Jacob, neque videbitur do-* *Christia-*
„*lor in Israel. Num.* 23. *v.* 21. Aperte in istis *norum &*
„sermonibus futuræ vitæ denunciat statum, *præmium*
„*ibi enim aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus.* *de hosti-*
„*Is.* 35. *v.* 10. Quod tamen non ad omnes, sed *bus.*
„ad eos tantum refertur, qui meritis Jacob & *n. 5. 6.*
„Israel fuerint. . . . *Dominus Deus suus cum*
„*ipso, præclara principum cum ipso sunt.* Præ-
„clara

„clara principum poteſtas eſt, principatus, & „regnum: quoniam ſunt & aliqui principes, „qui de principatu ſuo depulſi ſunt, & in „principatum eorum introducendi ii, qui vere „Iſraelitæ ſunt, præclara illa omnia, quæ ha„buerunt in cœlis illi principes, qui non ſer„vavèrunt principatum ſuum, Iſrael iſte & Ja„cob, qui colluctatus eſt, & vicit, accipiet, „& ſic cum ipſo erunt præclara principum: „*Deus, qui eduxit eum de Ægypto ſicut gloria* „*unicornis ei.* Spiritualis Iſraelis de Ægypto „ſæculi educti, & de poteſtate tenebrarum „gloria erit regnum Chriſti, quod *Job.* 49. „*v.* 9. & *Dan.* 8. *v.* 22. ſub nomine cornu uni„cornis deſignatur.

Futurorum præſcientia eſt quid indifferens. n. 7.

2. „*Non erit auguratio in Jacob, neque divi„natio in Iſrael. In tempore dicetur ad Jacob* „*& Iſrael, quid perficiet Deus.* Videtur mihi „futurorum præſcientia, quantum ad ipſam „rem ſpectat, medium quiddam eſſe, id eſt, „neque proprie bonum, neque proprie ma„lum; quandoquidem poteſt interdum etiam „a parte diaboli ad hominum notitiam futuro„rum venire præſcientia: ſine dubio autem „cum tempus & opportunitas poſcit, & vo„luntas Dei fuerit, datur etiam a Deo per „prophetas hominibus præſcientia. . . . Eſt „ergo talis quædam in miniſterio præſcientiæ „operatio dæmonum, quæ artibus quibusdam „ab iis, qui ſe dæmonibus mancipaverint, „colligitur, & nunc per eas, quas ſortes no„minant, nunc per ea, quæ auguria appel„lant, nunc etiam ex contemplatione fibra„rum,

Divinationis variæ ſpecies.

„rum, quæ extiſpicia vocant, aliisque horum „ſimilibus præſtigiis comprehendi videtur.... „Hæc ergo omnia in operatione dæmonum „fieri non dubito, & a quibus is, qui homo „Dei eſt, penitus debet eſſe alienus, & hæc „omnia Religio noſtra divina abjurat. *Lev.* 19. „*v.* 26. & *Deut.* 18. *v.* 9. Et propter hoc etiam „hic dicitur: *non erit auguratio in Jacob &c.* „ſed *in tempore dicetur Jacob & Iſraeli, quod* „*perficiet Deus.* Hoc eſt, ſi expedit, nos præ„noſcere futura, dicentur a Deo per Prophe„tam Dei, & per Spiritum S. Si vero non di„cuntur, ſcito, quia non nobis expedit, ven„tura prænoſcere.

3. „Poſt hæc, *ecce*, inquit, *populus ſicut* „*catulus leonis exurget, & ſicut leo exultabit.* „*Num.* 23. *v.* 24. In iis mihi videtur confiden„tiam populi deſcribere credentis in Chriſto, „& libertatem, quam habet in fide; & exul„tationem, quam gerit in ſpe: comparatur „enim catulo leonis, cum tendit ad perfectio„nem lætus & velox; leoni vero confertur, „cum jam obtinet, quæ perfecta ſunt. Sicut „enim leo & catulus leonis nullam beſtiam „timent, ſed cunctæ ſunt eis ſubjectæ, ita & „perfecto Chriſtiano cuncta ſubjecta ſunt: de„ſpicit enim, & contemnit omnia, quæ in hoc „mundo ſunt, & imitatur eum, qui leo de „tribu Juda dicitur.

Chriſtiana perfectio.

4. „*Non dormiet, donec comedat prædam,* „*& ſanguinem vulneratorum bibat.* Hæc popu„lus Chriſtianus, populus fidelis audit, & am„ple-

S. S. Eucharistia, & realis praesentia Christi.

„plectitur, & sequitur eum, qui dicit: *Nisi „manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis ipsis, „quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus „vere est potus. Joan.* 6. *v.* 54. Et utique, qui „dicebat haec, vulneratus est pro hominibus. „Bibere autem dicimur sanguinem Christi non „solum Sacramentorum ritu, sed & cum ser„monem ejus recipimus. . . . *Non*, ergo in„quit, *dormiet*, *donec comedat praedam*. Iste „enim populus, qui catulo leonis vel leoni „comparatur, non quiescet, donec rapiat re„gnum coelorum. *Matth.* 11. *v.* 12. . . . Tu „ergo es verus populus Israel, qui scis san„guinem bibere, & nosti carnem Verbi Dei „comedere. . . . In Christo Jesu D. N. cui „est gloria, & imperium in saecula saeculorum. „Amen.

Homilia XVII.

De ejusdem tertia Prophetia.

Christianorum gloria futura. n. 4.

1. „Videamus jam, quae sint, quae in ter„tia Prophetia proloquatur Balaam: „*Quam bonae*, inquit, *domus tuae Jacob* . . . „*ut nemora umbrantia, ut paradisi super flumina, „& sicut tabernacula, quae fixit Dominus, sicut „cedri juxta aquas. Num.* 24. *v.* 5. . . . Si „consideres divisiones illas & ordines populo„rum, qui in resurrectione habebuntur in po„pulo veri Israel, quando resurget unusquis„que in suo ordine, tunc intelliges, quam bo„nae sunt domus Jacob, & quam bona taber„nacula Israel. . . . Nemora obumbrantia „sunt omnis justorum caetus, & sanctorum

„Pro-

„Prophetarum chorus; sub umbra enim sen-
„suum, quos apud illos scriptos inveniunt,
„refrigerantur animæ ipsorum, & sicut pa-
„radisi super flumina inveniuntur, quæ pos-
„sumus Scripturas Evangelicas, & Apostoli-
„cas accipere.

2. „Sed nunc videamus, quid etiam de *Christi regnum.*
„Christo prophetet; ipse est enim, de quo di- *n. 5.*
„cit: *Exibit homo de semine ejus, & dominabi-*
„*tur gentibus multis, & exaltabitur Gog regnum*
„*ejus. Num.* 27. *v.* 7. Christus ergo est, qui
„exiit ex semine Israel secundum carnem,
„qui, quomodo gentibus dominetur, exposi-
„tione non indiget: Gog vero super tecta *Gog quid.*
„interpretatur, & in loco isto non pro gen-
„tis alicujus nomine, ut putatur, positum
„est, sed ipse Hebræus non interpretatus re-
„lictus est, & ob hoc quasi de gente aliqua
„dictum videtur. Est ergo consequentia talis:
„& exaltabitur super tecta regnum ejus, &
„crescet regnum ejus. Exaltari autem tecta
„de perfectione credentium dicitur, crescere
„autem ad multitudinem refertur: in iis ergo,
„qui perfecti sunt, super tecta exaltatur re-
„gnum Christi, crescit vero, dum multiplican-
„tur Ecclesiæ, & fidelium numerus augetur.

3. „Post hæc scriptum est adhuc de Chri- *Fuga*
„sto: *quia Deus deduxit eum ex Ægypto*, quod *Christi in*
„in eo completum videtur, ubi post mortem *Ægyp-*
„Herodis revocatur ex Ægypto, & designat *tum, &*
„Evangelium. *Matth.* 2. *v.* 15. dicens: *ex Ægy-* *Pascha. n. 6.*
„*pto vocavi Filium meum*, qui sermo quibus-

 „dam

„dam ex hoc loco assumptus videtur, & „Evangeliis insertus, aliis autem de Osee Pro„pheta. *cap.* 11. *v.* 2. Sequitur: *& gloria uni„cornis ejus*; omnia enim dæmonum regna de„jiciens Christus unum suum regnum funda„vit in gloria; cornu enim pro regno sæpe „docuimus nominari. *Edet gentes inimicorum „suorum*, gentes convertendo ad fidem. *Et „jaculis suis sagittabit inimicum.* Jacula ejus „verba ejus sunt, quibus vel diabolum vicit, „vel contradicentes sibi nunc superat, & pec„catores ad pœnitentiam convertit. Sed post „hæc etiam de ipsa passionis dispensatione „commemorat, & dicit: *Recumbens requievit „ut leo, & ut catulus leonis, quis excitabit eum?* „Requievit ut leo, cum in cruce positus prin„cipatus, & potestates exuit, & triumphavit „eas in ligno crucis: ut catulus autem leo„nis, cum resurrexit a somno mortis: quia „autem nunc a Patre dicitur suscitatus, nunc „suscitare templum corporis sui dicit, percon„tantis affectu dicitur: *Quis suscitabit eum? „Qui benedicunt tibi, benedicti sunt, & qui ma„ledicunt tibi, maledicti sunt*, scilicet Christo... „Ego etiam puto, quod non ille solum male„dicat Christo, qui sermonem adversus eum „maledicum profert: sed & ille, qui sub no„mine Christiani male agit, & turpiter con„versatur, & inhonestis verbis, vel actibus „suis facit nomen ejus blasphemari inter gen„tes; sicut econtrario non ille, qui sermoni„bus solis benedicit, ipse benedicere putan„dus est, sed qui actibus, & vita, & mori„bus suis facit ab omnibus nomen Domini

„bene-

„benedici: Propter quod omnimode caveamus, ne propter actus nostros Christi nomen blasphemetur, sed magis id agamus, ut de benedictionibus ejus participes esse mereamur. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XVIII.

De quarta Prophetia.

1. „Quartam nunc Prophetiam ex iis, quæ Balaam in verbo Dei locutus est, in manus assumimus, scilicet: *Orietur stella ex Jacob, & exurget homo ex Israel, & vastabit principes Moab. Num. 24. v. 17...* De his & in superioribus diximus, quia evidenter de stella, quæ Magis in oriente apparuit, prophetetur, qua duce venerunt ad Judæam, requirentes eum, qui natus est rex Israel, & repertum oblatis muneribus adoraverunt.... Ostendit & ordo Prophetiæ Deitatem ejus, cum dicit: *Orietur stella ex Jacob*, & humanam ejus naturam, cum ait: *Et exurget homo ex Israel*, ut in utroque & secundum Deitatem, & secundum humanitatem Christus prophetatus evidenter appareat. *Et vastabit principes Moab*, id est, spiritales nequitias, & principatus illos, adversus quos nobis luctamen est, quos iste homo ex Israel vastabit, cum exuit principatus, & potestates affigens illos cruci suæ. *Et prædabitur omnes filios Seth*, id est, victis adversariis dæmonibus, eos, qui sub eorum dominatione tenebantur, Christus quasi præ-

Prophetia de stella oritura in adventu Christi. n. 4.

Duæ naturæ in Christo.

„dam victoriæ fuæ ducit, & fpolia falutis
„reportat. Utinam ergo & me captivum fem-
„per habeat Chriftus Jefus, & me ducat in
„prædam fuam, & ego tenear ejus vinculis
„alligatus, ut & ego dici merear vinctus Je-
„fu Chrifti. *Et erit Edom hæreditas ejus, Efau*
„*inimicus ejus.* Edom caro intelligitur, quæ
„adverfatur fpiritui, & eft inimica: in adven-
„tu autem Chrifti, cum fubjecta fuerit caro
„fpiritui, per refurrectionis fpem etiam ipfa
„ad hæreditatem veniet. *Et Ifrael fecit in*
„*virtutem.* Hoc eft tunc carnis natura in hæ-
„reditatis focietatem vocabitur, cum Ifrael,
„feu anima decenter repleta fuerit virtutibus.
„*Et exurget ex Jacob, & perdet liberatum de*
„*civitate.* . . . Hoc eft, quem liberat Chri-
„ftus de hoc mundo, perdit eum; dicit enim;
„*Qui perdet animam fuam propter me, falvam*
„*faciet eam. Luc.* 9. *v.* 24. . . . Perdit enim
„animam fecundum Chriftum, qui cupidita-
„tes ejus refecat. . . . Qui cum Chrifto mo-
„ritur, & qui hic eam perdiderit, inveniet
„eam ibi fine dubio, ubi dicit Apoftolus:
„quia *vita veftra abfcondita eft cum Chrifto in*
„*Deo. Col.* 2. Cui gloria in æterna fæcula fæ-
„culorum. Amen.

HOMILIA XIX.

De Vifione quinta Balaam.

Gentilismus deftruetur. n. 2.

1. „Quinta hæc nobis, eademque ultima Ba-
„laam vifio difcutitur. . . . *Initium*
„*gentium Amalech, & femen eorum peribit. Num.*
„24. *v.* 20. . . . Hoc ad invifibilem Amalech
„me-

„melius refertur, quam ad carnalem; nam „invisibilis a declinando populos a Deo, & „faciendo gentiles ex Dei cultoribus Amalech „nominatur: & ideo recte initium gentium „dicitur, quasi talis quædam virtus contra„ria, quæ prima initium dederit, ut homi„nes gentiles fierent. *Et semen eorum peribit*: „semen eorum est doctrina, qua docuerunt „homines, declinare a Deo: istud ergo semen „malum, & doctrina pessima peribunt, non „ipsi, in quibus seminatum est, peribunt; ipsi „enim, cum conversi ingemuerint, salvi erunt.

2. „Commemorat autem Prophetia post „Amalech *Cinæum* dicens: *Valida habitatio tua*, „*etsi posueris in petra nidum tuum, & si fuerit* „*tibi Beor nidus astutiæ, Assyrii captivum te* „*ducent. Num.* 24. *v.* 21. Beor pater est Ba„laam, qui potest accipi in persona hæreti„corum, ut hoc dici videatur, quod salvus „possit esse Cineus, si ponat in petra nidum „suum, hoc est, in Christo collocet spem suam, „& non eum hæreticorum circumdet astutia; „nam si hoc fuerit, nihil ei proderit, quod „in petra Christo collocatus videtur; ab Assy„riis enim captivus ducetur, malignis scilicet „virtutibus, qui eos captivos ducunt, quos „hæreticus error involverit.

Hæreticis nil prodesse Christi cognitio. n. 3.

3. „Post hæc suæ Prophetiæ sermonem „Balaam in his concludit dicens: *O quis vivet*, „*cum fecerit hæc Deus? Num.* 24. *v.* 23. Hic „vitam non illam communem, sed illam no„minat, quæ secundum Deum est, & hæc est, „quod

Christiani hostes sui profes- sunt. n. 4.

„quod dicit, quia cum hæc omnia fient, cum „orietur astrum ex Jacob &c., cum nimirum „advenerit Christus, quis erit ille tam beatus, „tam felix, qui hæc videat, & credat? *Et exi-„bunt de manibus Cithiorum, & affligent Assyrios.* „Cithii interpretantur plaga finis. Hi ergo, qui „convertuntur ad Deum, & a Christo eruditi, „plagam, quæ in fine mundi impiis eveniet, „effugiunt, ipsi affligent Assyrios, dæmonum „scilicet gentem. Sed quoniam hæc non sine „agone, & magno certamine poterunt obti-„neri, affligent etiam ipsi Assyrii Hebræos, „hoc est, populum Domini, sicut affliguntur „ab eis: sed Assyrii, cum vires suas omnes „erga Hebræos affligendos effuderint, statim „etiam *ipsi peribunt pariter* ab eo, qui potesta-„tem habet perdere in gehennam, & qui est „benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XX.

De eo, qui fornicatus est in Madianitide.

Pudicitia ad victoriam confert. n. 1.

1. „Balaam posteaquam virtute Dei constrictus „non est permissus maledicere Israel, „volens tamen placere regi Balach, consilium „ei dedit, dicens: populus hic non propriis vi-„ribus, sed Deum colendo vincit, & pudici-„tiam conservando: si vis eum vincere, primo „eorum pudicitiam dejice, & sponte vincen-„tur. Sed adversum hæc non virtute militum, „sed mulierum decore pugnandum est, ut co-„gente libidine consiliis obtemperent fœmina-„rum, & consecrentur prius Beelphegor, quod „est idolum turpitudinis: quibus consiliis ac-

„cepti

„ceptis rex Balach parat continuo exercitum „foemineo nitore compositum, non furore bel-„lico, sed libidinis flamma succensum. Capti-„vantur ergo Israelitae non ferro, sed luxu, & „fornicantur in mulieres Madianitidas, & ira „Dei insurgit super eos. *Num.* 25. *v.* 1. *sqq.* Hic „nos primo textus aedificet, ut discamus ex „hoc, quoniam jaculantur adversus nos tela „luxuriae: sed si nobis non desint arma, quibus „nos armari jubet Apostolus, *Eph.* 6.. hujus-„modi jacula nos terebrare non poterunt; si „autem talia arma projicimus, statim locum „diabolico vulneri damus, atque ob hoc ira „Dei insurgit super nos. Quod ergo facit nos „vincere in his praeliis, quae adversum nos „diabolus commovet, pudicitia est, & justitia, „& prudentia, & pietas, caeteraeque virtutes; „quae autem faciunt nos vinci, luxuria est, & „libido, avaritia, & impietas, omnisque ma-„litia.

2. „Est ergo execrabilis corporis fornica-„tio, multo tamen magis execrabilis est ge-„neralis illa fornicatio, in qua omne genus „peccati pariter continetur. Generalis autem „fornicatio dicitur, cum anima, quae matri-„monio Verbi Dei quodammodo sociata est, „ab adversario corrumpitur, & violatur. . . . „Donec ergo anima adhaeret sponso suo, inde „nascetur generosa progenies, inde pudicitia „orietur, inde justitia, inde patientia, inde „mansuetudo, & charitas, atque omnium vir-„tutum proles veneranda succedet. Quodsi in-„felix anima divini Verbi dereliquerit sancta

Fornicatio spiritalis omne peccatum. *n.* 2.

„connubia, parit filios adulterinos, pecc
„iræ, aptos ad interitum. . . . Et ideo acri
„nobis intendendum est, ne forte generet ali
„quid anima, quod maledicto dignum sit, u
„etiamsi nondum opere impleverit, in ip
„tamen voluntate, & proposito ejus sit huj
„modi maledicta progenies, cui non misere
„ris, nec parcas ei, sed adhuc parvulam f
„tim interfice elidens ad Petram. Ps. 134. v.
„Petra autem est Christus.

Turpia committens consecratur Beelphegor. v. 8.

3. „Fornicatus est ergo Israel cum mul
„ribus Madianitarum, & refutatus est a D
„quia non solum fornicatus, sed & idol
„gentium consecratus est, & comedit ex i
„quæ fuerant idolis immolata. . . . Ado
„verunt ergo Israelitæ idola, & consecr
„sunt Beelphegor, cujus interpretationem n
„minis cum requireremus attentius inter h
„bræa nomina, hoc tantum invenimus sc

Beelphegor significatio.

„ptum, quia Beelphegor species sit turpit
„dinis: noluit tamen declarare, qualis sp
„cies esset turpitudinis, honestati credo co
„sulens, qui interpretatus est, ne auditu
„pollueret audientium. . . . Unde sciendu
„est, quod omnis, qui aliquid turpe commit
„tit, Beelphegor Madianitarum dæmonio co
„secratur: sed & per singula peccata, qu
„committimus, maxime si jam non subreptio
„ne aliqua, sed studio, affectuque peccamus,
„illi sine dubio dæmoni, cui peccatum illud
„inoperari curæ est, consecramur. . . . Si
„ergo senseris, malignum spiritum loqui in
„corde tuo, ut te ducat ad aliquod opus

„pec-

peccati, intellige, quia te ducere vult, ut consecret te alicui daemoni.... Dices, quid ergo faciemus, si maligni spiritus pertrahunt ad peccatum? verum adverte, & videbis, quanto major in secretis salutis nostrae cura geratur, quam facultas ad decipiendum praebeatur. Adest unicuique nostrum, & jam minimis, qui sunt in Ecclesia, Angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigendis, & miserationibus exposcendis, quotidie videat faciem Patris, qui in coelis est. *Matth.* 18. Deinde ipse Filius Dei adest, ipse defendit, ipse custodit, ipse nos ad se trahit: *Omnia*, ait, *traham ad meipsum*. . . . Ipse etiam Dominus Pater dispensationem salutis nostrae non negligit, sed ipse nos ad salutem non solum vocat, sed & pertrahit. *Joan.* 6. *v.* 44. & *Matth.* 22. *v.* 9. Sed nec sanctus quidem Spiritus in hujusmodi dispensationibus deest, qui Saulum, & Barnabam assumpsit ad ministerium, *Act.* 13. *v.* 2. & Paulum cogit ire Jerosolymam, praedicans ei vincula, & carceres. *Act.* 21.

Angeli custodes quid agant.

Gratiae Dei efficacia.

4. Sequitur: „*Assume Principes populi, & „ostenta illos Domino contra solem, & averte„tur ira furoris Domini ab Israel. Num.* 25. „*v.* 3. *sqq.* Populus peccat, & principes osten„tantur contra solem, iidem ad examinan„dum producuntur, ut arguantur a luce. Vi„des, quae sit conditio principum populi, non „solum pro suis propriis arguuntur delictis, „sed & pro populi peccatis coguntur reddere „ratio-

Principes non corrigentes subditos puniuntur v. 4.

„rationem, ne ipsorum sit culpa, quod po
„lus deliquit, ne forte non monuerint, ne
„solliciti fuerint, arguere eos, qui initi
„culpæ dederint; ne contagio dispergeretu
„plures; hæc enim omnia facere principib
„imminet, & doctoribus. Si enim illis h
„non agentibus peccaverit populus, ipsi ad j
„dicium producuntur, & in ipsos velut ne
„gentes convertetur iracundia Dei, & cessa
„a populo. Hæc si cogitarent homines, nu
„quam ambirent ad populi principatum; suf
„cit enim mihi pro meis propriis delictis,
„pro peccatis meis reddere rationem, q
„mihi necesse est, etiam pro populi pecca
„ostentari, & ostentari contra solem, a
„quem nihil potest abscondi?

Principatus non ambiendus.

Malæ cogitationes statim supprimendæ. n. 5.

5. „Post hæc refertur, quia, cum vidi
„*Phinees* Israelem quemdam introisse ad mul
„rem Madianitidem, rapto Siromaste ingre
„sit prostibulum, & utrumque per ipsa pude
„da transfoderit, & hic *sedavit iracundiam* D
„mini. *Num.* 25. *v.* 10. *sqq.* Et tu si vid
„Israeliticum sensum cum Madianiticis sc
„tantem meretricibus, id est, cum diaboli
„se cogitationibus volutantem, nolo parca
„statim gladio spiritus perime, ipsum pecca
„fomitem deseca, & sedabis iracundiam Dom
„ni, ut propitius nobis fiat Deus per veru
„Phinees Dominum nostrum Jesum Christum
„cui est gloria, & imperium in sæcula sæc
„lorum. Amen.

Hom

Homilia XXI.

De eo, quod secundo populus numeratus est.

„Per praeceptum Domini secundus nunc „populus, qui in lapsorum locum rediviva generatione successit, vocatur ad numerum, *& iis distribuetur terra in sortem &c. Num.* 26. Mysteria hæc sunt, quæ per legis imaginem conscribuntur: reprobatur enim prior populus, qui est in circumcisione, & introducitur secundus, qui congregatur ex gentibus, & ipse, qui hæreditatem consequitur paternam, non a Moyse, sed ab Jesu. Nam Moyses, etiamsi dat aliquibus hæreditatem, dat extra Jordanem terram non fluentem lacte & melle, sed pecoribus aptam, & muta animalia melius, quam rationales homines nutrientem: Jesus vero meus secundo populo terram dat lacte & melle fluentem. Et Moyses non potest merita singulorum divina sorte pensare; hoc solus facit Jesus, cui omne judicium Pater tradidit, ipse scit, quomodo unumquemque digna mansione dispenset. Omnes vero Levitæ sortem inter cæteros non accipiunt, sed ipse Dominus sors is & hæreditas esse memoratur. Per hos illi mihi videntur indicari, qui omnium visibilium gloriam supergressi in sola sibi sapientia Dei, & verbo ejus vivendi usum, exercitiumque posuerunt, qui corporeum nihil requirunt, nihil rationis alienum: isti hæreditatem non habent in terris, sed supergrediuntur summa coeli fastigia, & ibi semper „in

Vocatio gentium. n. R.

„in Domino delicianter: qui autem inferio
„sunt, hæreditatem accipient terræ vive
„tium, & isti quidem beati, sed illi beatior

Pauci salvantur. n. 2.

2. „Sed quoniam terræ hujus division
„speciem dicimus tenere, & imaginem fut
„rorum bonorum, ac formam cœlestis hæ
„ditatis ostendere, invenio tamen, ibi beati
„res paucos haberi, quam plures: nam, q
„per viam latam & spatiosam, quæ ducit a
„perditionem, egerint iter, multi dicunt
„qui vero per arctam & angustam viam pen
„xerint, quæ ducit ad vitam, pauci appell
„tur. *Matth.* 7. *v.* 13. . . . Sed unde, q
„fit differentia inter paucos & multos, co
„gnamus indicia? Pone omnem humani ge
„ris numerum, ex universis gentibus eli
„fideles, sine dubio pauciores erunt, qu
„sunt universi. Tunc deinde ex fidelium n
„mero elige meliores: certum est, quod mu
„tum inferior numerus remanebit. Et iter
„ex ipsis, quos elegeris, elige rursum per
„ctiores, pauciores profecto reperies, & qu
„to amplius eligendo processeris, tanto ma
„exiguos & pauciores invenies, usquequo u
„timo venias ad aliquem, qui confidenter d
„cat, quia *amplius, quam omnes illi, labora*
„1. *Cor.* 15. *v.* 10.

Nonnulli Sancti ob merita eximia gloria donantur. n. 3.

3. „*Per sortem*, inquit, *erit hæreditatis*
„*stributio.* Hoc quidem præcipitur, sed
„deo, Moysen sorte non uti in divisione h
„reditatis Ruben, & Gad, & dimidiæ trib
„Manasse. Sed & Jesus Nave extra sorte
„di

dat hæreditatem tribui Juda, Caleb, Ephraim, & dimidiæ tribui Manaffe. Unde puto, quod & in illa regni cœlorum beata hæreditate erunt aliqui, qui non veniant ad fortem, neque cum cæteris, quamvis fint fancti, numerabuntur, fed erit egregia quædam & eximia eorum hæreditas, ficut Caleb & Jefu filii Nave. Sicuti egregii bellatores non cum cæteris militibus in divifione fpoliorum ducuntur ad fortem, fed optima quæque eis decernuntur; ita & mihi videtur Dominus meus Jefus Chriftus facturus, quosdam enim, quorum gefta magnifica, fublimesque virtutes ipfe cognofcit, illis præcipuos honores decernit & glorias. . . . Qui nos quoque etiamfi non inter eximios & electos, atque illos, qui fupra fortem funt, in fortem tamen Sanctorum dignetur adducere, cui eft gloria, & imperium in fæcula fæculorum. Amen.

Homilia XXII.

De filiabus Salphaat, & de fucceffione Moyfi.

„Quinque filiæ *Salphaat* accipiunt hæreditatem patris fui defuncti, & perpetua vivendi jura fæculo dantur. *Num.* 27. Vides, quanta fit etiam hiftoriæ utilitas in lege Dei. Sed tamen nos quæramus, quomodo etiam fpiritaliter ædificemur. . . . Quinque corporei fenfus funt, quibus omne opus expletur in corpore: iftæ ergo filiæ quinque, id eft, operum perfectio, etiamfi patre orbentur, qui eft intellectus, & etiamfi „hic

Rudes etiam ab hæreditate Dei non excluduntur, n. 1.

„hic ad intelligentiam spiritalem nihil sapit, „sed est emortuus, tamen si genuerit filias, „id est, opera ministerii, opera obsequiorum, „opera mandatorum Dei, hæreditatem cum „plebe Domini consequitur: & licet in ministro„rum & Sacerdotum numero non poterit su„scipi, in plebejo tamen ordine hæreditatem „terræ repromissionis accipiet.

Successio hæreditaria mystica. n. 2.

2. „Post hæc ponitur lex Dei de *successione*, „ut primo filius, filia secundo loco succedat, „tertio frater, quarto patris frater, quinto „propinquior ex omni familia. In his tam in„teger est historiæ sensus, ut nihil videatur „requirere extrinsecus. Potest tamen spiri„tualiter intelligi primus consequendæ cœle„stis hæreditatis gradus doctrinæ & scientiæ „merito, qui est masculus filius. Secundus „operum prærogativa, quæ filia est. Tertius „imitationis bonorum fratrum. Quartus eo„rum, qui audita a patribus conantur implere. „Quintus, qui sive occasione, sive veritate do„ctrinæ aliquid boni fecerint.

Moyses cur in monte ante mortem terram promissam intuetur. n. 3.

3. „Post hæc ponitur, quomodo Dominus „dixerit ad Moysen, ut ascenderet in mon„tem, & inde cum intuitus fuisset omnem ter„ram repromissionis, ibi defungeretur: sed „ille orat ad Deum, ut provideat hominem, „qui regat populum. *Num.* 27. Vide, quomo„do qui perfectus est, in alto, & in arduo de„fungitur loco: vitæ namque ejus consumma„tio habebatur in excelso. Sed & oculis suis „contueri jubetur omnem terram repromissio„nis;

„nis; oportebat enim ſummam perfectionem „conſecuturo nihil incognitum remanere, ut „nuda mente ad auditoria ſapientiæ prope- „rans velociter eorum rationes adſequatur & „cauſas.

Conſanguineis Sacerdotia non hæreditanda. n. 4.

4. „Sed interim videamus Moyſis magnifi- „centiam: receſſurus de ſæculo orat Deum, „ut provideat ducem populo. Quid agis, o „Moyſes! quomodo non oras pro filiis tuis „Deum, ut eos conſtituat populo duces? Sed „diſcant Eccleſiarum principes, ſucceſſores „ſibi non eos, qui conſanguinitate generis „juncti ſunt, teſtamento ſignare, neque hæ- „reditarium tradere Eccleſiæ principatum, „ſed Dei judicio totum de ſucceſſoris electione „relinquere. Numquid non poterat Moyſes „eligere principem populo, & vero judicio „eligere, ſicut elegit Presbyteros, *Num.* 11. „*v.* 16. Sed hoc non facit, ne poſteris relin- „quat præſumptionis exemplum. . . . Si er- „go Moyſes non permittit judicio ſuo de eli- „gendo principe populi, quis erit, qui audeat „vel ex plebe, quæ ſæpe clamoribus ad gra- „tiam, aut pretio fortaſſis excitata moveri ſo- „let, vel ex ipſis etiam Sacerdotibus quis „erit, qui ſe idoneum ad hoc judicet, niſi cui „oranti a Domino reveletur, ſicut Moyſi de „Jeſu filio Nave. *Num.* 27. *v.* 18. *ſqq.* Propin- „guis agrorum relinquatur hæreditas; guber- „natio populi illi tradatur, quem Deus ele- „gerit, homini ſcilicet tali, qui *habet in ſemet-* „*ipſo Spiritum* Dei, & præcepta Dei in con- „ſpectu ejus ſunt, & qui Moyſi valde familia- „ris ſit, id eſt, in quo ſit claritas legis & „ſcien-

„ſcientia, ut poſſint eum audire filii Iſrael. . .
„Oremus ergo, ut Jeſus regnet ſuper nos, &
„terra noſtra quieſcat a bellis, quod de Jeſu
„dicitur meo Domino, non illo Nave. . . .
„Sub velamento enim Patris, & Filii, & Spi-
„ritus S. requieſcet anima, quæ pacem in ſe
„recuperaverit carnis & ſpiritus. Ipſi æterno
„Deo gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXIII.

De muneribus, & diverſitate feſtivitatum.

Nemo offert Deo ſua, ſed quæ Dei ſunt. n. 2.

1. „Nemo ſuum aliquid offert Deo, ſed „quod offert, Domini eſt. Propter„ea volens Dominus munerum ſibi offerendo„rum leges ſcribere, dicit: *munera mea obſer„vate. Num.* 28. *v.* 1. *ſqq.* Ne quis ergo in of„ferendis muneribus beneficii ſe aliquid con„ferre crederet Deo, prius edocet hominem, „quo ſciat, ſe, quidquid obtulit Deo, reddere „id ei potius, quam offerre. Sed & illud vi„deamus, quomodo ait: *quæ offeratis mihi in „diebus feſtis meis.* Habet ergo Deus dies fe„ſtos ſuos? Habet: eſt enim ei magna feſtivi„tas humana ſalus. Quomodo putas lætifica„eum, cum is, qui fuerat impudicus, fit c„ſtus &c. iſtæ omnes ſingulorum quorumq„converſiones feſtivitates generant Deo. N„dubium, quin & D. N. Jeſus Chriſtus, q„pro ſalute noſtra etiam ſanguinem ſuum f„dit, agat feſtivitatem maximam, cum ope„pretium videt eſſe, quod factus eſt obedie„usque ad mortem. Agit feſta pariter & Sp„ritus S. ubi plura ſibi videt in iis, qui co

Gaudium Dei ſuper pœnitente.

„ve

„vertuntur ad Deum, templa præparata. „Agunt etiam Angeli diem festum, lætantes „super iis, qui refugientes consortia dæmo„num per exercitia virtutum Angelicis se festi„nant sociare consortiis. Mirum fortasse sit, „quod dicere volo; causas, ut videtur, festi„vitatis, & lætitiæ nos Deo, & Angelis da„mus. . \ . Sed sicut boni actus nostri, & vir„tutum profectus festivitatem Deo, & Angelis „gignunt, ita vereor, ne mala conversatio no„stra cœlo lamentationes inducat, & fortassis „etiam ipsi Deo luctum incutiant humana pec„cata. *Mich.* 7. *v.* 1. Certum est etiam, quod „si Angeli gaudent pro converso, necesse est, „ut lugeant pro peccante. Hæc autem omnia, „in quibus lugere, vel gaudere, vel odisse, „vel lætari dicitur Deus, tropico, & humano „modo accipienda sunt a Scriptura dici: alie„na porro est divina natura ab omni passionis, „& permutationis affectu, in illo semper bea„titudinis apice immobilis, & inconcussa per„durans.

2. „Quia ergo *festorum* leges habemus in *Ordo Sacrificiorum.*
„manibus: prima festivitas Dei est, in qua si„ne ulla prorsus interruptione *sacrificium indesi„nens* matutinis, & vespertinis horis mandat *n.* 3.
„offerri, quo scilicet agnoscat ille, quod, qui *Juge Sacrificium oratio.*
„vult esse perfectus, & sanctus, indesinenter „debet agere diem festum, sine intermissione „orando, ita ut ascendat oratio sicut incensum „mane, & elevatio manuum fiat sacrificium „vespertinum. . . . Unde ille iis diebus, qui„cus peccat, offerre non potest indesinens Sa-

„crificium Deo. . . . Vereor item aliquid „dicere, quod ex sermonibus Apostoli intelligi „datur, ne forte videar aliquos contristare; „1. *Cor.* 7. *v.* 5. nam certum est, quia impedi„tur Sacrificium indesinens iis, qui conjugali„bus necessitatibus serviunt. Unde videtur mi„hi, quod illius est solius offerre Sacrificium „indesinens, qui indesinenti, & perpetuæ se „devoverit castitati. Sed sunt & alii dies festi „iis, qui forte non possunt indesinenter immo„lare Sacrificia castitatis.

Casti soli indesinens Sacrificium offerunt.

Sabbatum christianum quomodo celebrandum. n. 4.

3. „Secunda festivitas est *sabbati:* relin„quentes autem judaicas sabbati observationes, „qualis debeat esse Christiano sabbati observa„tio, videamus. Die sabbati nihil ex omnibus „mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas „ab omnibus sæcularibus operibus, ad Eccle„siam convenias, lectionibus divinis, & tra„ctatibus aurem præbeas, & de cœlestibus co„gites, hæc est observatio sabbati christiani: „& si onus peccati portes, & a loco justitiæ „non exeas, vera sabbata custodis.

Neomenia christiana n. 5.

4. „Tertia festivitas ponitur *Neomeniæ* dies, „seu novæ lunæ, in qua offertur & hostia. „Neomenia umbra futurorum est, & celebra„tur, cum luna soli penitus conjuncta fuerit. „Sol justitiæ Christus est: huic si luna, id est, „Ecclesia sua, vel anima, quæ lumine ipsius „repletur, juncta fuerit, & penitus ei adhæ„serit, ut unus cum eo spiritus fiat, tunc fe„stivitatem Neomeniæ agit.

5. „Quar-

5. „Quarto in loco ponitur *Paſchæ* ſolemni- *Paſcha chriſtianum. n. 6.*
„tas, in qua agnus occiditur. Sed vide tu
„agnum verum, agnum Dei, agnum, qui tol-
„lit peccata mundi, & dicito: quia Paſcha
„noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Judæi car-
„nali ſenſu comedant carnes agni, nos autem
„comedamus carnem Verbi Dei; ipſe enim di-
„xit: niſi *comederitis carnes meas, non habebitis*
„*vitam in vobis ipſis. Joan.* 6. *v.* 54. Hoc quod
„modo loquimur, carnes ſunt Verbi Dei, qui-
„bus qui poteſt perfecto intellectu veſci, &
„corde purificato, ille vere feſtivitatis Paſchæ
„immolat Sacrificium.

6. „Poſt hanc feſtivitas ſequitur *Azymorum*, *Azyma chriſtiana n. 7.*
„quam merito celebrabis, ſi extermines omne
„fermentum malitiæ ab anima tua, & azyma
„ſinceritatis, veritatisque cuſtodias: tale fer-
„mentum niſi abjecerimus de domo animæ
„noſtræ, merito exterminabimur. Sed ne con-
„temnas, etiamſi parvam videris intra te fer- *Parva peccata non negligenda.*
„mentari malitiam, quia modicum fermenti
„totam maſſam corrumpit, & ideo non negli-
„gas de parvo peccato, quoniam ex uno pec-
„cato generatur & aliud, & qui ſemel intra ſe
„licet parvum malitiæ repoſuerit fermentum,
„quotidie ſemetipſo nequior efficitur, ac de-
„terior.

7. „Poſt hanc ſequitur ſexta feſtivitas *no-* *Feſtivitas novorum fructuum. n. 8.*
„*vorum fructuum.* Si ergo & tu vis novorum
„diem feſtum agere cum Domino, vide, quo-
„modo ſemines, aut ubi ſemines, ut poſſis ta-
„les metere fructus, ex quibus lætari facias

„Deum, & agere diem festum. Fructus au„tem spiritus primum omnium est gaudium, „cum quo, si simul quis metat pacem, man„suetudinem; atque horum similes fructus, „dignissime novorum fructuum festivitatem „Domino aget.

Festum septimi mensis tubarum. n. 9.

8. „Tunc sequitur festivitas *septimorum*, seu „*septimi mensis*,„ & fit in prima die mensis me„moria. Sed quis est, qui festivitatem gerat „memoriæ *tubarum*, nisi qui potest Scripturas „Propheticas, & Evangelicas, quæ velut cœ„lestis personant tuba, mandare memoriæ, „& intra thesaurum cordis sui recondere?

Festum expiationis. n. 10.

9. „Est adhuc & alia festivitas, cum affli„gunt animas suas Deo festa celebrantes. Hic „dies est *propitiationis* decima die mensis septi„mi. Vide ergo, si vis diem festum agere, si „vis, ut lætetur Deus super te, afflige animam „tuam, & humilia eam: non ei permittas ex„plere desideria sua, nec concedas eam lasci„viis evagari. . . . Cum enim afflicta fuerit „anima, tunc ei repropitiatur Deus, & tunc ad „eam venit Christus Jesus Dominus, & Re„demptor ejus.

Scenopegia. n. 11.

10. „Jam ultimus dies festus Dei *Scenope„gia* est. Lætatur ergo super te Deus, cum „te viderit in hoc mundo in tabernaculis habi„tantem, non habere fixum animum super ter„ras, nec desiderantem, quæ terrena sunt, „sed velut in transitu positum, ad veram pa„triam Paradisi festinantem. . . . Hæ sunt „festi-

„festivitates in præsenti, cum autem venerit, „quod perfectum est, tunc erit vera, & incor„rupta festivitas, cujus festivitatis erit Princeps, „& sponsus ipse Jesus Christus Salvator noster, „cui est gloria, & imperium in sæcula sæculo„rum. Amen.

Homilia XXIV.

De Sacrificiis in festivitatibus oblatis, & votis.

1. „In Paschæ festivitate *agnus* oblatus scribi„tur esse, qui purificat populum, in aliis „vitulus, in aliis hircus, aut aries, vel capra „vitula. *Num.* 28. *v.* 29. *sqq.* Agnus ipse esse „dicitur Dominus, & Salvator noster, *Joan.* „1. *v.* 29. qui quasi agnus ad occisionem du„ctus, & in Sacrificium altaris oblatus, pecca„torum remissionem universo præstitit mundo. „Verum & fortassis cæterorum Sanctorum, ac „Justorum sanguis, qui effusus est a sanguine „Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ Pro„phetæ, alterius quidem sanguis, sicut vitu„læ, alterius sicut hirci, aut capræ, aut ali„cujus horum fusus est, ad expiandum pro „parte aliqua populum. . . . Sic ergo figura„liter potest videri, quod alius pro festivitate „sabbatina quasi hircus, aut vitulus, aut aries „offeratur, ad reconciliandum hominibus Deum; „donec enim sunt peccata, necesse est, & re„quiri hostias pro peccatis. Nam pone, non „fuisse peccatum, non necesse fuerat, Filium „Dei agnum fieri, nec opus fuerat, eum in „carne positum jugulari . . . Et quoniam pec„cati

Sacrificium agni, vitulæ &c. quid significent. n. 1.

Christus non fuisset incarnatus, si non fuisset peccatum.

„cati ipsius diversæ qualitates fuerunt, diver„sorum animalium mandantur hostiæ, quæ „convenirent varietatibus peccatorum, & pro „multitudine peccatorum multiplicatæ sunt, „& pro exiguitate minuuntur. . . . Sed in „his omnibus unus est agnus, qui totius mun„di potuit auferre peccatum, & ideo cessave„runt cæteræ hostiæ; ceteri enim precibus pec„cata, hic solus potestate dimisit.

Duplex homo interior, & exterior. *§. 2.*

2. „Post hæc votorum lex ponitur; ait enim: „*homo, homo, quicunque votum voverit Domino.* „*Num.* 30. Quæ est ista repetendi nominis „causa? Apostolus docet, alium esse interio„rem hominem, & alium exteriorem, & il„lum esse, qui renovatur de die in diem secun„dum imaginem ejus, qui creavit eum; hunc „vero esse visibilem, qui corrumpitur. Vota „porro offerre Domino nemo potest, nisi qui „aliquid habet in semetipso, quod offerat „Deo: non sufficit iste exterior homo; non „enim potest aliquid dignum Deo habere, „sed ille interior est homo, qui magis habet „in se, quod offerat Deo. In illo namque „est habitaculum virtutum, & divinæ ima„ginis innovatio, quam cum virtutum redin„tegratione receperit, tunc jam potest vota „offerre Deo, & jam non homo solum, sed ho„mo homo dicetur. . . . Unde satagendum „est unicuique nostrum, ut ab interiore homi„ne auferat omnes immunditias; cum enim „conversus ingemuerit, poterit digne altissimo „reddere vota sua; votum enim est, cum ali„quid de nostris offerimus Deo (*vid. Huetium*

„in

„*in Orig. l.* 2. *q.* 7. *n.* 12.). Quid autem eſt, „quod vult accipere a nobis Deus? Audi Scri-„pturæ ſententiam: ut *timeas Dominum Deum* „*tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & dili-*„*gas eum &c. Deut.* 10. *v.* 12. Quæ ſi non prius „offeramus, ab eo accipiemus nihil; ſi autem „nos obtulerimus Deo, quæ in nobis, ille „conferet in nos, quæ ſua ſunt, v. g. pro cor-„poris caſtitate, ſpiritus caſtitatem. . . . Ille „vero, qui appellatur Nazaræus, ſemetipſum „devovit Deo, ſemetipſum autem offerre Deo, „hoc eſt perfectius omnibus votis, quod qui „facit, imitator eſt Chriſti, qui ſemetipſum „dedit pro hujus mundi vita. Si ergo tollas „crucem tuam, & ſequaris Chriſtum, ſi dicas: „*vivit in me Chriſtus*, animam tuam obtuliſti „Deo. . . . Et ſi te voveris Deo, imitandus „tibi eſt vitulus Deo devotus, quem non licet „humanis operibus deſervire, ſed quidquid ad „animam pertinet, & ad divini cultus obſer-„vantiam, hoc & agendum, & cogitandum „tibi eſt, ut occurras in virum perfectum in „menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ipſi glo-„ria in ſæculorum. Amen.

Homilia XXV.

De ultione in Madianitis facta.

1. „Scandala, quæ acciderant Iſraelitis, quo- „niam tergiverſatione Madianitarum ac- „ciderant; ipſi enim ſubornaverunt mulieres, „quæ eos deciperent, ut peccarent coram Do- „mino, illi quidem pro peccato ſuo pertulerunt „vindictam, mediocrius tamen, & parcius, „hi vero, qui fuerunt eis cauſa peccandi, mul-

Scandalum graviter punitur. n. 1.

„to vehementiori subjacent ultioni. *Num.* 31. „Unde edocemur, quia longe sit gravius, aliis „causam præbere peccati, quam ipsum unum- „quodque peccare. *Marc.* 14. *v.* 21. Illud au- „tem scandalum dicitur, ubi recto itinere am- „bulanti deceptio aliqua instruitur, & subji- „citur causa peccati. Causam ergo præbere „peccati, hoc est, scandalizare.

Victoria pietate magis, quam numero militum obtinetur. n. 2.

2. „Filii ergo Israel sexcenta millia fue- „rant armatorum, qui processerant adversus „Madian, & hi omnes victi sunt, quoniam „peccatum erat in ipsis: nunc vero victores „Madianitæ, qui sexcenta millia fugaverant, „vincuntur a duodecim millibus. *Num.* 31. *v.* 7. „Ut scias, quia non in multitudine militum „vincit Israel, sed justitia, & pietas est in eis, „quæ vincit. Vides ergo, quia plus valet „unus Sanctus orando, quam peccatores in- „numeri præliando: oratio Sancti penetrat „cœlum, quomodo non & hostem vincat in „terris? . . . Interficiuntur autem & reges „Madianitarum, atque illi, qui prius a mu- „lieribus victi sunt, nunc expiatione habita, „& gesta pœnitentia etiam reges vincunt. „Ex hoc intelligamus, quantum valeat con- „versio ad Deum, quantum prosit emendatio „peccatorum.

Nomina regum Madian explicantur. n. 8.

3. „Sed & nomina horum regum cura „fuit Scripturæ divinæ memorare. Scilicet „*Evin*, qui *belluinus* interpretatur; quomodo „enim poteris ad mansuetorum beatitudinem „pervenire, nisi prius interficias iracundiæ

„feri-

„feritatem. . . . Alius Rex *Rocon*, quod eſt „in noſtra lingua, *inanitas*. Vincit autem ina„nitatem, qui nihil inaniter, quod ad rem „non pertinet, gerit; inanis enim dicitur „omnis actio, & omnis ſermo, in quo non „eſt aliquid intrinſecus pro Deo, vel pro man„dato Dei. Eſt & alius Rex Madian *Ur*, & „hic interpretatur *irritatio*. . . . Denique hi, „qui in vitiis regnant, quinque Reges eſſe „dicuntur, ut evidentiſſime doceamur: quia „omne vitium, quod regnat in corpore, ex „quinque ſenſibus pendet. Iſti ergo quinque „ſenſus perimendi ſunt, ut ultra vitia non „regnent ſuper nos.

Quis actus vanus.

4. „Bello adverſus Madianitas confecto „fiunt ex omnibus ſpoliis æquales duæ par„tes, ut una ſit eorum, qui ad bellum pro„ceſſerant, & alia eorum, qui in caſtris reſe„derant; nam in populo Dei ſunt quidam, qui „procedunt ad bellum, & pugnant adverſus „gentes inimicas, & adverſus ſpiritales nequi„tias pro reliquo populo orationibus, jejuniis, „juſtitia, & pietate, cunctisque continentiæ vir„tutibus tamquam armis bellicis communiti, „& cum regreſſi fuerint ad caſtra victores, „fruuntur laboribus eorum etiam imbelles, „& ii, qui ad pugnam vel non vocantur, „vel exire non poſſunt. . . . Pauci ſunt ta„men, qui prælia iſta conficere poſſint: de „ſexcentis millibus & amplius armatorum ſo„la duodecim millia eliguntur, cæteri relin„quuntur in caſtris, qui tamen, ſi cum quie„te reſideant, & non recedant a Moyſe, ſed „per-

Juſti pro populo bellant. *n. 4.*

...ant in lege Dei, partem spoliorum
... percipient. . . . Quis hæc audiens non
...tur pugnare pro Ecclesia, & resistere
...erium veritatis inimicos, qui vel dogmata
Ecclesiæ oppugnare, vel voluptati operam
...are homines docent? Qui ergo hos expug-
„nat, hic accipiet spolia multa quinquagies
„multiplicata, quam cæteri; in tantum nam-
„que numeri quantitas videtur augeri, cum
„sexcentis millibus duodecim millia confe-
„runtur.

... viros ... loquitur Deus. ... 5.

5. „Denique in præsenti lectione Eleazar „Sacerdos non scribitur ad omnem populum „locutus, sed ad eos tantum, qui de prælio „redeunt. *Num.* 31. *v.* 21. *ad viros virtutis*, ad „hos loquitur sermo Dei; viri enim virtutis „sunt, qui ad bellum procedunt, & contra ad„versarios dimicant. Sicut autem vita conti„nens, atque agonum certamina faciunt unum„quemque virum virtutis appellari, ita econ„trario remissa vita, & ignava facit virum ig„naviæ appellari. . . . Tempus igitur belli „nobis est in hoc mundo, pugna adversus vi„tia carnis nostræ: spectat nos Angelorum cho„rus, quomodo de hoc prælio revertamur, & „quid unusquisque nostrum manubiarum re„portet; nam secundum quod labor ejus pro „contemplatione exuviarum probatur, etiam „mansionis ei meritum deputabitur. . . . Ut „purificatus, & mundus effectus possit in„gredi sanctam civitatem Dei aperiente sibi „ostium Jesu Christo Domino nostro, imo qui „est ostium ipsius civitatis Dei, cui est gloria „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMI-

Homilia XXVI.

De summa numeri filiorum Israel.

1. „Differentias esse profectuum, & merito- *Insignes*
„rum in populo fidelium, ex summa *bellatores*
„bellatorum duodecim millium virorum ele- *Christi.*
„ctorum, ut confligerent adversus Madianitas, *n. 1. 2.*
„colligimus. Sunt ergo in populo Dei bella-
„tores multi, & quidam, qui appellantur
„*summa bellatorum*, eminentiores bellatoribus,
„qui nullis se implicant omnino negotiis sæcu-
„laribus, ut possint in lege Dei meditari die,
„ac nocte, & nulla est in eis dissensio, nulla
„discordia, & sunt illis *omnia communia. Act.*
„4. *v.* 32.

2. „Post hæc sequitur historia de hæredi- *Christia-*
„tate *Ruben*, & *Gad*, & dimidiæ tribus *Ma-* *norum*
„*nasse. Num.* 32. . . . Hæreditas, quæ per *hæreditas*
„Moysen traditur, & extra Jordanem decerni- *terra pro-*
„tur, mysticis quibusdam rationibus in duode- *missa.*
„cim tribubus filiorum Israel totius humani *n. 4.*
„generis figuram complectitur, vel omnium
„certe hominum, qui ad agnitionem Dei ve-
„nerunt. Horum ergo pars aliqua hæredita-
„tem consequitur extra Jordanem per Moysen,
„pars vero trans Jordanem, & hæreditatem
„suscipit in terra repromissionis per Jesum. Et
„illi quidem, quibus extra Jordanem hæredi-
„tas decernitur, Ruben, Gad, & Manasse prio-
„rem populum designant ob multa eorum ju-
„menta; animalis enim homo non potuit per-
„cipere, quæ sunt spiritus Dei. 1. *Cor.* 2. *v.* 14.
„Jesus autem dividit terram illis, qui Jorda-
„nem transeunt cum jumentis suis, mulieri-
„bus,

„bus, & infantibus, & possunt ad Patrum
„promissa, & fidem Christi pervenire. . .
„Nihilominus etiam qui in priori populo vi
„ri fortes fuerunt, pugnant adversum hoste
„nobiscum, usquequo vincantur inimici no
„stri, usquequo hæreditatem terræ bonæ
„terræ mellis, lactisque capiamus. Quis enim
Sancti orant pro nobis. „dubitat, quod Sancti quique Patrum, & ora
„tionibus nos juvent, & gestorum suorum
n. 6. „confirment, atque hortentur exemplis; se
„& voluminibus suis per ea, quæ nobis a
„memoriam scripta reliquerunt, docentes no
„& instruentes, quomodo adversus inimic
„potestates certandum sit, & quomodo ag
„num toleranda certamina. Pugnant er
„pro nobis & ipsi, incedunt primi arma
„ante nos; ipsos enim nos habentes ad ex-
„emplum, & videntes eorum per spiritum
„fortia facta, armamur ad prælium spiritale,
„& adversus spiritalia nequitiæ in cœlestibus
n. 7. „dimicamus. Potest etiam sic exponi, ut in
„populo Ecclesiæ intelligantur quidam spiri-
„tales, & intra Jordanem percipere hæredi-
„tatem terræ fluentis lac, & mel, sapientiæ
„divinæ capientes dulcedinem: alii autem
„sunt carnales, qui stolidis sensibus, ceu pe-
„cudibus abundant, & remanent extra Jor-
„danem. . . . Nos autem abjectis brutis sen-
„sibus ad secretiora mysteria penetremus,
„usque veniamus ad locum, ubi sedes Dei
„est, & Jerusalem Dei viventis, ad cujus nos
„hæreditatem perducere dignetur dux, & Do-
„minus noster Jesus Christus, cui est gloria
„& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMI

Homilia XXVII.

De mansionibus filiorum Israel.

„In Scripturis invenies in egressione filio- *Mansiones*
„rum Israel de Ægypto quadraginta & *itineris ad*
„duas habitas esse mansiones: & rursum ad- *cœlum.*
„ventus Domini, & Salvatoris nostri in hunc *n.* 4. 5. 6.
„mundum per quadraginta & duas genera-
„tiones adducitur. *Matth.* 1. Sed & anima,
„cum de Ægypto vitæ hujus proficiscitur,
„ut tendat ad terram repromissionis, pergit
„necessario ad illas, quæ apud Patrem ab
„initio præparatæ sunt mansiones. . . . Istæ
„mansiones sunt, quibus iter e terris agitur
„ad cœlum. . . . Fit ergo prima profectio *n.* 8.
„ex *Ramesse*, *Num.* 33. quod dicitur *commotio*
„*tineæ*, quo ostenditur, quod omnia in hoc
„mundo in commotionibus, & corruptela po-
„sita sunt, in quibus non oportet residere
„animam, sed proficisci, & venire in *Socoth*,
„id est, *tabernacula*, ut sciat sibi tamquam
„peregrinanti in tabernaculis habitandum,
„quo velut in procinctu posita adversus insi-
„diantes expedita occurrere possit. Ex So-
„coth applicat in *Buthan*, quod *convallis* ap-
„pellatur, ubi agon gerendus est: & viator
„noster descendit ad eos, qui in profundis
„sunt, non ut ibi demoretur, sed ut ibi vi-
„ctoriam consequatur. Profecti ex Buthan
„applicuerunt ad os *Iroth*, quod *vicus* inter-
„pretatur, id est, initium conversationis, &
„abstinentiæ mediocris; periculosa namque est
„in initiis grandis, & immoderata abstinen-
„tia . . . in profectionibus enim est, non in
„perfectione jam posita. 2. „Post

n. 10. 2. „Post hæc transeunt per medium maris „rubri, & applicuerunt ad *amaritudines.* Nos „interim cum venerimus ad transitum maris, „etiamsi videamus Pharaonem, & Ægyptios „insequentes, nihil trepidemus, credamus tan- „tum in unum verum Deum, & quem misit „Filium suum Jesum Christum; paulo post „enim videbimus Ægyptios jacentes ad littus „maris. Applicuerunt ergo ad amaritudines; „nec enim est possibile ad terram repromissio- „nis venire, nisi per amaritudines transeamus „hujus vitæ in diversis tentationibus. Profe- „cti de amaritudine venerunt in *Helim*, ubi „sunt duodecim fontes aquarum, & septuagin- „ta duæ arbores palmarum. Vides post ama- „ritudines, quam te amœna suscipiunt loca; „nam dispensator animarum Deus in ipso iti- „nere interserit laboribus etiam quædam refri- „geria, quibus anima refrigerata promptior re- „deat ad reliquos labores. *Profecti de Helim* „*applicuerunt juxta mare rubrum*, non tamen „intrant *mare rubrum:* semel tantum sufficit in- „trasse, modo jam applicant juxta mare, ut „quidem undas ejus aspiciant, nequaquam ta- „men motus ejus pertimescant. Deinde appli- „cuerunt in deserto *Sin*, quod *rubus* interpre- „tatur, sive tentatio; de rubo enim apparuit „Dominus, & etiam in visionibus solet esse „tentatio; nam nonnumquam Angelus iniqui- „tatis transfigurat se in Angelum lucis.

3. „*Profecti vero ex deserto Sin venerunt in* „*Raphaca*, quod est *sanitas;* nam ubi spiritalis „efficitur anima, & discretionem cæperit ha- „bere

„bere visionum, pervenit ad sanitatem. Ex „Raphaca veniunt in *Halus*, quod *labores* in„terpretatur; propterea enim adipiscitur a Deo „anima sanitatem, ut labores delectabiliter su„scipiat. Post hæc veniunt in *Raphidin*, id est, „*laus judicii;* justissime enim laus judicii sequi„tur post labores. Post hæc pervenitur in de„sertum *Sina*, quæ est locus deserti Sin, seu „magis montis, qui in ipso deserto est, ubi „datur lex Dei, cum anima capax esse cæpe„rit secretorum divinorum. Quid est *monumen„ta concupiscentiæ?* sine dubio, ubi sepultæ sunt „concupiscentiæ, nec ultra concupiscit caro „adversus spiritum. Post hæc venitur in *Ase„roth*, quod est, *beatitudo;* beata namque est „anima, quæ nullis jam vitiis carnis urgetur. „Inde venitur in *Rathma*, sive *Pharam*. Rath„ma *visio consummata* interpretatur, Pharam „vero *visibile os*. Quid? nisi ita crescat anima, „ut perfectam rerum divinarum v. g. Incarna„tionis &c. capiat intelligentiam. Hinc jam „venitur in *Remonphares*, hoc est, *excelsa inter„cisio*, quando cœlestium rerum a terrenis se„paratio fit, & discretio. Post hæc venitur in „*Lebna*, quod interpretatur *dealbatio*, quæ ex „splendore veræ lucis venire intelligenda est, „& ex visionum cœlestium claritate descen„dere. Post hæc mansio fit in *Ressa*, id est, „*laudabilis tentatio;* anima enim nisi tentationi„bus assiduis quodammodo saliatur, continuo „resolvitur, ac relaxatur. Ex hac venitur ad „*Macelath*, id est, *potestas*, seu *virga*, ita ut „anima dominetur corpori. Inde venitur in „montem *Sephar*, quod *tubicinatio* appellatur,

„eoquod anima tuba canit in verbo prædica-
„tionis, ut, qui audierit, præparare se possit
„ad bellum. Post hæc venitur *Charadath*,
„quod sonat, *idoneus effectus*, quia idoneos nos
„fecit ministros novi Testamenti. Inde man-
„sio habetur apud *Maceloth*, quod interpreta-
„tur, *ab initio;* contemplatur namque, qui ad
„contemplationem tendit, initium, imo cuncta
„ad eum refert, qui erat a principio, nec
„ab isto initio aliquando discedit. Post hæc
„fit mansio in *Caath*, quod est, *patientia;* ne-
„cesse est enim, eum, qui vult etiam aliis
„prodesse, multa pati, & cuncta ferre patien-
„ter. Inde venitur *Thara*, id est, *exstasis*,
„cum in agnitione magnarum, & admirabi-
„lium rerum mens attonita stupet. Post hæc
„venitur ad *Mathèca*, seu *mors nova*, quando
„Christo commorimur, ut & convivamus ei.
„Inde *Asenna* venitur, quod *os* significare di-
„citur, & robur patientiæ declaratur. Jam
„hinc habetur mansio apud *Mesoroth*, id est,
„*excludens*, scilicet malignas suggestiones con-
„trarii spiritus de cogitationibus suis. Post
„hæc *Banaim* venitur, quod *fontes* significat,
„vel *excolationes*, ubi divinorum verborum fon-
„tes quis haurit, usquequo excolet eos bi-
„bendo. Post hæc venitur in *Galgad*, id est,
„*tentamentum;* sine hoc enim virtus nec vide-
„tur plena esse, nec perfecta. Postea venitur
„in *Tabatha*, id est, *bona*, ad quæ post tenta-
„mentorum experimenta venitur. Inde ap-
„plicuerunt in *Ebrona*, quod est, *transitus*,
„scilicet ad bona meliora, usquequo ad bo-
„num venias, in quo semper debeas perma-

„nere.

„nere. Post hæc venitur ad *Gasiongaber*, id „est, *consilia viri*, siquis desiit puer esse sensi„bus. Hinc iterum venitur *Sin*; nam iterum „tentatio est, quia non aliter expedit, iter il„lud incedere. Post hæc applicatur ad *Pha„rancades*, id est, *fructificatio sancta*, scilicet „tentationum. Inde applicatur in montem *Or*, „id est, *montanus*, scilicet, ut quis semper in „monte Dei habitet. Subsequitur *Selmona*, seu „*umbra portionis*, quæ nobis opacitatem præ„stat ab omni æstu tentationum, Christus, & „Spiritus sanctus. Hinc venitur ad *Phinon*, „seu *oris parsimoniam*, agnoscendo, quibus, „quando, vel quomodo de mysteriis divinis „oporteat loqui. Post hæc venitur *Oboth*, & „sequitur mansio *Gai*, seu *chaos*, quod est in„ter sinum Abrahæ, & infernum. Inde ite„rum venitur in *Dibongad*, seu *apiarium tenta„tionum*, quæ subinde in intellectu verborum „Propheticorum, & Apostolicorum occurrunt. „Post hæc venitur *Delmon Deblathaim*, seu *con„temptus ficuum*, ubi contemnuntur penitus ter„rena. Sequitur enim post hæc mansio *Aba„rim* contra *Nabau*, quod est, *transitus*, Na„bau vero *abscessio*; ubi enim per has omnes „virtutes iter egerit anima, & ad summum „perfectionis ascenderit, transit jam de sæculo, „& abscedit. Ultima mansio est ab occidente „*Moab* juxta *Jordanem*; omnis namque hic „cursus propterea agitur, ut perveniatur ad „flumen Dei, ut rigemur undis scientiæ divi„næ, ut sic per omnia purificati terram repro„missionis mereamur intrare, deducente nos „Domino nostro Jesu Christo, qui est via, &

„veritas, & vita, usquequo perveniamus ad
„Patrem. Ipsi gloria, & imperium in sæcula
„sæculorum. Amen.

Homilia XXVIII.

Quæ sit terræ sanctæ descriptio.

Præmiorum in altera vita diversitas. n. 2.

1. „Describitur *Num.* 34. verbis Dei in lege
„divina terra Judææ, & hæc referri
„debere dicitur ad imaginem cœlestium. *Hebr.*
„8. v. 5. In cœlis autem evidenter esse Jeru-
„salem civitas pronuntiatur ab Apostolo, con-
„sequens igitur est, ut & cœlestis Jerusalem
„secundum imaginem habeat juxta se & alias
„civitates, & vicos, diversasque regiones, in
„quibus populus Dei per Jesum verum collo-
„candus est, & hæreditatem sortis distributio-
„ne, id est, meritorum contemplatione captu-
„rus: v. g. qui ita negligenter vixerit, ut pro
„fide quidem sua mereatur haberi inter filios
„Israel, pro negligentia vero vitæ, gestorum-
„que desidia in tribu Ruben, aut Gad, aut di-
„midia tribu Manasse, debeat reputari, & non
„intra Jordanem, sed extra eum sortem hære-
„ditatis accipere: alius vero, qui se emenda-
„tione vitæ talem reddiderit, ut secundum Dei
„rationes aut in tribu Juda, aut Benjamin, in
„qua Jerusalem, & templum Dei consistit, de-
„beat reputari, & alius in alia, atque alius in
„alia. Et hoc modo, quæ in libro Numero-
„rum scripta referuntur, adumbratio sunt eo-
„rum, qui per Jesum hæreditatem capient re-
„gni cœlorum. Ibi credo, & civitates refugii
„erunt, ad quas confugiant, qui ignoranter
„homi-

„homicidium commiserunt; sunt enim fortassis „aliqua peccata, quæ si proposito, ac volun„tate committimus, homicidas nos faciunt, „& sunt alia, quæ si ignoranter admittimus, „decernitur nobis, credo, & præparatur ex „præcepto Dei aliquis locus, ubi ad certum „tempus habitare debeamus, si qui non vo„luntaria peccata commisimus, si tamen mun„di inveniamur, & alieni ab iis peccatis, quæ „voluntate commissa sunt. Videtur etiam qui„busdam, quod singulorum quoque syderum „positio, & cœtus civitas dici, vel haberi pos„sit in cœlo, quod ego quidem definire non „audeo; video enim omnem creaturam exspe„ctare libertatem in redemptione filiorum Dei „sine dubio, & præclarius aliquid operiri. *Purgatorium.*

2. „Si ergo per consequentiam rerum, & „promissionum fidem nos transferri de terris „oportet in cœlum, puto, quod in ipsis cœle„stibus locis Jesus Dominus noster non absque „meritorum forte unumquemque in illa, vel „illa cœli parte, & habitatione constituat. . . . „Sine dubio erit quædam divisio, & distributio „talis, quæ non solum pro meritis eorum, qui „dispensantur, sed & pro novissimi Adam „Christi contemplatione pensanda sit. Sed quis „nostrum talis est, ut ad hujusmodi distributio„nem, & ad illam cœlestem hæreditatis sor„tem venire mereatur? . . . Quis nostrum „dignus habebitur tam beatæ sortis electione, „cum Deus dividere cæperit filios novissimi „Adam, cui dicat: *Sedete & vos mecum super* „*duodecim thronos, judicantes & vos duodecim tri-* n. 3. n. 4.

 „bus

„bus *Israel. Matth.* 19. *v.* 28. de quibus dicit: „*Pater volo, ut, ubi ego sum, & ipsi sint mecum.* „*Joan.* 17. *v.* 14. Volo etiam, istos esse reges, „ut ego sim Rex regum. Beati, qui ad ista „conscendere poterunt fastigia meritorum, & „benedictus Deus noster, qui hæc promisit di- „ligentibus se. Hi sunt ipsi vere sacris nume- „ris numerati apud Dominum, imo ipsi sunt, „quorum etiam capilli capitis numerati sunt „per Dominum nostrum Jesum Christum, cui „est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN LIBRUM JESU NAVE.

§. I.

Monitum.

1. Octo Origenis in Deuteronomium homilias commemorat Cassiodorus *Inst. c.* 1. Verum nulla amplius in Deuteronomium Origenis explanatio superest, nisi forte deperditarum homiliarum pars sint fragmenta, quæ sub ejus nomine in catenis Patrum manuscriptis circumferuntur, quæ collecta habentur *tom.* 2. *Op. Orig. Ed. Paris.* In librum vero Jesu Nave Rufinus viginti sex homilias Origenis sine omni mutatione in Latinum vertit, licet Cassiodorus triginta commemoret. Illas Origenes sexagenario major circa finem anni

249.

249. ad populum habuit, quibus in citata editione Operum ejus nonnulla fragmenta græca ex catenis manuscriptis, & ipsis homiliis deprompta præfixa sunt.

§. II.
ANALYSIS.
Homilia I.

1. „Donavit Deus nomen, quod est super „omne nomen Domino & Salvatori „nostro Jesu Christo; est autem nomen Jesus, „in quo omne genuflectitur cœlestium, terre„strium, & infernorum: & quia est hoc no„men super omne nomen, idcirco in multis „generationibus a nullo cognominatum est. „Primo illud invenio in Exodo *c.* 17. *v.* 8. ubi „Moyses vocavit Jesum, & dixit, *elige tibi vi„ros, & egredere, & conflige cum Amalech cra„stino.* Hic ergo ubi primum disco nomen Je„su, ibi continuo etiam mysterii video Sacra„mentum; ducit enim exercitum Jesus: & „tunc invalescit Jesus magis, & tunc vincit, „quando erigit Moyses manus suas. . . . „Deinde Jesus sequitur Moysen in montem, „*Exod.* 18. quia assistebat ei, non ut secundus, „non ut inferior, sed ut adjutor & protegens.

Nominis Jesu excellentia. n. 1.

n. 2.

2. „Quo igitur nobis hæc cuncta prospi„ciunt? nempe eo, quod liber hic non tam „gesta nobis filii Nave indicet, quam Jesu mei „Domini nobis Sacramenta depingat. Ipse est „enim, qui post mortem Moysi suscepit impe-

Josue figura Christi. n. 3.

„rium, ipſe eſt, qui ducit exercitum, & con-
„fligit adverſus Amalech, & quod ibi adum-
„brabatur in monte, manibus extenſis affigit
„cruci triumphans principatus in ſemetipſo.
„Conferamus ergo geſta Moyſi cum principatu
„Jeſu. Cum Moyſes educeret populum de
„Ægypto, nullus ordo in populis, nulla in
„Sacerdotibus obſervantia: tranſeunt aquam
„maris ſalſam, & murus erat eis aqua dextra
„lævaque. Cum vero Dominus meus ducit
„exercitum, Sacerdotes præcedunt, arca Te-
„ſtamenti portatur in humeris Sacerdotum,
„nusquam ſalſus fluctus occurrit. Ingredior
„Jordanem in tubarum cantibus myſticum
„quiddam canentibus, ut ad prædicationem
„tubæ cœleſtis incedam: deſinit manna, &
„abjecto fermento malitiæ, azyma nobis ſin-
„ceritatis & veritatis parantur, & anima no-
„ſtra ſuſcipit exploratores Jeſu, Angelos quos
„miſit, ut pararent viam ejus. Continuo vero

bis Ægypti abstergentur opprobria, & translati in terram repromissionis hæreditatem regni cœlestis accipiemus per verum Jesum Christum Dominum, & Salvatorem nostrum, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia II.

De Moysis obitu.

„Et Moysis obitum oportet nos enarrare, „nisi enim intellexerimus, quomodo „moritur Moyses, non poterimus advertere, „quomodo regnat Jesus. Si ergo consideres „Jerusalem subversam, altare destitutum &c. „dicito, quia Moyses famulus Dei defunctus „est. . . . Cum vero videris introire gentes ad „Ecclesiam ad fidem, altaria non cruore pe„cudum respergi, sed pretioso Christi sangui„ne, cum videris Sacerdotes verbum Dei per „Spiritus S. gratiam ministrantes, tunc dici„to, quia Jesus post Moysen suscepit, & obti„nuit principatum, non ille Jesus filius Nave, „sed Jesus Filius Dei. . . . Denique & in li„bello quodam (*analipsis Moysis*) licet in ca„none non habeatur, refertur, quia duo Moy„ses videbantur, unus vivus in Spiritu, alius „mortuus in corpore. Nimirum, si intuearis „litteram legis inanem, ipse Moyses mortuus „est in corpore; si vero potes intelligere, quæ „lex spiritualis est, iste est Moyses, qui vivit „in Spiritu.

Lex vetus mortua. *n.* 1.

2. „*Et dixit*, inquit, *Dominus ad Jesum* „*filium Nave ministrum Moysi: Moyses famulus* „*meus*

Jesus terram promissam nobis dat.

n. 2. „*meus defunctus est &c. Jos.* 1. *v.* 1. *sqq.* Domi„nus noster Jesus Christus Filius Dei per hoc, „quod *factus est sub lege. Gal.* 4. *v.* 4. Moysi „minister effectus est. Dicit autem: *transi in* „*terram, quam do vobis:* vides ergo, quia „Moyse mortuo Deus dat terram populo per „Jesum. Quam terram? illam sine dubio, de „qua dicit Dominus: *beati mansueti, quia ipsi* „*hæreditate possidebunt terram.* Quæ autem „sunt loca, quæ ascendimus vestigiis pedum „nostrorum? . . . Si in iis, quæ scripta sunt, „typos intelligas, & mente ac sensu, quæ „sursum sunt, quæras, ubi Christus est in dex„tera Dei sedens, & ad eum perveneris fide, „vitæ puritate, virtute, & illis vestigiis pe„dum tuorum, quæ lavit Jesus, illum locum „incesseris, dabit tibi eum Deus, & tunc non „solum hæres efficieris Dei, sed & cohæres „Christi: cui est gloria, & imperium in sæ„cula sæculorum. Amen.

Homilia III.

De hæreditate tribus Ruben, Gad, & dimidia Manasse, & exploratoribus a Raab susceptis.

Homines V. L. mysterium SS. Trinitatis integre agnoverunt.

1. Postquam Origenes hic ea, quæ de tribu Ruben, Gad, & dimidia Manasse *Hom.* 26. *n.* 4. in Numeros exposuit, repetiit, pergit: „Videamus, quid dicunt ad Jesum isti, „qui veniunt ex ista terra, quam distribuit „Moyses: *sicut audivimus*, ajunt, *Moysen, ita*
n. 2. „*audiemus & te. Jos.* 1. *v.* 17. Nihil tam ve„rum, quam qui audit Moysen, audiat & Je„sum

ſum Dominum noſtrum: de Jeſu enim ille ſcripſit *Joan.* 5. *v.*46. Quod autem non tres integræ tribus, ſed duæ & ſemis per Moyſen, & per Jeſum novem & ſemis hæreditate potiuntur, arbitror illud indicari, quod & illi priores, qui per legem agebantur, contigerint quidem ſcientiam Trinitatis, non tamen integre & perfecte, ſed ex parte; deerat enim illis in Trinitate etiam Dei unigeniti Incarnationem cognoſcere. Nam licet de adventu ejus crederent, & de reliquis ejus diſpenſationibus non ſolum crederent, ſed etiam prædicarent; non tamen videre ea, quæ crediderant, potuerunt, pro eo, quod nondum in Chriſto fuerat diſpenſatio carnis impleta, & quod nos nunc factum credimus, illi tantummodo futurum credebant.

2. „Interea mittuntur ab Jeſu *exploratores* in Jericho, & ſuſcipiuntur a meretrice *Raab*. Exploratores iſti, qui mittuntur ante faciem Jeſu, poſſunt & Angeli Dei putari, quod per alios quidem inviſibiliter, per Joannem vero viſibiliter complebatur *Marci* 1. *v.* 2. cui Scribæ & Phariſæi non crediderunt, meretrices autem & Publicani credentes baptizati ſunt.

Exploratores a Jeſu miſſi. n. 2.

3. „Sed videamus, quæ ſit iſta meretrix „*Raab*; quæ interpretatur *latitudo*; nimirum „Eccleſia Chriſti, quæ ex peccatoribus velut „ex meretricatione collecta eſt. . . . Hæc „meretrix exploratores ſuſcepit Jeſu, & ſu„ſceptos in ſuperioribus collocat, atque in

Eccleſia velut Raab exploratores recipit. n. 4.

„ex-

„excelsis fidei constituit Sacramentis; sed &
„ipsa meretrix, quæ eos suscepit, ex mere-
„trice efficitur jam Propheta; nam Spiritu S
„repleta est, & de præteritis quidem confite-
„tur, de præsentibus vero credit, propheta
„autem de futuris. Sic ergo Raab dilatatur,
„& proficit, usquequo in omnem terram ex-
„eat sonus ejus.

Extra Ecclesiam non est salus. n. 5.

4. „Sed videamus, quid egit cum explo-
„ratoribus ista sapiens meretrix. Consiliu
„eis dat cœleste, nihil habens terrenum. P
„*montana*, inquit, *abite*, *dejecta refugite*, q
„*excelsa sunt*, *prædicate*. Ipsa autem signu
„coccineum ponit in domo sua, per quod sal-
„vari de excidio debeat civitatis: aliud nul-
„lum fuit signum, quod acciperet, nisi coc-
„cineum; sciebat enim, quia nulli esset salus,
„nisi in sanguine Christi. Datur etiam ho
„mandatum huic, quæ quondam meretri
„fuit: *Omnes*, *qui inventi fuerint in domo tua*,
„*salvabuntur &c.* *Jos.* 2. *v.* 17. *sqq.* Siquis er-
„go salvari vult, veniat ad hanc domum hujus
„quæ quondam meretrix fuit, in qua Christi
„sanguis in signo redemptionis est. . . . Ne-
„mo sibi persuadeat: extra hanc domum, id
„est, extra Ecclesiam nemo salvatur. Quod
„autem in fenestra dependet hoc signum, ideo
„est, quia Incarnatio Salvatoris non nobis in-
„gessit integrum Deitatis aspectum, sed tan-
„tum per fenestram fecit nos per Incarnatio-
„nem suam lumen Deitatis aspicere, quo signo
„proinde salutem consequantur omnes, qui in
„domo ejus, quæ aliquando erat meretrix,
„fue-

uerint inventi, mundati in aqua, & Spiritu ancto, & in Sanguine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia IV.

De transitu Jordanis.

„Peccatori quidem omnis terra hostis est, „justo vero, quæ inaccessibilia videntur, plana efficiuntur, & proclivia. Ita ergo & in Jordanem arca Testamenti dux erat populo Dei: consistit ordo sacerdotalis, & leviticus, & aquæ velut reverentiam quamdam Dei ministris deferentes coacervantur in cumulum, iter Dei populo innoxium concedentes. Et tibi, Christiane! qui per Baptismi sacramentum Jordanis fluenta digressus es, divinus sermo majora multo promittit, iter tibi per aera ipsum & transitum pollicetur. *Transitus Jordanis Christianorum. n. I.* 1. *Thess.* 4. *v.* 16. Omnis enim locus suscipit justum, & omnis creatura exhibet debitum famulatum: & ne existimes, quod hæc a prioribus quidem gesta sunt, omnia etiam complentur in te secundum mysticam rationem; etenim tu, qui nuper idololatriæ tenebris derelictis cupis ad audientiam divinæ legis accedere, nunc primum Ægyptum delinquis. Cum Catechumenorum aggregatus es numero, digressus es mare rubrum, & in deserti stationibus positus ad audiendam Dei legem quotidie vacas. Si vero ad mysticum Baptismi veneris fontem, & consistente sacerdotali, & levitico ordine initiatus fueris

„ris venerandis illis Sacramentis, quæ norun
„illi, quos nosse fas est, tunc etiam Sacerdo-
„tum ministeriis Jordane digresso terram re
„promissionis intrabis, in qua te suscipit Jesus
„& ipse tibi efficitur novi itineris dux.

Sacerdotes duces populi. n. 2.

2. „Ubi ergo Jordanis transitur, ibi dicitu
„ad Jesum: *In hac die incipio exaltare te in con*
„*spectu populi. Jos.* 3. *v.* 9. Neque enim ant
„mysterium Baptismi exaltatur Jesus; si enin
„omnes, qui baptizantur in Christo, in mort
„ipsius baptizantur, mors autem Jesu in cru
„cis exaltatione completur, merito unicuiqu
„fidelium tunc primum Jesus exaltatur, cu
„ad mysterium Baptismi pervenitur. Verum
„tamen per Sacerdotes deducitur populus;..
„ipsi enim sunt, qui edocent populum, exi
„de Ægypto, de erroribus sæculi, & transi
„per eremum vastam, id est, tentationum va
„ria genera transcurrere, neque noceri a se
„pentibus, id est, malarum suggestionum ve
„nena vitare, & a morsibus earum osten
„æreo serpente in cruce suspenso liberari. Sa
„cerdotalis, & leviticus ordo est, qui adsta
„arcæ testamenti Domini, ut ipsi illuminen
„populum de mandatis Dei: hoc lumen per Sa
„cerdotes accenditur, & Levitas: quodsi fort
„aliquis ex hoc ordine accensam lucernam po
„fuerit sub modio, videat, quid sibi agendu
„sit, cum Domino lucis cæperit reddere ratio
„nem pro iis, qui nihil illuminationis a Sacer
„dotibus capientes in tenebris ambulant, &
„peccatorum obscuritate cæcantur.

3. „Vid

3. „Vide denique, quid dicit: *Populus ut longe sit ab arca testamenti duo millia cubitorum:* sacerdotes vero, & Levitæ proximi, qui autem *approximant mihi, approximant igni:* si aurum, vel argentum fueris, & igni approximaveris, multo per ignem splendidior effulgebis; si vero supra fundamentum fidei, conscius tibi es superædificasse te ligna, si igni approximaveris, consumeris.

Deo approximandum. n. 3.

4. „Non etiam sine causa signatum est, ut & tempus distingueretur: *Decima,* inquit, *mensis primi.* Ista ipsa est dies, in qua & agni mysterium præcipiebatur in Ægypto, ut nimirum eadem ipsa die, qua errores quis subterfugerit sæculi, etiam terram repromissionis ingredi mereatur, id est, in hac die, qua in hoc sæculo vivimus; omnis enim vita nostra præsens in uno die designatur, & ideo edocemur per istud mysterium, ne opera justitiæ in crastinum differamus, sed hodie, donec vivimus, omnia, quæ ad perfectionem pertinent, festinemus implere. . . . Post labores enim, & tentationes, si digni fuerimus terram repromissionis intrare, cum lætitia, & exultatione perveniemus, sequentes Sacerdotes Domini Christi, & Salvatoris nostri, cui est gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Bona opera in futurum non differenda n. 4.



Homilia V.

De exaltatione Jesu, & circumcisione in cultris petrinis.

Mandata Dei prompte implenda. n. 1.

1. „*Et festinavit populus transire Jordanem, &*
„*cum pertransisset, transiit & arca testa-*
„*menti Domini. Jos. 4. v. 10.* Nobis ergo quo-
„que venientibus ad Baptismum salutarem, &
„suscipientibus Sacramenta Verbi Dei non
„otiose res gerenda, sed festinandum est, us-
„quequo omnia transeamus; transire enim
„omnia, implere est omnia, quæ mandantur,
„ut deposita omni arrogantia, & Christi hu-
„militate suscepta pervenire ad promissam bea-
„titudinem mereamur: nec nobis standum est,
„nec cessandum, sed transeunda sunt cætera,
„ut esuriamus, & sitiamus justitiam, in hoc
„mundo lugeamus, mansueti efficiamur, pa-
„cifici maneamus, persecutionum tempus vir-
„tute patientiæ transeamus. . . . Nec remis-
„sior nobis sollicitudo in conservandis, quam
„in conquirendis debet esse virtutibus. . . . Imi-
n. 2. „temur *quadraginta millia viros accinctos. v.* 13.
„procedentes ad bellum in conspectu Domini.
„Semper simus in veritate succincti; non enim
„sufficit te apud homines videri servare verita-
„tem; possibile namque est, fallere homines,
„nisi & in conspectu Domini servaveris verita-
„tem, qui ea, quæ in corde sunt, perspicit. . .
„Exeamus ergo ad bellum, ut expugnetur a
„nobis civitas hujus mundi malitiæ. Circum-
„spicis forte, qui campus certaminis expeten-
„dus: intra te est prælium, quod gesturus es,
„intrinsecus est mala ædificatio, quæ subruen-
„da

„da est, hostis tuus de tuo corde procedit, „cogitationes malæ, homicidia, adulteria &c. „*Matth.* 15. *v.* 10. Vides, quantus, & qualis „exercitus hostium adversum te de tuo corde „procedit: isti nobis prima strage fundendi „sunt, & tunc nobis per Jesum illa requies „datur, ut unusquisque requiescat sub vinea „sua, cum jam non sit, qui exterreat filios „Israel.

2. „Porro *in die illa exaltavit Dominus Je-* „*sum* &c. fuerit quidam illa exaltatio filii Na- „ve; noster vero Jesus Dominus meus ipse „semper apud Patrem exaltatus est, sed hoc „opus est, ut in conspectu nostro exaltet illum „Deus: exaltatur autem in conspectu meo, „cum mihi celsitudo Divinitatis ejus aperitur. *Exaltatio Jesu.* *n.* 3.

3. „Post hæc jubetur filius Nave facere *cul-* „*tros ex petra*, & sedens circumcidere filios „Israel secundo, *Jos.* 5. quia ille, qui in lege „eruditus est, & per Moysen edoctus abjecit „idololatriæ errores, hæc est circumcisio pri- „ma per legem: si vero is veniat a lege, & „Prophetis ad Evangelicam fidem, tunc acci- „pit etiam secundam circumcisionem per pe- „tram, qui est Christus, & completur hoc: „*hodie abstuli opprobrium Ægypti a filiis Israel.* „Nam omnes homines, etiamsi ex lege ve- „niant, habent tamen opprobrium Ægypti in „semetipsis, opprobrium peccatorum, uti S. „Paulus de se testatur. *Tit.* 3. *v.* 3. Sed ex „quo venit Christus, & dedit nobis secundam „circumcisionem per Baptismum, ablata sunt *Circumcisio secunda quæ.* *n.* 5.

„nobis opprobria Ægypti, & purgata ſunt vi-„tia peccatorum. . . .. Si vero iterum pecca-„veris, iterum in te vetera revolvuntur op-„probria graviora, & cumulatiora, imo ſa-„crilegii ſcelere condemnaris, quia factus es „templum Dei, 1. *Cor.* 6. *v.* 19. & membrum „Chriſti. . . . Jam tibi enim non licet templo „Dei uti, niſi in ſanctitate, nec membra Chri-„ſti ad indignum revocare negotium. Et ideo, „ſi quando te malæ concupiſcentiæ pulſat ille-„cebra, hoſti illi occurre, & dic: quia non „ſum meus; emptus enim ſum pretio ſangui-„nis Chriſti, & membrum illius effectus ſum; „non licet mihi tollere membrum Chriſti, & „facere membrum meretricis. Dic ei: quia „templum Dei effectus ſum, non mihi licet „immundum aliquid illuc introducere. . . . „Ideo ergo, ut in nobis vere ſecunda circum-„ciſio compleatur, purificati corpore, & cor-„de puras etiam manus levemus ad Deum, „puro quoque ore, & purgatis labiis, ac men-„te ſincera, prece, & actionibus glorificemus „Deum in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui eſt „poteſtas, & imperium in ſæcula ſæculorum. „Amen.

HOMILIA VI.

De Paſchate in Galgala celebrato.

Paſcha a mundis manducandum. n. 2.

1. „*Et fecerunt filii Iſrael Paſcha quarta deci[m]* „*die menſis primi. Joſ.* 5. *v.* 10. No[n] „enim ante circumciſionem facere Paſcha po-„terant, ſed neque ſtatim poſt circumciſionem „carnes agni comedere, antequam ſanarentur. „Quip-

„Quippe nemo immundus facit Pascha, nemo
„incircumcisus. 1. *Cor.* 5. *v.* 7.

2. „Cum vero Jesus esset in Jericho, videt *Christus*
„principem militiæ virtutis Domini, quem ado- *princeps*
„ravit, & dixit: *Domine, quid præcipis servo* *militiæ*
„*tuo?* *Jos.* 5. *v.* 13. *sqq.* Cognovit ergo Jesus *cœlestis.*
„non solum, quod ex Deo est, sed quia Deus *n.* 3.
„est; non enim adoravisset, nisi agnovisset
„Deum; quis enim alius est princeps, nisi Do-
„minus noster Jesus Christus? omnis enim
„cœli militia sive Angeli, sive Archangeli &c.
„per ipsum facti sunt, & sub ipso Principe mi-
„litant. . . . In Jericho ergo est Jesus, & Je-
„richo jam tunc terra sancta vocatur, quia
„Princeps militiæ Domini illuc venit. . . . Tu-
„bæ autem solummodo sacerdotales adhiben-
„tur, quibus Jericho muri subruuntur; nam
„consummatio mundo dabitur vocibus tuba-
„rum teste S. Paulo. 1. *Cor.* 15. *v.* 52. . . . Ubi
„sola Raab meretrix, sed abluta, & sanctificata
„per Christi sanguinem salvatur, cui est gloria,
„& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

De Jericho quomodo capta est.

1. „Jericho tubis subruitur Sacerdotum. *Jos.* 6. *Conversio*
„Jericho formam præsentis mundi obti- *mundi per*
„net, cujus munimenta sacerdotalibus tubis *prædica-*
„videmus esse destructa. Munimenta enim, *tionem*
„quibus mundus iste nitebatur, idolorum cul- *Apostoli-*
„tus erat, divinationum fallacia arte dæmo- *cam.*
„num ministrata, augurum, magorumque com- *n.* 1.

„menta, quibus omnibus velut muris va
„mis ambiebatur: insuper etiam diversis
„losophorum dogmatibus, & eminent
„disputationibus, velut proceris turribu
„mabatur. Veniens vero Dominus nost
„sus Christus mittit Sacerdotes Apostolo
„portantes tubas ductiles prædicationis,
„stem doctrinam. Sacerdotali tuba prim
Libri novi Testamenti. „Evangelio suo Matthæus increpuit, M
„quoque, Lucas, & Joannes suis singul
„bis sacerdotalibus cecinerunt: Petrus
„duabus epistolarum suarum personat
„Jacobus quoque, & Judas. Addit nihi
„nus & Joannes tuba canere per epistola
„Apocalypsin, & Lucas Apostolorum gest
„scribens: novissime autem veniens P
„Apostolus in quatuordecim epistolarum
„rum fulminans tubis muros Jericho, & o
„idololatriæ machinas, & Philosophorum
„mata usque ad fundamenta dejecit.

„jubilationis emitte, quoniam tibi destructus, „& dejectus est mundus. . . . Sed videamus, „quid est, quod in sequentibus indicatur: *cu-„stodite vos ab anathemate* &c., id est, videte, „nequid in vobis sæculare habeatis: ne sæcu-„lares mores, ne vitia de sæculo ad Ecclesiam „deferatis, sed anathema sit vobis omnis con-„versatio sæcularis. Sed & illi, qui, cum „Christiani sint, solennitates gentium cele-„brant, de Jericho anathema inferunt in Ec-„clesiam, & polluunt castra Domini, & vinci „faciunt populum Dei.

Raab figura vocationis gentium. n. 5.

3. „Sed videamus jam nunc, quæ sequun-„tur. Subversa Jericho Raab meretrix salva-„tur sola, *& adjecta est ad Israel usque in ho-„diernum diem. Jos.* 6. *v.* 25. Scilicet Raab ve-„ro Israeli adjuncta est usque in hodiernum „diem; nam ii, qui inserti sunt fidei Abrahæ, „Isaac, & Jacob, recte dicuntur adjecti ad „Israel usque in hodiernum diem, quia in il-„lorum radicem nos rami oleastri ex gentibus „assumpti, qui aliquando meretricabamur, „lignum, & lapidem pro Deo vero colentes „appositi sumus usque in hodiernum diem, & „facti sumus propter fidem Christi nos sursum, „ille autem populus, qui permansit incredu-„lus, deorsum.

Peccantes a Superioribus corrigendi. n. 6.

4. „Sed & illud non otiose transcurren-„dum est, quod uno peccante ira super omnem „populum venit. Hoc accidit, quando Sacer-„dotes, qui populo præsunt, erga delinquen-„tes benigni volunt videri, & verentes peccan-

„tium linguas, ne forte male de eis loquantur, „sacerdotalis severitatis immemores, peccan„tes non arguunt juxta præceptum Apostoli, „1. Cor. 5. v. 20. 1. Cor. 5. nec juxta Evange„lium agunt. Hi enim, dum uni parcunt, „universæ Ecclesiæ moliuntur interitum; pol„luitur enim ex uno peccatore populus, si„cuti ex una ove morbida grex universus „inficitur. Et ideo observemus nos invicem, „& uniuscujusque conversatio nota sit maxi„me Sacerdotibus, & ministris: nec putent, „se recte dicere: quid hoc ad me spectat, si „alius male agit? Hoc est dicere caput ad „pedes, quid ad me pertinet, si dolent?... „Tale est, quod agunt, qui Ecclesiis præsunt, „non cogitantes, quia unum corpus sumus, „qui credimus, unum Deum habentes, qui „nos in unitate constringit, Christum, cujus „corporis tu, qui Ecclesiæ præsides, oculus „es, ut omnia circumspicias. Pastor es, vi„des oviculas Domini ignaras periculi ferri „ad præcipitia, non occurris, non saltem cor„reptionis clamore deterres, immemor domi„nici Sacramenti, & Pastoris, qui derelictis „nonaginta novem in cœlestibus oviculam er„rantem in humeris suis vectavit ad cœlum. „Hæc non ideo dicimus, ut pro levi culpa „aliquis abscindatur, sed si forte commonitus „quis tertio sit, utamur medici disciplina, & „si non cedat medicamentis tumoris duritia, „solum est remedium descandi.

Correctio fraterna.

Prava scripta vitanda.

5. „Sed videamus & ipsum peccatum „ejus; *furatus est linguam auream, & posuit*

„eam

„*ram in tabernaculo suo. Jos.* 7. *v.* 21. Multus „decor est in verbis, & multa in Philosopho„rum, vel Rhetorum sermonibus pulchritudo, „qui omnes de civitate sunt Jericho, id est, „hujus mundi homines. Si ergo invenias „apud Philosophos perversa dogmata luculenti „sermonis assertionibus decorata, ista est lin„gua aurea: sed vide, ne te decipiat fulgor „operis, memento, quod Jesus anathema jus„sit esse omne aurum, quod in Jericho fuerit „inventum. Si Poetam legeris modulatis ver„sibus deos, deasque texentem, ne delecte„ris eloquentiæ suavitate, lingua aurea est, „si eum sustuleris, & posueris in tabernacu„lo tuo, & introduxeris in cor tuum, pol„lues omnem Ecclesiam Domini. . . . Nos „ergo diligentius discutiamus, ne quis abscon„ditam habeat in tabernaculo suo Jerichun„tinam linguam, & abjiciamus malum ex „nobis ipsis, sicut & *dextralia pura*, seu ope„ra, in quibus divinum nihil miscetur, sed „totum secundum hominem geritur. Item „nihil purum, & humanum de Christo sen„tiamus, sed Deum pariter, atque hominem „fateamur, cui est gloria, & imperium in „sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VIII.

De gestis in eversione Hay.

1. Historia de eversione urbis *Hay* ex *Jos.* 8. relata, eam pro more suo Origenes ita mystice, & moraliter exponit. „Primo „propter peccata victi sumus, & ii, qui ha- *Victoria fidelium de diabolo n.* 2.

„bitabant Hay, id eſt, contrariæ virtutes „quamplurimos ex nobis interfecerunt. Ad„verſus regem earum diabolum veniens Je„ſus in duas partes dividit populum, & alios „quidem in primis ſtatuit, alios in poſterio„ribus, qui ex inſperato veniant poſt terga „inimicorum, & ſic uterque populus Judæo„rum, & Gentilium ad fidem vocatorum me„diam turmam dæmonum concluſam ſternit,
v. 3. „& vincit. . . . Poſt omnia rex Hay in ligno „gemino dicitur eſſe ſuſpenſus, id eſt, dia„bolus in cruce a Chriſto fuit triumphatus.
v. 4. „*Col.* 2. *v.* 14. . . . Qui victus quidem, & „crucifixus eſt, ſed iis, qui cum Chriſto cru„cifixi ſunt: omnibus autem credentibus tunc „erit crucifixus in futura reſurrectione, quia „tunc vere vincetur mors, cum mortale hoc „abſorbebitur a vita.

Ignis inferni æternus. v. 5. 2. „Sequitur: *Et incendit Jeſus Hay, & „effecta eſt urbs, quæ non habitetur in æternum.* „*Joſ.* 8. *v.* 28. Scilicet locus dæmonum in„habitabilis erit, tunc cum jam nemo pecca„bit, cum diaboli, & angeli ejus igni traden„tur æterno Domino noſtro Jeſu Chriſto ſe„dente rege, & judice. *Matth.* 25.

Peccata fugienda. v. 6. 3. „Sed & aliud mihi occurrit conſide„ranti Jeſum fugientem a facie exercitus Hay; „nam etiam eſt aliqua perfecta virtus, & vi„ctoria in fuga. Paulus nos docet: *fugite „fornicationem,* 1. *Cor.* 6. *v.* 18. . . . Et non „fornicationis ſolum ſpiritus fugiendus eſt, „ſed & ad nos dicitur, fugite iram, avari„tiam,

‚tiam, invidiam, livorem, detrectationes, &
‚maleloquia, & si potuerimus interim eva-
‚dere horum malorum fugiendo contagia,
‚sancti Angeli videntes nos insectationem dæ-
‚monum pati, insurgunt adversus eos, & om-
‚nes post tergum cædentes interimunt.

4. „Sed videamus, quid etiam in conse- *Et vincenda.* *n. 7.*
‚quentibus scribitur: *Et percusserunt eos in ore*
‚*gladii, usquequo non relinqueretur ex eis, qui*
‚*salvus fieret, neque qui effugeret. Jos.* 8. *v.* 22.
‚Interficiunt ergo habitatores Hay, seu dæ-
‚mones Sancti quique, qui cum omni dili-
‚gentia servant cor suum, ne de eo cogita-
‚tiones malæ procedant. Agite ergo & vos;
„præparemus nos ad hujusmodi prælia, per-
„cutiamus omnes contrarias virtutes in ore
„gladii; si enim omnes hos nostros hostes
„extinxerimus, tunc vere devictis adversariis
„læta solemnitate gaudebimus, & pro palma
„victoriæ virtutis merito coronabimur a Chri-
„sto Jesu Domino nostro, cui est gloria, &
„imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia IX.

De Altari, quod ædificavit Jesus.

1. „Postquam subvertit Jesus Hay, *ædificavit* *Spiritale ædificium.* *n. 1.*
„*altare Domino Deo Israel in monte Ge-*
„*bal &c. Jos.* 8. *v.* 30. *sqq.* Omnes, qui in
„Jesum Christum credimus, lapides vivi esse
„dicimur. 1. *Pet.* 2. *v.* 5. . . . Horum lapi-
„dum alii in fundamentis spiritualis hujus
„ædificii collocantur, scilicet Apostoli, & Pro-

 „phetæ,

„phetæ. *Eph.* 2. *v.* 20. Ut autem tu aliquis „lapis vicinior fundamento inveniaris, disce, „quia & ipse Christus hujus ædificii funda„mentum est. 1. *Cor.* 3. *v.* 11. Beati igitur, „qui supra tam nobile fundamentum ædificia „religiosa construxerint. Sed & in hoc ædifi„cio Ecclesiæ oportet esse altare: unde ego „arbitror, quod quicunque ex vobis lapidibus „vivis apti sunt, ut obsecrationes diu, noctu„que offerant Deo, ipsi sunt, ex quibus Jesus „ædificat altare.

Constructio Altaris spiritalis. *n.* 2. 2. „Sed intuere, quod altare hoc ædifice„tur *ex lapidibus integris, quibus ferrum non* „*est injectum.* Novit uniuscujusque conscien„tia, quis sit integer, quis sit incorruptus in „carne, & in spiritu, qui jacula maligni ignita „concupiscentiæ, qui ferrum litium non rece„pit. Isti ergo sunt lapides vivi, ex quibus „Jesus D. N. altare construxit. . . . Sed ad-
n. 3. „huc deest aliquid: *scripsit*, inquit, *Jesus su-* „*per lapides altaris Deuteronomium*, quod quasi „secunda legislatio dicitur. Si ergo vis vi„dere, quomodo prima lege infirmata secun„dam legem scribat Jesus, audi eum in Evan„geliis dicentem: *Dictum est antiquis, non oc-* „*cides: Ego autem dico vobis, omnis, qui ira-* „*scitur fratri suo, homicida est &c. Matth.* 5. „*v.* 21. *sqq.* Vides Deuteronomium, quod scri„psit Jesus in lapidibus vivis & integris non
n. 4. „atramento, sed Spiritu Dei vivi. . . . No„ster ergo Jesus Dominus non indiget multo „tempore, ut Deuteronomium scribat, ut se„cundam legem in cordibus credentium figat:

„statim

„ſtatim namque, ut quis crediderit Jeſu Chri-
„ſto, & lex Evangelii in ejus corde deſcripta
„eſt, & *coram filiis Iſrael* deſcripta: aderant
„enim tunc, cum tibi Sacramentum fidei tra-
„deretur, cœleſtes virtutes, miniſteria Ange-
„lorum, Eccleſia primitivorum. Coram iſtis
„igitur filiis Iſrael Jeſus in corde tuo Deute-
„ronomium ſcripſit. Sed & nunc per hæc,
„quæ loquimur, Jeſus Deuteronomium ſcribit
„in eorum cordibus, qui integra fide audiunt,
„& retinent, quæ dicuntur.

3. „Poſt hæc dicit: *Et omnis Iſrael . . . præcedebant hinc & illinc arcam Teſtamenti Domini. Joſ.* 8. *v.* 33. Circa hanc arcam, in qua tabulæ legis manu Dei ſcriptæ ſervantur, omnis, qui vere Iſrael eſt, incedit, & non longe eſt ab ea; Levitæ vero, & Sacerdotes etiam in humeris ſuis eam portant, agendo ſcilicet, & implendo per opus ea, quæ ſcripta ſunt in lege. . . . Incedunt autem dimidii *juxta montem Garizin*, qui ad benedictiones electus eſt: unde iſtos ſingulariter indicant, qui non metu pœnæ, ſed benedictionum & repromiſſionum deſiderio, veniunt ad ſalutem. Illi vero, qui *juxta montem Gebal dimidii* incedunt, in quo maledictiones prolatæ ſunt, iſtos alios indicant, qui malorum metu, & ſuppliciorum timore complentes, quæ in lege ſcripta ſunt, perveniunt ad ſalutem. Certum eſt autem, nobiliores eſſe illos, qui boni ipſius deſiderio, & benedictionum amore, quod bonum eſt, agunt, quam illos, qui pro mali metu bonum ſectantur.

Duplex via ad ſalutem per ſpem, & timorem. n. 7.

4. „Poſt

Jesu lex attente audienda. *n.* 9. 4. „Post hæc refertur, quia *legit Jesus* „*omnia verba legis. Jos.* 8. *v.* 34. Legit ergo „Jesus noster nobis legem, cum nobis legis „revelat arcana: non enim nos, qui de Ec„clesia Catholica sumus, spernimus legem „Moysi, sed suscipimus eam, si tamen Jesus „eam nobis legerit. . . . Legit autem *Jesus* „*in auribus totius Ecclesiæ filiorum Israel &c.* „Novit enim Dominus noster Jesus, esse alias „aures præter istas carnales, quos ad audien„tiam verborum suorum requirit, scilicet in „auribus interioris hominis, id est, intellectu „cordis recipi debere, quæ dicta sunt. . . . „*Et audierunt omnes reges Amorræorum* . . . „*& convenerunt in unum, ut expugnarent Jesum,* „*& Israel simul. Jos.* 9. *v.* 1. *sqq.* Convenerunt „enim reges terræ, Senatus, & Principes, „populusque Romanus, ut expugnarent no„men Jesu & Israel simul. Decreverunt quip„pe legibus suis, ut non sint Christiani: om„nis civitas, omnis ordo Christianorum nomen „impugnat. Sed sicut tunc omnes illi reges „convenientes contra Jesum nihil facere po„tuerunt, ita vel principes, vel potestates istæ „contrariæ, ut non Christianorum genus la„tius propagetur, obtinere non valebunt, ve„lociter vincente Jesu Domino nostro, cui est „gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.



HOMI-

Homilia X.
De dolo Gabaonitarum.

1. „Gabaonitæ veniunt ad Jesum cum omni- *Gabaonitæ figura imperfectorum. n. 1.*
„bus vetustatibus suis, & orant ab eo
„hoc tantum, ut salventur. *Jos.* 10. In quo-
„rum figura tale mihi aliquid videtur ostendi.
„Sunt quidam in Ecclesia credentes quidem in
„Deum, & acquiescentes omnibus divinis præ-
„ceptis, quique etiam erga servos Dei religiosi
„sunt, & servire eis cupiunt, sed & ad orna-
„tum Ecclesiæ, vel ministerium satis prompti
„sunt, in actibus vero suis, & conversatione
„propria obscœnitatibus, & vitiis involuti,
„nec omnino deponentes veterem hominem,
„nihil adhibent emendationis in moribus. Istis
„ergo Jesus Dominus noster salutem quidem
„concedit, sed quodammodo salus ipsa eorum
„notam non evadit infamiæ; similis quippe
„in libello, qui appellatur Pastoris. *l.* 3. *simil.* *Liber Pastoris.*
„2. De his figura describitur; ego enim nole-
„bam in Gabaonitarum ordine salutem conse-
„qui, nec in ligni cæsoribus, vel aquæ gesta-
„toribus numerari, sed inter Israelitas capere
„hæreditatem, & portionem terræ promissio-
„nis accipere.

2. „Verumtamen sciendum est, quod, siqui *Ad perfectionem christianam tendendum. n. 3.*
„tales sunt in nobis, quorum fides hoc tan-
„tummodo habet, ut ad Ecclesiam veniant,
„& inclinent caput suum Sacerdotibus, officia
„exhibeant, servos Dei honorent, ad ornatum
„quoque altaris, & Ecclesiæ aliquid conferant,
„non tamen adhibeant studium, ut etiam mo-

„res

„res suos excolant, vitia deponant, castitatem „colant &c. Sciant sibi, qui tales sunt, qui „emendare se nolunt, sed in his usque ad se„nectutem ultimam perseverant, partem, sor„temque ab Jesu Domino cum Gabaonitis esse „tribuendam: sed potius deprecamur vos fra„tres, ut, dum potestatem adhuc habemus „emendandi, festinemus, abjicientes antiquas „sordes, & pannos veteres vitiorum, sociari „Israeliticæ libertati. . . . Si enim in hac vi„ta nemo esse vult servus, sed quantum fieri „potest, & liber esse, & dives, & nobilis cu„pit, ut non solum sibi sufficiat, sed & aliis „largiatur, in illis æternis rebus indifferenter „tolerabimus servitutem, & parum nobis vi„detur, si in ligni cæsoribus, & aquæ gesta„toribus deputemur? Propterea ergo, dum „dies est, operemur, quod bonum est, ut ex „actibus, & conversatione nostra, ac moribus „nobilitari mereamur, ut digni efficiamur, „spiritum accipere adoptionis, ut inter Dei „potius filios habeamur per unicum, & verum „Filium ejus Jesum Christum Dominum no„strum, cui est gloria, & imperium in sæcula „sæculorum. Amen.

Homilia XI.

De statione solis, & lunæ.

Animæ ab hostibus oppugnatæ Jesus adest.

1. „Gabaonitas, qui a filiis Israel fœdus pa„cis acceperant, Jebusæus rex Jerusa„lem invitatis secum quatuor aliis regibus ag„greditur expugnare. At Jesus divino permis„su adest, Gabaonitis laturus auxilium: Do-

„minus

,minus desuper saxa grandinis pluit, & ad n. 1. 2.
,orationem Jesu *stetit sol, & luna in loco suo,*
,*donec pervinceret Dominus inimicos eorum. Jos.*
,10. *v.* 12. *sqq.* Hæc secundum historiam: se-
,cundum spiritualem intellectum, cum anima n. 2.
,humana Verbo Dei se sociaverit, dubitare
,non debet, statim se inimicos habituram, &
,eos, quos ante habuerat amicos, in adver-
,sarios esse vertendos: idque non solum pati
,se ab hominibus speret, verum etiam de spi-
,ritualibus nequitiis id sibi imminere pro certo
,sciat. 2. *Tim.* 3. *v.* 12. Et licet ultimi meriti
,sis in Ecclesia, uti Gabaonitæ, tamen hoc
,ipso, quia ad Jesum pertines, impugnaberis.
,Verum Jesus cum ducibus, & principibus suis
,adest iis, qui pro nomine suo a contrariis vir-
,tutibus oppugnantur, & non solum auxilium
,præstat in bello, verum & producit tempus
,diei, & spatia lucis protelans adventum di-
,scutit noctis. . . . Ex quo enim advenit Sal- n. 3.
,vator, finis erat jam mundi, sed retinuit, &
,repressit diem consummationis, & adesse pro-
,hibuit, donec Ecclesiæ ex diversis nationibus
,crescant, atque introeat tota gentium pleni-
,tudo, ut tunc demum omnis Israel salvetur,
,unde dies producitur, nec umquam sol oc-
,cumbit, sed semper exoritur, dum creden-
,tium cordibus sol justitiæ lumen veritatis in-
,fundit. Cum vero repleta fuerit mensura cre-
,dentium, & increscente iniquitate refrigescet
,charitas multorum, & perpauci remanserint,
,in quibus fides inveniatur, tunc jam abbre-
,viabuntur dies.

2. „Por-

Quinque sensus mortificandi. *n. 4.*

2. „Porro quinque reges, qui *absconderunt* „*se in spelunca in Mageda*, quinque sensus cor„poreos indicant; per aliquem enim horum „unumquemque necesse est decidere in pecca„tum, & qui carnales homines impugnant. „Quod autem dicuntur in speluncas confugisse, „potest hoc fortasse indicari, quod cum isti „sensus se terrenis actibus in corpore positi de„merserint, & nihil ad opus Dei, sed totum „ad ministerium corporis egerint, in speluncas
n. 5. „confugisse dicuntur. Cum autem per Jesum „fuerint devicti, & cum moriuntur peccato in „eo, quod desinunt a ministerio peccati, istis „ipsis postmodum ministris utetur anima ad „operandam justitiam Dei, & ita fit, ut Jeru„salem, in qua prius rex nequam regnabat, „postmodum in ea regnet David potens manu, „vel pacificus Salomon, imo vero solus Chri„stus Jesus Dominus noster, cui est gloria, & „imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XII.

De bellis a Jesu Nave gestis.

Regnum cœlorum vi occupandum. *n. 1. 2.*

1. „Bella, quæ per Jesum geruntur, & regum „atque hostium strages, typus esse di„cenda sunt eorum bellorum, quæ Dominus „noster Jesus cum credentium populis, atque „eorum ducibus contra diabolum, & ejus an„gelos præliatur. . . . Promissum est veteri„bus regnum terræ sanctæ: tibi per Evange„lium non promittuntur regna terræ, sed reg„na cœlorum. . . . Verum hæc per vim di„ripi jubet. . . . Et qui pugnat sub Jesu duce

„adver-

„adversus contrarias potestates, debet etiam „illud promereri, quod de prioribus bellatori„bus scribitur: *Et reversus est universus populus „ad Jesum incolumis, & non mutivit quisqiam de „filiis Israel in lingua sua. Jos.* 10. *v.* 21. Vi„des ergo, qui sub Jesu militat, incolumis de„bet redire de prælio, nec usquam debet ex „jaculis maligni ignitis vulnus accipere, non „in corde pollui, non in cogitatione maculari, „non per iram, non per cupiditatem dæmo„niacis vulneribus locum dare; quod autem „addidit, quia nullus mutivit in lingua sua, „hoc mihi videtur ostendi, quia de victoria „nemo se jactavit, sed scientes, quia Jesus est, „qui victoriam tribuit, ipsi in lingua sua non „mutiunt. . . . Si ergo & nos hæc bella spi- *n.* 3.
„ritualiter procuremus, & expellamus omnia „illa spiritualia nequitiæ de cœlestibus, ita „demum poterimus etiam regna ipsorum a Je„su hæreditatis sorte accipere præstante Domi„no, & Salvatore nostro Jesu Christo, cui est „gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.

Homilia XIII.

De Lachis, & Lebna, & Chebron civitatibus ab Israelitis captis.

Christus nos a regno dæmonum liberavit.

1. „Est opus summæ misericordiæ, quod Do„minus Jesus adumbratum prius a filio „Nave per singulas quasque civitates, nunc in „veritate per singulas quasque animas creden„tium complet, ut, quæ possidebantur a ma„lis regibus, expulsis iis, & peremptis facere *n.* 1.

„eas dignetur habitaculum Dei, & Spiritus S. „templum. Sic ergo intellige, quod interfe-„cit Jesus regem Jericho, & regem Hay, & „regem Lebna, & regem Lachis, & regem „Chebron, ut animæ, quæ ante sub regibus „pessimis peccati legem colebant, nunc sub „Dei legibus agant.

Lebna &c. interpretatio moralis. n. 2.

2. Sed & significatio nominum harum ci-„vitatum nunc ad mali regni, nunc ad boni „intelligentiam potest conferri: ut puta *Lebna* „*candor* interpretatur: est autem candor vel le-„præ, vel lucis, quo indicatur, quod cando-„rem quidem lepræ habuerit Lebna sub regi-„bus malis, quo destructo, cum ad Israeliti-„cum regnum pervenit Lebna, candorem lucis „accepit. Et *Lachis* interpretatur, *iter*, quod „laudabile, & culpabile esse potest: quod „etiam hic intelligi potest, quod iter impio-„rum fuerit primo civitas Lachis, quo destru-„cto postmodum Israelitis regnantibus ad iter „perducta sit rectum. Similiter autem & Che-„*bron* interpretatur *conjunctio*: conjunctio vero „animæ nostræ fuit primo cum malo marito, „diabolo, quo extincto liberata est, & conjun-„cta est bono viro, & legitimo Christo.

Hostes nostri funditus delendi. n. 3.

3. „Sic etiam dictum est, Jesum subver-„tisse singulas quasque urbes, ut nihil in eis „relinqueretur, quod spiraret, neque qui sal-„vus fieret, neque qui effugeret. Utinam enim „Dominus de animabus credentibus sibi, & de „mea ipsius anima ita ejiciat omnia priora ma-„la, ut nullus in me malitiæ sensus ultra re-

„spiret,

„spiret, nullus iræ, nullus concupiscentiæ „malæ in me salvetur affectus, nullus super„sit, qui effugiat sermo de ore meo; sic enim „potero Jesu duce purgatus ab omnibus ma„lis prioribus effici in civitatibus filiorum „Israel, extinctis omnibus, & peremptis ho„stibus, ita ut non relinquatur ex eis, qui „respiret, sed solus in nobis respiret Spiritus „Christi per ora, & sermones, & intelligen„tiam spiritalem, secundum doctrinam Jesu „Christi Domini nostri, cui est virtus, & po„testas in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

De Regibus congregatis contra Israel.

1. „In prioribus lectionibus rex Jerusalem con„gregaverat secum alios quatuor reges „adversum Jesum, & filios Israel, nunc au„tem jam non unus quatuor congregat, aut „quinque, sed magnam multitudinem, uti re„fertur *Jos.* 11. *v.* 1. *sqq.* Nimirum dæmones „ante adventum Domini, & Salvatoris no„stri quieti humanas animas possidentes in „earum mentibus, corporibusque regnabant. „Sed ut in terris apparuit gratia, & miseri„cordia Salvatoris nostri Dei, edocens nos, „ut pie, & sancte in hoc mundo vivamus, „ista de causa ab illis iniquis possessoribus „pugnæ exoriuntur & prælia, & si oppriman„tur primi, multo plures in unum coeunt, „& conspirant in malum, qui semper diffi„dent a bono.

Vis dæmonum per adventum Christi enervata. n. 1.

 2. „Sed

Regum nomina contra Israel pugnantium exponuntur. n. 2.

2. „Sed tentemus, singulos reges pro significantiis nominum uniuscujusque in malitia „operis contemplari. Primus *Jabin* nominatur *rex Asor:* Jabin autem interpretatur *sensus*, sive *prudentia*, & *Asor*, *aula:* porro serpens fuisse in Paradiso scribitur prudentior „omnium bestiarum, quae erant super terram. „Est ergo aula hujus regis omnis terra, qui „est diabolus: iste mittit ad *Jobab*, & invitat „ad praelium, mittit & ad regem *Maron*. *Jobab* quidem interpretatur *inimicitiae*, *Maron* „vero *amaritudines*. Mittit ergo diabolus ad „aliam virtutem inimicam ex angelis refugis, „quo auctore omnes amaritudines in mundo „eveniunt, scilicet diversa genera peccati; neque enim aliquid amarius potest esse peccato. „Mittit autem etiam ad regem *Simeon*, qui interpretatur *exauditio*, qua quis exaudit praeceptum diaboli. . . . Mittit autem & ad regem *Zit*, quod interpretatur, *quomodo fluunt*, „scilicet hujus mundi carnalia. . . . Vocat „autem diabolus etiam eos, qui circa *Sidonem* „magnam sunt, quod significat *venatricem*, scilicet animarum. . . . Mittit & ad *montana*, „seu sensum, qui extollit se adversus scientiam „Dei. Mittit & ad *Araba*, id est, *insidias* ad „decipiendas animas. . . . Mittit & in *Ceneroth*, quod significat quasi *lucernas*, seu haeretica dogmata ex S. Scripturae testimoniis „falsis assertionibus deducta. . . . Misit etiam „ad *campos*, seu eos, qui terrena sapiunt; & „in *Faneandor*, quod dicitur *conversio*, scilicet „ad bona carnalia; & ad eos, qui erant in „*maritimis locis*, ad *Chananaeos*, id est, *commotos*,

„*tos*, & *Amorræos*, id est, *amarascentes*. . . .
„Verum hos omnes *crastina die* post consummationem hujus sæculi vincemus, sequentes
„Jesum ducem, & percipiemus regnum, quod
„præparavit Deus Sanctis suis, & iis, qui
„mandata ejus, & justitias impleverunt, per
„ipsum Dominum nostrum Jesum Christum,
„cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XV.

De iis, quæ consequuntur post Jabin.

1. „Mandatum dicitur datum ad Jesum, ut, „posteaquam expugnasset hostes superius memoratos, nulli parceret, sed equos „eorum subnervaret, & *fecit eis Jesus, sicut* „*præceperat ei Dominus &c. Jos.* 11. *v.* 9. *sqq.*.. „Quid est, quod de asinis non est scriptum, „quia subnervati sunt, sed de equis? ... Videntur mihi asini quidem figuram servare eorum, qui ex gentibus credunt, super quos „sedisse scribitur Dominus. *Matth.* 21. Equi „vero, qui exterminantur, figuram tenere illorum, qui in cœlestibus positi per superbiam „deciderunt. . . . Igitur in typo quidem asinorum gentes, quæ ad credulitatem veniunt, „merito reservantur, in typo vero equorum „dæmones, qui humanæ saluti inimici sunt, „merito perimuntur. Sed & passiones corporis, id est, libidinem, superbiam &c., quibus infelix anima velut equitans vectatur, & „fertur ad præcipitia, equos nunc & currus intelligamus, & ipsos esse, qui subnervari ju-

Vitia, & passiones subnervandæ. n. 2.

n. 3.

„bentur. Subnervatur autem equus, quando „jejuniis, & vigiliis, & omni abſtinentiæ affli„ctione corpus humiliatur. . . . Sed & nunc „ſiquis forte ex his, quæ dicimus, Dei verbis „compungitur, pœnitet, & convertitur, vide„bimur etiam nos gladio Verbi Dei evagina„to ſubnervaſſe equos. . . . Sed & omnium „illorum regum, quorum vim ſecundum no„minum ſuorum interpretationem jam ante „expoſuimus, equi a Jeſu dicuntur interfici; „quorum etiam nos debemus iu nobismet„ipſis abſcindere vitia, & ſubnervare omnem „iſtum peſſimum equitatum, ita ut non re„mittatur ullus, *qui reſpiret*, v. g. agendum „tibi eſt, quatenus ne ipſa quidem com„motio iracundiæ locum habeat intra te; ſi „enim efferveſcit animus, etiamſi non imple„verit opus, ipſa tamen perturbatio indecens „eſt ei, qui ſub Jeſu militat duce &c.; nam „ſi parvi alicujus vitii aut conſuetudo, aut „cogitatio relinquatur in corde, proceſſu tem„poris convaleſcit, & paulatim vires latitan„do conquirit, atque ad ultimum revocat nos „ad vomitum noſtrum.

Contra vitia ſpecialia unicuique certandum. n. 4.

2. „*Et omnes*, inquit, *reges eorum interfe„cit Jeſus in ore gladii.* In omnibus nobis „regnavit peccatum. *Rom.* 3. Unusquisque ta„men habuit in ſe aliquem ſpecialem regem, „qui in eo regnabat: v. g. in alio regnum „tenebat avaritia, in alio ſuperbia &c. Erat „ergo regnum peccati in unoquoque noſtrum, „antequam crederemus; poſtea vero quam ve„nit Jeſus, & occidit omnes reges, qui in

„nobis

„nobis tenebant regna peccati, præcepit no-
„bis, interficere omnes istos reges, & nul-
„lum ex eis relinquere. Si ergo regnet in
„te adhuc avaritia &c., non eris Israeliticus
„miles, nec imples præceptum, quod dedit
„Dominus ad Jesum. . . . *Et accepit*, inquit,
„*omnes in bello* &c., id est, cepit omnes, per-
„emit omnes; etenim species peccati purga-
„vit Jesus, omnesque destruxit; nulla enim
„tanta est, qua non sit superior Jesus, qui est
„Verbum, & sapientia Dei. An non ita cre-
„dimus, quia omne genus peccati, cum ad
„salutare lavacrum venimus, aufertur? . . . n. 6.
„Porro dicitur: *quia per Dominum factum est,*
„*ut invalesceret cor eorum.* Nam ideo Deus
„dicitur permittere adversarias virtutes exire
„adversus nos in prælium, ut & nos victo-
„riam capiamus, & illæ interitum consequan-
„tur. . . . Et sane puto, quia Sancti quique
„repugnantes adversus istos incentores pecca-
„torum spiritus, & vincentes eos imminuant
„exercitum dæmonum, & velut quam pluri-
„mos eorum interimant, v. g. ut is, qui caste vi-
„vendo fornicationis spiritum superaverit; non
„ultra fas sit, illum spiritum devictum impug-
„nare iterum alium hominem, sed quod sin-
„guli quique nequam spiritus, cum vincuntur
„a Sanctis, vel in abyssum, vel in exteriores
„tenebras abducantur a justo judice Christo.

3. Dicitur autem in consequentibus: *quia Jesus in nobis vincit.*
„*cepit Jesus omnem terram* &c. Etenim noster
„Dominus Jesus ipse vere cepit omnem ter-
„ram, in eo, quod ex omni terra, atque ex n. 7.

 „omni-

„omnibus nationibus ad eum concurrit creden-
„tium multitudo. Additur post haec: *Et re-*
„*quievit terra a bellis*. Quod iterum solum com-
„pletur in Domino meo Jesu Christo, si jam in
„te non pugnat caro adversus spiritum, cessa-
„vit terra tua a bellis, si tamen mortem Jesu
„Christi in corpore tuo circumferas, bella
„transegeris, & adversarios viceris: tunc tibi
„dabitur requies, ut requiescas, & ita gratias
„referas Deo Patri omnipotenti in ipso Christo
„Jesu Domino nostro, cui est gloria, & impe-
„rium in saecula saeculorum. Amen.

Homilia XVI.

De eo, quod Jesus Presbyter erat.

Senior quis habendus. n. 1.

1. „Presbyteri, & Seniores non ex eo appel-
„lantur, quod longaevam duxerint vi-
„tam, sed pro maturitate sensus, & gravitate
„vitae veneranda hac appellatione decorantur.
„Nunc ergo S. Spiritus vox est: *Jesus erat Pres-*
„*byter, vel senior, & provectus dierum. Jos.* 13.
„*v.* 1. Quod utique de peccatore dici non po-
„terat, quia peccator non est provectus die-
„rum; non enim se extendit ad ea, quae ante
„sunt, obliviscens eorum, quae retrorsum sunt,
„sed semper retro convertitur, & ad vomitum
„suum redit, & ideo non aptus est regno cae-
„lorum: qui autem semper ad priora extendi-
„tur, & ad perfectionem fertur, iste provectus
„est in rebus suis.

Filii Dei aeternitas. n. 2.

2. „Verum, quoniam instituimus, quae de
„Jesu dicuntur, etiam ad Dominum, & Sal-

„vato-

„vatorem nostrum referre, quis ita Presbyter,
„& senior, & provectus dierum intelligitur,
„sicut ipse, qui est principium, primogenitus
„omnis creaturæ, ante quem nemo est? in
„Pontificibus, Pontificum princeps est, sicut
„& in Pastoribus, Presbyteris, & Episcopis,
„& omne, quodcunque honorabile nomen est,
„primum in hoc, & principem esse credendum
„est Salvatorem, quia ipse est omnium caput.
„Dicitur autem: *& terra relicta est multa valde*; v. 3.
„multa enim supersunt, quantum ad nostra
„tempora spectat, quæ videmus nondum pe-
„dibus Jesu esse subjecta, quem necesse est uti-
que omnia obtinere.... Unde constat, quod
„in secundo adventu hanc terram multam,
„quæ superest, obtinebit Jesus.... Post hæc
„de Sidoniis dicit: *Et omnes Sidonios ego exter-* v. 4.
„*minabo a facie filiorum Israel*, scilicet malos
„illos venatores, seu virtutes contrarias, quæ
„venantur animas ad peccatum. Istos ergo
„ergo Dominus exterminat, quia si isti tales
„interierint venatores, cum jam nemo fuerit,
„qui laqueos tendat, & retia, ut decipiat ani-
„mas in peccato, tunc requiescet unusquisque
„sub vite sua, & sub ficu sua.

3. „Sed & illud lectum est, quia Moyses
„dederit hæreditatem quibusdam, & Jesus
„secundum præceptum Domini distribuit; nam
„hi, qui secundum legem vixerunt, primi ac-
„ceperunt hæreditatem, sed extra terram re-
„promissionis, usquequo Jesus eis distribuit in
„sorte. . . . Verumtamen & ipsi adhuc pug-
„nant pro iis, qui sub Jesu militant; ego enim

„... terror, quod omnes illi, qui dormierunt
„ante nos, patres pugnent pro nobis, & ad-
„juvent nos orationibus suis. . . . Non ergo
„armis pugnandum est nobis adversum hostes
„nostros invisibiles, sed orationibus, & verbi
„Dei meditationibus, & operibus, ac sensibus
„rectis; sic enim armabantur & patres fide,
„& operibus vincentes. Ita ergo & nos fidem
„plenam, & opera perfecta, indesinentes ora-
„tiones, meditationem verbi divini, intelli-
„gentiam spiritalem colentes, & in his omni-
„bus velut armis Dei muniti stemus adversus
„astutias diaboli, invocantes Deum adjutorem
„nostrum in Christo Jesu D. N. cui est gloria,
„& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XVII.

De eo, quod Levitæ non acceperunt in hæreditatem terram.

Perfectis Christianis solus Deus hæreditas est. n. 2.

1. „Levitis neque Moyses dedit hæredita-
„tem, neque Jesus, quia Dominus
„Deus ipse est hæreditas eorum. *Jos.* 13. In
„qua re quid aliud sentiendum est, nisi quod
„sint in Ecclesia Domini quidam, qui virtute
„animi & meritorum gratia cæteros omnes
„præcedunt, quibus ipse Dominus hæreditas
„esse dicitur? . . . Pauci tamen sunt, qui sa-
„pientiæ & scientiæ operam dantes, & men-
„tem suam mundam servantes, atque omni-
„bus præclaris virtutibus suas animas exco-
„lentes cæteris simplicioribus per doctrinæ
„gratiam illuminant iter, quo gradiuntur, &
„veniunt ad salutem: ii fortassis nunc sub

„Le-

,Levitarúm & Sacerdotum nomine designantur, quorum hæreditas ipse Dominus esse ,perhibetur. . . . Porro ordo Leviticus vel ,Sacerdotalis, qui Dei sapientiæ & scientiæ ,operam impendit, non potuit a Moyse sortem habitationis accipere: quia non erat ,Moyses veritatis, sed umbræ & exemplaris ,minister. Jesus vero Dominus noster, qui ,erat sapientia Dei, ipse habitacula sapientibus præbet. Non enim potuit dicere Moyses: *vade, vende omnia, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo &c. Matth.* 19. *v.* 21. ,Hoc est enim partem dare Levitis. Nec potuit dicere Moyses, *qui non renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Luc.* 14. *v.* 33. Hoc Moyses dicere non ,potuit, idcirco habitacula Sacerdotum & ,Levitarum dispensare non potuit. Beatus ,ergo est, qui se talem exhibet, ut in istis ,omnibus, quæ præcepit Jesus, inveniatur esse ,perfectus, ut ab Jesu sortem cœlestis mansionis accipiat in futuro.

2. „Quodsi audiens perfectorum hæreditatem Dominum dici ignoras, quid illud sit, ,audi, quia Dominus sapientia est. Cui ergo ,dicitur, hæreditas esse Dominus, iste hæreditatem sapientiæ capiet, & sic de justitia, ,pace, salute, quæ omnia in hæreditatem ,percipiet, cujus hæreditas Dominus fuerit. ,Verumtamen & isti, quibus sapientia &c. ,hæreditas esse dicitur, habitationem interim ,cum illis accipiunt, quorum hæreditas habetur in terris, & cohabitare jubentur Le- *Hæreditas Domini quid? n.* 3.

„vita,

Sacerdotibus laici necessaria vitæ ministrent.

„vita, & Sacerdos, qui non habent terram, „Iſraelitæ, qui habet terram, ut percipiat ab „Iſraelita Sacerdos & Levita terrena, quæ „non habet, & rurſus Jſraelites percipiat a „Sacerdote & Levita cœleſtia & divina, quæ „non habet. Lex enim Dei Sacerdotibus „commiſſa eſt, ut verbo Dei absque ulla ſol„licitudine vacent, ſed ut vacare poſſint, lai„corum uti miniſteriis debent; ſi enim laicus, „quæ neceſſaria ſunt, non præbuerit Sacerdo„tibus & Levitis, occupati illi in corporalibus „curis minus legi Dei vacabunt, illis autem „non vacantibus Legi Dei, tu periclitaris: „obſcurabitur enim lux ſcientiæ, quæ in illis „eſt, te non ſubminiſtrante oleum lucernæ, „& culpa tua eveniet, ut cæcus cæco duca„tum præſtans ambo in foveam cadant. Ut „ergo lux ſcientiæ in Sacerdotibus fulgeat, „tu imple mandatum Dei erga obſequia Sa„cerdotum: quodſi forte a te ſuſceptis, quæ „neceſſaria ſunt, illi neglexerint verbo Dei „vacare, ipſi videbunt, quomodo pro anima„bus veſtris reddant Domino rationem. Sed „deprecemur potius Dei omnipotentis miſeri„cordiam, ut ſuo lumine omnes nos illumi„nare dignetur, & dare lucernam pedibus „noſtris verbum ſuum ipſum D. N. Jeſum „Chriſtum, qui eſt vera lux mundi, cui eſt „gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. „Amen.



HOMI-

Homilia XVIII.

De initio divisionis terræ.

1. „Illam terram, quæ est trans Jordanem, „Moyses distribuit, hanc autem, quæ „est terra sancta & bona, distribuit Jesus & „principes tribuum Israel. Vides ergo, cum „cœperit vera illa hæreditas terræ sanctæ a „Salvatore distribui, adsumentur etiam prin„cipes veri & spiritualis Israel, scilicet sancti „Apostoli, ad quos dicit Salvator: *sedebitis „& vos super thronos duodecim, judicantes duo„decim tribus Israel. Matth.* 19. *v.* 28. Assumi„tur tamen ad divisionem etiam Sacerdos, qui „est mysticus sermo Dei.

Judices in extremo judicio. *n.* 1.

2. „Et quis est, qui primus accepit hæ„reditatem ab Jesu? *Caleb*, inquit, *filius Jes„sone. Jos.* 14. *v.* 6. Caleb interpretatur *quasi „cor*, Jessone vero, *conversio*. Hic ergo Caleb „filius est conversionis; quid nisi quia ad „Deum conversus talem ex se fructum profer„ret, ut cor filium generaret? Est ergo om„nis, qui divinis sensibus vacat, & rationabi„liter cuncta agit, Caleb. Hic primo quidem „eruditus a Moyse, secundo vero a Jesu dixit: „*tu scis verbum, quod locutus est Dominus*. Ne„mo enim sic intellexit legem, sicut docuit „Jesus. . . . Ait ergo: *Hodie valeo, sicut va„lebam tunc.* Sanctus quippe similiter valet, „& in præsentibus, & in præteritis, & in „Evangeliis, & in lege.

Christus verus interpres legis. *n.* 2.

3. „Sed

Contra infideles pugnandum. *n. 3.*

3. „Sed videamus etiam petitionem ejus. „*Peto a te montem hunc*, inquit: nihil dejectum „Sanctus requirit, sed montem quærit excel„sum, in quo civitates *magnæ* & *munitæ* sunt, „& hæc poscebat, quia noverat belligerari. „Nimirum civitates & muri sunt impiorum „dogmata, & syllogismi Philosophorum, qui„bus astruunt divinæ legi contraria. . . „Promittit ergo Caleb valere se ad bellum, „& promptum esse ad prælium, & ideo depo„scit, permitti sibi velut disputandi faculta„tem, ut congrediatur cum dialecticis sæculi, „ut eos confutet, & subvertat omnia, quæ „falsis assertionibus construxerunt. Ideo vi„dens alacritatem ejus *benedicit eum* Jesus. „Sed & tu potes istas magnas & munitas ur„bes, id est, assertiones subvertere falsitatis, „si vis legem Dei prudenter meditari, ut & „tu merearis benedici a Jesu, & accipere ab „eo Chebron, ubi reliquiæ Abraham, Isaac, „& Jacob jacent. Ipse ergo in memoriis Pa„trum hæreditatem accepit prudens & sapiens „Caleb. . . . Utinam & mihi daretur sors „Abraham, & Isaac, & Jacob, & efficeretur „meus Deus meus, sicut effectus est Deus „Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob in „Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XIX.

De finibus hæreditatis tribus Judæ.

Cælum pugnando occupatur. *n. 1.*

1. „Non est scriptum in distributione hære„ditatis Moysi, quia cessavit terra a „bellis: in distributione vero Jesu, ipsa verbi

„præ-

præfatio sic incipit: *Et cessavit terra a bellis.* *Jos.* 14. *v.* 15. Si ergo tu dignus vis effici, qui hæreditatem consequaris a Jesu, oportet te prius omnia bella finire, & in pace consistere.

2. „In descriptione finium tribus Judæ duæ tantum orbis terræ partes, occidens & oriens nominantur. *Jos.* 15. *v.* 1. *sqq.* Ex partibus occidentis fines Judææ proximi sunt finibus *Idumææ*, quæ interpretatur, *terrena*, *a deserto Sin*, id est, *tentationes*. . . . Et ideo necesse est, nos transire eremum tentationum, ut sic possimus pervenire in hæreditatem filiorum Juda, seu in Cades, quod interpretatur sanctum, seu *sanctificatio;* fines enim Judæ usque ad sanctificationem perveniunt.

Fines Judææ ab occidente explicantur.
n. 2.
n. 3.

3. „Dicitur vero ab Orientis partibus tribus Judæ *mare* esse *salsum*, & post *fons solis*, & *civitas solis*, & in eadem tribu etiam esse *civitas litterarum*: oportet enim omnem, qui vult introire in partem filiorum Juda transire prius mare salsum, vitæ scilicet hujus undas superare, ut possit ad terram Judæ pervenire, & ad fontes solis accedere, solis scilicet justitiæ Christi. . . . Si vero ad hæc omnia adjeceris tibi scientiæ lumen, & sol te justitiæ radiaverit, efficieris etiam tu civitas solis, vel civitatem solis sorte hæreditatis accipies. Sed & si in lege Dei meditaberis die ac nocte, & si memor sis præcepti Salvatoris: *scrutamini Scripturas*, & eruditionem divinæ legis, vel legendo vel au-

Fines ab oriente.
n. 4.

„dien-

„diendo obtinueris, tuæ portionis efficietur
„civitas litterarum. . . . Summa vero scien-
„tiæ apud illos erit, qui veram hæreditatem
„veri, & unigeniti Filii Dei, quæ repromissa
„est iis, qui eum perfecte dilexerint, conse-
„qui merebuntur in Christo Jesu D. N. cui est
„gloria, & imperium in sæcula sæculorum.
„Amen.

Homilia XX.

De hæreditate Caleb, & filiabus ejus.

Hæreditas Caleb explicatur. 1. Postquam hic Origenes utilitatem lectionis & auditionis S. Scripturæ, uti jam in prioribus multoties fecit, fuse iterum commendavit, pergit ad explicationem hæreditatis Caleb, scilicet: *„dedit ei Jesus civitatem „Arboc Metropolim Enach, quæ est Chebron, in „qua erant memoriæ patrum. Jos. 15. v. 13. seq.*
n. 3. „Hic ergo civitate Arboc exterminavit inde
„tres filios Enach, id est, Susui, Achiman,
n. 4. „& Thalami. . . . *Enach* interpretatur *humi-*
„litas inanis, vel responsio inanis. Accepit
„ergo Caleb metropolim humilitatis inanis,
„quæ descendit ex peccato, v. g. qua humi-
„liavit Thamar sororem suam. Hujus igitur
„humilitatis inanis metropolim exscidit Caleb,
„& interemit *Susui*, qui interpretur *extra me*,
„id est, sanctum, quia extra sanctum est filius
„inanis humilitatis: Item *Achiman*, qui inter-
„pretatur *frater meus extra consilium;* omnes
„enim fratres de inani humilitate nati extra
„consilium sunt. Et *Thalami*, id est, *præcipi-*
„tium vel suspensio, quod designat, in eo om-
„nia vaga esse, & in præceps ruentia. . . .
„Ina-

„Inanis igitur humilitas accipienda est illa, „quam omnes sæculi Poetæ vel Philosophi de „Divinitate senserunt, quia & humilia, & Deo „indigna sunt, quæ senserunt; hujus inanis „humilitatis filius primus est Susui, hoc est, „primus sensus eorum est extra veritatem, & „extra Deum. Secundus Achiman, quid „enim tam sine consilio est, quam relinquere „Deum, qui nos fecit, & sequi eos, quos „nos fecimus? Tertius erroris sensus est Tha„lami, novissima enim ejus tendunt in præci„pitium inferni. Ergo hos gentilitatis sensus „tamquam filios Enach abscidit lex, quæ „etiam secundum litteram Deum verum, & „Creatorem omnium prædicat.

2. „Sed nunc ascendit Caleb ad civitatem „litterarum, & dixit: *quicunque exsciderit ci„vitatem istam litterarum, dabo ei Axam filiam „meam uxorem, & cepit eam Gothoniel filius „Chenner: Jos.* 15. *v.* 10. *Gothoniel* autem in„terpretatur *responsio Dei*, hoc est, cui Deus „secreta revelat. Iste ergo est, qui potest ac„cipere civitatem litterarum, & veteris in„strumenti exscindere litteram occidentem: „Frater Caleb junior. Ego autem sum de „Ecclesia frater Caleb junior: exscindo autem „litteram legis, cum jam non secundum car„nem circumcidor, neque secundum carnem „azyma manduco &c. promissum namque mi„hi est, quia si exscidero civitatem litterarum, „accepturus sim filiam fratris mei majoris. „Eram enim prius filius *Chenner*, id est, *spre„tio*, sicut gentes sine Deo in hoc mundo, & „prior

Legalia abrogata. n. 6.

„prior ille frater meus filius Jeſſone, ſeu con-„verſio, dat mihi filiam ſuam, id eſt, ſcien-„tiam Dei ſui, ſcilicet: *auferetur a vobis re-„gnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* „*Matth.* 21. *v.* 43. . . . Accepta ergo filia „ejus ego frater junior educo eam de domo „patris ſui, quæ dicit ad patrem ſuum: *da* „*mihi benedictionem pater. Et accepit Gonetlam* „*ſuperiorem, & Gonetlam inferiorem. Joſ.* 15. „*v.* 19. id eſt, centuplum in præſenti ſæculo, „in futuro autem vitam æternam. . . . Quam „benedictionem oremus, ut & nos conſequi „mereamur, per Chriſtum D. N. cui eſt glo-„ria, & imperium in ſæcula ſæculorum. „Amen.

Homilia XXI.

De filiis Juda, qui non potuerunt diſperdere Jebuſæos de Jeruſalem.

In Eccleſia boni mixti malis. n. 1.

1. „Filii Juda volebant diſperdere Jebuſæos „de Jeruſalem, *& non potuerunt, pro-„pter quod habitarunt Jebuſæi cum filiis Juda* „*in Jeruſalem usque in hodiernum diem. Joſ.* 15. „*v.* 63. Sicut in Evangelio permittuntur ziza-„nia ſimul cum tritico creſcere; eodem mo-„do etiam hic in Jeruſalem, id eſt, in Eccle-„ſia, ſunt quidam Jebuſæi, qui fide & acti-„bus, & omni converſatione ſua perverſi „ſunt. Neque enim poſſibile eſt, ad liquidum „purgari Eccleſiam, dum in terris eſt, ut „nullus impius in ea reſidere videatur, ſed „ſint in ea omnes ſancti & beati; ſed ſicut „dicitur de zizaniis: *ne forte eradicantes ziza-„nia cum illis eradicetis & triticum*, ita etiam „ſuper

„ſuper iis dici poteſt, in quibus vel dubia, vel „occulta peccata ſunt. Neque enim dicimus „de iis, qui manifeſte criminoſi ſunt, ut non „de Eccleſia expellantur. . . . Unde deprecor „vos, qui fideles eſtis, ut ita vitam veſtram, „& converſationem ſervetis, ne in aliquo vel „ipſi ſcandalum patiamini, vel ſcandalum faciatis, ſed ſit vobis ſummi ſtudii, ne quis in „hanc ſanctam congregationem veſtram pollulutus introeat, ne quis Jebuſæus habitet vobiſcum, qui interpretatur conculcatio: & „quia non poſſumus ejicere eos, qui nos conculcant, eos ſaltem ejiciamus, quos poſſumus, quorum peccata manifeſta ſunt; ubi „enim peccatum non eſt evidens, ejicere de „Eccleſia neminem poſſumus.

2. „Videamus autem, qui ſunt in Eccleſia „conculcantes: illi ſine dubio, qui indigni audiunt Verbum Dei, & cum audierint, neque „ut infideles diſcedunt, neque permanent, ut „fideles, ſed percepta myſteriorum notitia, „converſi poſtmodum impugnant nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra dirumpunt, „conculcantes dominici verbi margaritas, & „ornamenta fidei maculantes. Simile autem „quid ſcriptum eſt & de Effrem: *Et non disperdidit Effrem Chananæum &c. Joſ.* 16. *v.* 10. *Effrem* vero interpretatur *fructificatio;* qui enim fructificat, & creſcit in fide, non poteſt exterminare Chananæum ſemen maledictum, mobile, & incertum; numquam enim „tentationum motus ceſſant ab eo, & ideo, ſi „non potes eum ejicere de Eccleſia, obſerva,

Mali vitandi conculcantes Verbum Dei. n. 2.

„quod Apostolus commendat: *Subtrahite vos ab*
„*omni fratre inquiete ambulante.* 2. *Thess.* 5. *v.* 6..
„Si ergo in corde nostro visio pacis fundata est,
„& Christum semper servamus in corde, ut
„numquam prorsus ulla cogitatio mala, vel
„alicujus peccati consilium ascendat in cor no-
„strum, si hoc ita fieri possit, poterimus dice-
„re: quia in Jerusalem sumus, & nullus alius
„habitat nobiscum, nisi soli illi, qui Sancti
„sunt. Nunc vero cum etiam ad grandem
„profectum veniamus, tamen non puto, cui-
„quam tantum in corde puritatis evenire, ut
„numquam adversæ cogitationis contagione
„maculetur: certum est, etiam Jebusæos ha-
„bitare cum filiis Juda in Jerusalem. Non ta-
„men ideo hæc diximus, quod negligamus,
„quantum fieri potest, ejicere eos, sed satis
„agendum nobis est, quotidie eos ejicere de
„Jerusalem, licet non possimus omnes simul
„ejicere. Hoc idem autem etiam in iis, qui
„fructificant filiis Effrem, sentiendum est, qui
„& ipsi Chananæos, id est, vagas, & lubri-
„cas cogitationes, semper debent ejicere de
„animabus suis. Potens est autem Deus, qui
„& Jebusæos, & Chananæos subjiciat nobis,
„ut in nobis inveniatur puritas cordis in Christo
„Jesu Domino nostro, cui est gloria, & impe-
„rium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XXII.

De tribu Effrem, & Chananæis.

Caro spiritui subjuganda,

1. „Chananæi tertio dicti sunt in filiis esse „Effrem.... Primo enim dictum est: „*Non perdidit Effrem Chananæum &c. Jos.* 16. „*v.* 10.

„*v.* 10. Secundo: *Invaluerunt filii Israel, &* *& morti-*
„*fecerant Chananæos subjectos &c. Jos.* 17. *v.* 13. *ficanda.*
„Tertio: quando viri de tribu Effrem jubentur *n.* 1.
„exterminare Chananæum. *v.* 18. Chananæum *n.* 2.
„hic carnem nostram accipiamus, vel ea, quæ
„carnis sunt. Hæc primo nobiscum est, hoc
„est, animæ juncta est, sed non obediens, nisi
„tantum, quod *tributa* dependet; id est, mi-
„nisterium quidem agendi aliquid exhibet, vel
„movendi, concupiscit tamen adversus spiri-
„tum, & non est obediens animæ, sed suis de-
„sideriis cedit. Si vero jam aliquantum pro-
„fecerimus, efficitur nobis caro servus, &
„obediens, ac parens animæ voluntati. Et
„iste est secundus animæ profectus, cum sibi
„carnem & servire fecerit, & obedire. Ter-
„tium vero est, quod perfectum est; si enim
„jam perveniamus ad perfectum, etiam nobis
„exterminandus dicitur Chananæus, & morti
„tradendus, dum membra nostra mortifica-
„mus, ac mortem Christi in corpore nostro cir-
„cumferimus. . . . Si autem non festinet ve- *n.* 3.
„locius sibi obedientem, & subditam facere
„carnem, verendum, ne veniat *Pharao ex*
„*Ægypto*, & captivam ducat infelicem ani-
„mam, ita ut *det illam in dotem filiæ suæ. Jos.*
„16. id est, Pharao, qui est auctor, & rex
„peccati, filiæ suæ, quæ est lex peccati, ani-
„mam, quæ carnaliter vixerit, in dotem con-
„scribat.

2. „Post hæc filii Joseph majorem sortem *Tepor*
„hæreditatis requirunt, & audiunt a Jesu: *animi*
„*Ascende in saltum : . . & para locum in terra: purgan-*
dus.

 „ex-

n. 4. „*expurga Pherezæos, & Raphaim. Jos.* 17. *v.* 15.
„Oportet ergo nos expellere Pherezæos, seu
„abscindere fructum peccati. Sed & *Raphaim*,
„inquit, *expelle*, quod interpretatur *resoluta*
„*mater*, & significat, ut matres remissas, seu
„virtutes animæ resolutas, quæ sensus inerudi-
„ditos, & inutiles pariunt, expurgemus: *ex-*
„*purga*, dicit; non enim ipsos naturales ani-
„mæ motus exterminare præcipitur, sed ex-
„purgare: id est, sordes, & immunditias, quæ
„eis ex nostra negligentia evenerunt, purgare,
„atque depellere, ut naturalis ejus vigor pro-
„priæ, atque ingenitæ virtutis effulgeat.

Fructus bonorum operum faciendi. n. 5.

3. „Post hæc addunt adhuc & filii Effrem:
„*Non sufficit nobis mons &c.* & respondit illis
„Jesus: *Non erit tibi sors una, quia saltus est*
„*tibi, & emundabis eum. Jos.* 17. *v.* 17. Vides,
„quid ad nos per spiritalem intelligentiam di-
„citur, ut emundemus silvam, quæ in nobis
„est, & excidentes inutiles, & infructuosas ex
„nobismet ipsis arbores, faciamus ibi novalia,
„quæ semper innovemus, & ex quibus fructum
„capiamus tricesimum, & sexagesimum, &
n. 6. „centesimum.... Observemus ergo, ut præ-
„valeamus nos contra Chananæos, ne, si for-
„te illi invaluerint super nos, de Israeliticis
„Chananæos nos faciant. . . . Nobis autem
„præstet Dominus, ut filii simus Abraham,
„Isaac, & Jacob, secundum promissionem hæ-
„redes, & ob hoc ex lapidibus suscitati, ut si-
„mus filii Abraham a Christo Jesu Domino no-
„stro, cui est gloria, & imperium in sæcula
„sæculorum. Amen.

HOMI-

Homilia XXIII.

De ratione sortium, ubi septem tribus capiunt hæreditatem.

1. „Congregavit Jesus Ecclesiam filiorum *Sortes an, & quomodo licitæ.*
„Israel, & dixit: *Mittam sortem, & proferam in conspectu Domini sortem, si prius describentes terram attuleritis descriptionem ejus.* *n. 1.*
„*Jos.* 18. Et ita post hæc sortibus missis hæreditas populo Dei distribuitur, & agitatur „sors ista non fortuita, sed secundum quod „prædestinatum est a Deo. . . . Quæ ergo *n. 2.*
„sit ratio sortium, apud memetipsum requi„rebam, ut ex multis testimoniis Scripturæ, „quod latebat, agnoscerem. Inveniebam sa„ne in Scripturis etiam gentiles homines usos „esse sorribus, tunc cum navigaret Jonas, & „tempestas urgeret. *Jon.* 1. *v.* 9. Invenio & „Salomonem in Proverbiis *c.* 18. *v.* 18. dicen„tem: *Contradictiones cohibet sors.* Et in no„vo Testamento cum esset necessarium in lo„cum Judæ alium subrogari Apostolum, mi„serunt sortem, *& cecidit sors super Mathiam.* „*Act.* 1. *v.* 16. Et Paulus ad Ephesios *c.* 1. „*v.* 11. scribit: *sorte vocati sumus.* Verum ex „his omnibus vel evidens adhuc sensus mihi „ad liquidum patere non potuit, vel etiam „de re tanta enuntiandi metus insedit. Illud „tamen, in quantum res patitur, contigisse „sufficiat, quod nobis ab Apostolis sors du„cta designat, quia, ubi ex fide integra, & „oratione præmissa sors ducitur, ea, quæ Dei „voluntas continet in occulto, sors homini„bus declarat in manifesto.

Providentia Dei omnia disponuntur n. 3.

2. „Ego igitur puto, audenter dicendum, „quod ficut non fortuitu, vel cafu cœleftes „virtutes mundi hujus minifteria fufceperunt, „fed effe in his fingulis Sacramenta ineffabi„lia divinæ difpenfationis, ut ordine fuo cun„cta & competenti per unamquamque virtu„tem dirimantur officio; ita ad horum imi„tationem, credendum fit, & hic Scripturam „referre, fortes duci per Jefum, & hæredi„tatem per unamquamque tribum divina di„fpenfatione decerni, & per ineffabilem pro„videntiam Dei, ac præfcientiam in his for„tibus adumbrari futuræ in cœlis hæredita„tis exemplar. . . . Hinc etiam eft, quod „difpenfavit divina Sapientia nomina quædam „locorum fcribi in Scripturis, quæ myfticam „quamdam interpretationem contineant, per „quæ indicetur nobis: quia hæc certis qui„busdam rationibus, & non cafu, vel fortui„tu fieri difpenfentur. . . . Et hæc ideo di„cimus, ne putetis vilem effe aliquam Scri„pturam, pro eo, quod eft multis nominum „appellationibus confita, quin potius fcitote, „ineffabilia per hæc myfteria contineri, & „majora, quam poteft vel humanus fermo „proferre, vel auditus mortalis audire. . . .

n. 4.

„Sic ergo divina hæc credentes, & myftica, „dignos nos, & aptos ad eorum capacitatem „vitæ actibus, ac meritis præparemus, ut, „cum digne a nobis fuerint intellecta, etiam „hæreditate ea in cœlis confequi mereamur „in Chrifto Jefu Domino noftro, cui eft gloria, „& imperium in fæcula fæculorum. Amen.

Homilia XXIV.

De Amorræis, quomodo habitaverunt cum Effrem.

1. „*Permansit Amorræus habitare in Elom, & „in Salamis. Jos.* 19. *v.* 47. Amor„ræus interpretatur *amaritudo.* Habitantes „ergo in *Elom*, id est, *arietantes*, vel in *Sa„lamis*, id est, *pacifici*, habitant amaritudines, „seu in arietantibus, vel in agone positis con„tra diabolicas ædes; & in pacificis, qui car„nalibus concupiscentiis superatis pacem animæ „gerunt, perseverat, & contendit contraria „virtus, amaritudo, persistere, dum v. g. ali„cujus corpus obsidet, & ad multas oratio„nes, multa jejunia, multas exorcistarum in„vocationes in obsesso corpore permanet, & „adhibita sibi ex Dei nominis invocatione tor„menta tolerabilius ferre vult, quam ab ho„mine discedere, etiam quando *gravis effecta „est super eum manus Effrem, Jos.* 19. *v.* 47. „id est, quando vel Exorcistarum manus im„positione vehementius imposita gravari di„citur super immundos spiritus manus Eff„rem, vel quia bona opera gravant, & affli„gunt dæmonum genus.

Dæmon corpora obsessa etiam ad exorcismos subinde ægre relinquit. n. 1.

Exorcismi virtus.

2. „*Et dederunt filii Israel sortem Jesu filio „Nave . . . quam petivit Thannasac &c. v.* 49. „Quare, putas, Jesus voluit omnium esse no„vissimus? sine dubio, ut esset omnium pri„mus: & nec ipse sibi hæreditatem sorte præ„sumpsit, sed a populo accepit, & illi dat „populus hæreditatem, a quo ipse acceperat:

Humilitas Josue. n. 2.

„ut & nos ſervemus præceptum illud, quod „iſte opere implevit, quo dicitur: *Si te ducem „ordinaverunt, ne extollaris, ſed eſto inter eos,*
n. 3. „*quaſi unus ex ipſis. Eccli.* 31. *v.* 1. . . . Sed „& ego, ſi poſſem bonus fieri, darem locum „Filio Dei in me, & acceptum locum a me in „anima mea Dominus Jeſus ædificaret eum, „& adornaret, & faceret in eo muros inex„pugnabiles, & ædificaret in me manſionem, „ſi mererer, dignam ſe & Patre, in tantum, „ut faceret etiam Deum Patrem ſecum intrare. „Quod ut conſequi mereamur, præparemus in „nobis cor mundum, quo libenter Dominus „Jeſus introire dignetur, cui eſt gloria, & im„perium in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA XXV.

De civitatibus Levitarum.

Diverſa gloria Sanctorum.

1. Origenes fuſe hic enarrat *ex Joſ.* 21. *v.* 1. *ſqq.*, quænam civitates in tribubus Iſrael ſorte invenerint, & demum ita concludit: „Quis poteſt aſſequi hæc omnia?... Quid
n. 4. „dicemus de iis Sacramentis, quæ per hæc „deſcribuntur, & in quibus diſtributiones fu„turæ hæreditatis adumbrantur, & per quas „ſanctæ terræ, quam manſueti hæreditate ſu„ſcipient, diviſio celebrabitur? Quis caſtrorum „ſedes diverſas explicet, quomodo hæc in re„ſurrectione per ſingulos quosque Sanctorum „ſacerdotali, vel levitico ordine habenda ſit „diſtributio? . . . Fortaſſis enim ſicut Deus „ordinavit ſtellas cœli, & alias ſtatuit in axe „aquilonis, alias in partibus orientis, alias in

„au-

„australi parte, atque alias in occasu, ita cre-„do, quod & eos, qui ex resurrectione mor-„tuorum tales erunt, sicut stellæ cœli in mul-„titudine, & claritate venientes, ex semine „Abraham ordinabit Deus in regno cœlorum „secundum ordinem stellarum, & partium cœ-„li: quoniam quidem *multi venient ab oriente,* „*& occidente, & recumbent cum Abraham, &* „*Isaac, & Jacob in regno cælorum Matth.* 8. „per gratiam Domini nostri Jesu Christi, cui „est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.

Homilia XXVI.

De Machæris petrinis sepultis &c.

1. „Diximus in superioribus, quia & Domi-„nus noster Jesus Christus petat a no-„bis locum, quem ædificet, & in quo habitet: „videamus ergo, quis sit iste locus, in quo „habitare debet Jesus: *in monte*, inquit, *Eff-„rem*, hoc est, in monte fructifero. Qui, pu-„tas, sunt in nobis montes fructiferi, in qui-„bus habitet Jesus? Illi profecto, in quibus „sunt fructus spiritus, gaudium, pax, patien-„tia, charitas &c. Et licet pauci possint esse „tales, tamen si vel pauci fuerint, in ipsis ha-„bitans Dominus Deus, qui est lux vera, emit-„tet radios lucis suæ super reliquos omnes, „quos nondum dignos suo habitaculo princi-„paliter judicarit.

Jesus in corde fructifero habitat. n. 1.

2. „Nunc autem videamus, quæ sunt *ma-„cheræ petrinæ*, quibus circumcidit Jesus filios

Verbum divinum

„Israel.

machera petrina. n. 2. „Israel. . . . Sæpe oftendimus machæram verbum Dei dictum, quo verbo abfcinduntur peccata de animis audientium. Hæc ergo virtus verbi divini reconditur in eo loco, cui datur fermo fcientiæ, & fapientiæ, ut opportuno tempore anima illa, quæ per donum fpiritus repleta eft verbo fapientiæ, & fcientiæ, proferat iftas machæras in Ecclefia; & circumdat fecundo eos, qui fecunda indigent circumcifione. Quod autem dicit petrinas machæras, illud oftendit, quod fermo hic Dei non eft ex arte grammatica, vel rhetorica veniens, neque doctorum malleis edomitus, aut ftudiorum incudibus elimatus, fed ex illa petra defcendens, quæ de monte fine manibus abfciffa eft, & orbem terræ complevit, ac dona fpiritualia credentibus tribuit.

V. & N. Teftamenti unus grex. n. 3. 3. Poft hæc lectum eft de *ara*, quam extruxerunt filii Ruben & Gad, & dimidia tribus Manaffe. *Jof.* 22. „Videamus ergo, quid facti hujus contineat Sacramentum. Prior populus in dictis tribubus defignatur, & ara ab illis erecta folum fuit, ut oftenderent, ne inter nos & illos, qui ante adventum Chrifti fuerunt jufti, divifio aliqua videretur. Licet enim tunc habuerint altare, fciebant tamen, quia non effet altare verum, fed figura futuri & veri altaris: noverant, quia veræ hoftiæ, quæ poffent auferre peccata, non in illo altari offerebantur, fed in ifto, ubi erat Jefus; hic cœleftes hoftiæ, hic vera facrificia confummantur. Fit ergo unus grex, & unus paftor, illi priores jufti, & qui nunc „funt

„sunt Christiani. . . . Judæi autem, qui Christum non susceperunt, sed magis semetipsos, „quam illum occiderunt, sponte sua altare „verum & cœlestem Pontificem refutarunt, & „transiit ad nos Pontifex verus secundum ordinem Melchisedech electus, & necesse est, „eum veras hostias, id est, spiritales offerre „apud nos, ubi ædificatur templum Dei ex „lapidibus vivis, quæ est Ecclesia Dei viventis, & ubi est verus Israel in Christo Jesu „D. N. cui est gloria, & imperium in sæcula „sæculorum. Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN LIBRUM JUDICUM.

§. I.

Monitum.

1. Novem in librum Judicum Origenis homilias memorat Cassiodorus *l.* 1. *Inst.* quas ante annum 240. ab Origine editas, & quidem ex tempore conceptas & recitatas opinatur R. P. Carolus de Rue *tom.* 2. *Op. Orig.* contra Rever. D. Huetium *Orig. l.* 3. 3. 2. *n.* 2. Eas in latinum vertit Rufinus ipsomet teste, in peroratione subjunctá commentariis Origenis in *ep. ad Rom.* Præter homilias an Origenes aliquid in librum Judicum scripserit, incertum est; quæ fragmenta catenæ Manuscriptæ sub ejus nomine citant, exhibet prælaudatus D. de la Rue *loc. cit.*

§. II.

riatur ex infirmitate peccati, opera
perficiat, & per malas cogitationes
quodammodo, & necctur? Vide
d addit Scriptura: *surrexit genera-*
quæ non cognovit Jesum, & opera,
nagna. Jud. 2. v. 10. quod scilicet
rucifixus est pro peccatis nostris, &
propter justificationem nostram. Rom.

it ergo malignum coram Deo ge- **Peccator**
ultera, quæ nescivit Jesum, neque **diabolum**
s, *& servivit Baalim, & dereliquе-* **adorat.**
num Deum patrum suorum. Jud. 2. **n. 3.**
. Sed & nos, quotiescunque pec-
nua nostra curvamus Baalim, quæ
bemus in nomine Domini Jesu.
Sed quid mihi prodest, si genua
iei ad orationem veniens flectam
iua cordis mei flectam diabolo?
stetero constanter adversus iram,
& in singulis, quæ contraria sunt
enua mea iræ & diabolo. Unus-
præ cæteris colit, quod super
r, & diligit, hoc ei Deus est.
unusquisque semetipsum, quæ
um, & super cætera omnia
a exæstuet. Sed vereor, ne
imos præ... nderet amor auri,
e sæcul... . . Annon to-
rror ... cepit exordium,
... homines, deos
... usque vitiis, &
... en adscribunt?
Pecu-

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

De Israelitis Domino servientibus.

Christus lux nostra bonos dies præstat. n. I.

1. „*Et servivit populus Domino omnibus diebus Jesu, & omnibus diebus seniorum eorum, qui longiorum dierum fuerunt post Jesum. Jud.* 2. *v.* 7. Oportet ergo scire, quia „unusquisque nostrum ipse sibi præstat, ut in „bonis diebus sit, aut in malis, & ut dies „habeat Jesu, vel dies justorum, aut dies ha-„beat impiorum; si enim præbeamus *lumini* „*vero, quod illuminat omnem hominem, Joan.* 1. „ad illuminandum animas nostras, habemus „& nos dies Jesu Christi, dies salutis. Siquis „vero animam suam præbuerit ad recipien-„dam lucem contrariam veritati, habebit dies „malos, & non erit in diebus Jesu. . . . „Ista falsa luce illuminantur illi, qui divitias „& honores sæculi, & terrenam gloriam quasi „æternitatis memoriam quærunt. Hoc lumi-„ne illuminantur & hæretici, falsi nominis „scientiam prædicantes. . . . Qui autem ha-„bet in se dies Jesu, servit Domino; nec po-„test fieri, ut serviat Zabulo, aut avaritiæ. „Nec potest fieri, ut illuminetur quis lumine „veritatis, & serviat mendacio; nec potest „illuminatus lumine sanctificationis libidini & „immunditiæ deservire: *Quæ enim societas luci* „*ad tenebras &c.* 1. *Cor.* 6. *v.* 14. Oremus er-„go, ut semper in nobis Christus, qui est lux „vera,

„vera, faciat dies bonos, nec umquam de „Zabulo nos illuminante habeamus in nobis „dies malos:' dies enim malos habemus, ‚quando carnalia pro ſpiritalibus quærimus, ‚terrena pro cœleſtibus, pro æternis caduca, ‚præſentia pro futuris.

2. „*Servivit* ergo *populus Domino omnibus* ‚*diebus Jeſu.* Beatus eſt, qui in diebus Jeſu ‚ſervit Domino, qui verbo & ſapientia ejus ‚illuſtratur, qui præceptis ejus illuminatur: ‚ſecundo autem loco, & ille poſt hunc eſt beatus, qui in diebus *ſeniorum*, qui fuerunt poſt Jeſum, Domino ſervit, ſcilicet Apoſtolorum, & illorum illuminatur, & inſtruitur ‚præceptis, & ad ſervitium Domini Apoſtolicis regulis inſtruitur. . . . Dicitur autem in *omnibus diebus Jeſu;* multi enim ſunt dies Jeſu, dies unus ipſius eſt Juſtitia, alius ſanctificatio, & ſic per ſingula virtutum dona, dies computantur Jeſu, in quibus Domino ſervitur, quia in his virtutibus animi Domino placetur.

Secundum Chriſti & Apoſtolorum præcepta Deo ſerviendum.
n. 2.
n. 3.

3. „*In diebus*, inquit, *Seniorum eorum, qui* ‚*cognoverunt omnia opera Domini. Jud.* 2. *v.* 7. ‚id eſt, qui fecerunt ea. . . . Et quidem *opera Domini magna, quæ fecit in Iſrael:* inter quæ maximum eſt illud, quod *ita dilexit Deus mundum, ut filium ſuum unigenitum* ‚*daret. Joan.* 3. *v.* 16. Quod opus etiam nos ‚& cognoſcere debemus, & credere, & operari opera Domini, quæ ex mandatis ejus ‚veniunt, non negligenter, ſed fideliter & attente,

Opera Domini agnoſcenda, & facienda.
n. 4.
n. 5.

„tente, ut inveniamur & nos in diebus Jesu „Christi, & in diebus Seniorum, Sanctorum „ejus Apostolorum, cum quibus & societatem „cœlestis hæreditatis mereamur accipere per „ipsum D. N. Jesum Christum, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia II.

De obitu Jesu Filii Nave.

Quomodo in nobis vivat, & moriatur Jesus. n. 1.

1. „Recitatur nobis Jesu obitus: *Et defun„ctus est Jesus filius Nave. Jud.* 2. Ve„rum quoniam institueramus hæc ad D. N. „Jesum Christum referre, ego arbitror, quod „in quibusdam vivit Jesus, in quibusdam ve„ro defunctus est. In Paulo vivit Jesus, & in „illis omnibus, qui merito possunt dicere: „*vivit vero in me Christus. Gal.* 2. *v.* 20. In il„lis autem defunctus est Jesus, qui sæpe pœ„nitendo, & iterum delinquendo velut insul„tare morti Jesu dicuntur, *rursum crucifigentes* „*sibimetipsis Filium Dei. Hebr.* 6. *v.* 6. Sed & „tu ipse considera apud te, si quando de ava„ritia, de stupro &c. cogitas, numquid potes „in his omnibus dicere, quia Christus vivit „in me? Sic ergo in peccantibus defungitur „Christus, pro eo, quod nihil in eis justitia, „& omnia illa, quæ Christus est, operantur: „a sanctis vero quæcunque fiunt, Christus ea
n. 2. „dicitur operari. *Philip.* 4. *v.* 13. . . . Omni„potens Deus! numquam accidat nobis ut „Jesus Christus, postquam resurrexit a mor„tuis, rursum moriatur in nobis: quid enim „mihi prodest, si in aliis vivat ex virtute, &

„in

„in me moriatur ex infirmitate peccati, opera „vitæ non perficiat, & per malas cogitationes „suffocetur quodammodo, & necetur? Vide „enim, quid addit Scriptura: *surrexit genera-* „*tio altera, quæ non cognovit Jesum, & opera,* „*quæ fecit magna. Jud.* 2. *v.* 10. quod scilicet „Christus *crucifixus est pro peccatis nostris, &* „*resurrexit propter justificationem nostram. Rom.* „4. *v.* 25.

2. „Fecit ergo malignum coram Deo ge- „neratio adultera, quæ nescivit Jesum, neque „presbyteros, *& servivit Baalim, & derelique-* „*runt Dominum Deum patrum suorum. Jud.* 2. „*v.* 12. . . . Sed & nos, quotiescunque pec- „camus, genua nostra curvamus Baalim, quæ „flectere debemus in nomine Domini Jesu. „*Philip.* 2. Sed quid mihi prodest, si genua „corporis mei ad orationem veniens flectam „Deo, & genua cordis mei flectam diabolo? „Si enim non stetero constanter adversus iram, „libidinem, & in singulis, quæ contraria sunt „Deo, flexi genua mea iræ & diabolo. Unus- „quisque quod præ cæteris colit, quod super „omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus est. „Discutiat nunc unusquisque semetipsum, quæ „in eo potissimum, & super cætera omnia „amoris flamma exæstuet. Sed vereor, ne „apud quamplurimos præponderet amor auri, „libidinis, gloriæ sæcularis. . . . Annon to- „tius gentilitatis error hinc accepit exordium, „dum ea, quæ multum diligunt homines, deos „esse volunt, & humanis quibusque vitiis, & „cupiditatibus divinum nomen adscribunt?

Peccator diabolum adorat. n. 3.

„Pecuniæ namque cupidi, & avaritiæ amore „flagrantes, Mammonem apud Syros deum „cupiditatis iſtius dicunt; libidinis amatores „Venerem deam ſibi vitii hujus, quo agitan„tur, adſcribunt. Sic ergo & nos, cum ali„quibus vitiis ita dediti ſumus, ut ea ex toto „corde diligamus, adorare idola, & abiiſſe „poſt deos alienos dicimur.

Peccatores traduntur diabolo.

n. 4.

3. „*Irritaverunt ergo Iſraelitæ Dominum ad* „*iracundiam. Jud.* 2. *v.* 12. Vides, quantum „faciant peccata, ut peccantes illum, in quo „non ſolum iræ nullus affectus eſt, ſed nec „alius quidam paſſibilis motus, nos ad iracun„diam provocare dicamur. Verum ille num„quam iræ turbatur affectibus, ego autem per „ea, quæ delinquo, iram mihi ipſi conſciſco.
n. 5. „*Rom.* 2. *v.* 5. Unde ſequitur: *& tradidit illos* „*Deus in manus diripientium &c.;* ſi enim pec„caverimus Domino, & animi noſtri voluptates velut Deum colamus, tradimur etiam „nos apoſtolica auctoritate in manus Za„buli. . . . Et quidem dupliciter traduntur
Excommunicatio „homines de Eccleſia in poteſtatem Zabuli: „uno modo cum delictum ejus manifeſtum fit „Eccleſiæ, & per Sacerdotes de Eccleſia pel„litur: alio modo, cum peccatum ejus mani„feſtum non fit hominibus, Deus autem, qui „videt in occulto, iſtum tradit Satanæ, dum „diſcedit a mente ejus, & refugit a cogitatio„nibus ejus malis, & derelinquit domum cor„dis ejus vacuam, & ſic invaditur a ſpiritu ne„quam. *Matth.* 12. *v.* 43. Et ideo nos ſummo „ſtudio vigilemus, & feſtinemus purgari a vi-

„tiis,

„tiis, ut Deum intra nos tenere possimus, &
„ut habitare dignetur in nobis, dum delecta-
„tur & actibus, & sermonibus, & cogitatio-
„nibus nostris, si secundum voluntatem ejus
„geramus cuncta, quae gerimus, ut sive man-
„ducamus, sive bibimus, sive aliud quid fa-
„cimus, omnia in nomine faciamus Domini
„nostri, cui est gloria, & imperium in saecula
„saeculorum. Amen.

Homilia III.

De Gothoniel, & Aioth.

I. „Quando fecerunt filii Israel malignum in *Superbia*
„conspectu Dei, traditi sunt in manus *punitur.*
„*Chusarsaton* regis Mesopotamiae, qui interpre- n. 1.
„tatur, *humiliatio eorum*, qui humiliaret eos.
„*Jud.* 3. Etiam nunc est Chusarsaton, cui
„traduntur humiliandae, & affligendae animae,
„quae christiana humilitate contempta in su-
„perbiam se dederunt. Odiosum satis est in
„conspectu Dei superbiae vitium: *Eccli.* 10. *v.* 15.
„& 1. *Pet.* 5. *v.* 5. Si quis igitur Christi humi-
„litate contempta extollitur, & ad dignitates
„saeculi prosilit, & artes, quibus haec assequi
„nititur, etiamsi contra fidem, & religionem
„sint, non refugit, dummodo, quod cupit,
„obtineat, postquam indeptus fuerit summas
„infulas potestatum, inde dejectus traditur
„huic Chusarsaton, uni scilicet ex aereis prin-
„cipibus, ut humiliet eum, & affligat, donec
„resipiscat; & quaerat Dominum. . . . Potest n. 2.
„autem unusquisque nostrum, etiamsi mini-
„mus, & nulla in Ecclesia usus dignitate, su-

„perbiæ vitio laborare, & nihil reperias tam „fœdum, *quam pauperem superbum. Eccli.* 25. „*v.* 4. Nonnumquam autem morbus iste su-„perbiæ etiam sacerdotalem, & leviticum or-„dinem pulsat, in quo arrogantiæ teterrimus „odor de altari Domini loco suavitatis incensi „renidet. Sed abjiciatur, quæso, odor iste „teterrimus ab iis, qui ministrant in Sanctis, „ne forte irascatur Dominus, & tradat nos in „manus Chusarsaton, ut humilitatem, quam „in scientia Christi docere debuimus, in cor-„reptionis nostræ tribulatione discamus. Vi-„de autem benignum Dominum misericordiam „cum severitate miscentem; non enim in per-„petuum tradit delinquentes, sed quanto, in-„quit, tempore servierunt Baalim, tanto ser-„viunt Chusarsaton, hoc est, octo annis. Di-„sce hæc & tu, o auditor! & quanto tempore „deliquisti, tanto humilia teipsum Deo, & sa-„tisfacito ei in confessione pœnitentiæ: non „exspectes, ut humiliet te Chusarsaton, sed „præveni tortoris istius manus, &, cum cla-„maveris ad Dominum, suscitabit tibi Salva-„torem, & salvabit te.

Angeli ad auxilium nobis mittuntur. n. 2.

2. „Salvatorem autem dicit *Gothoniel*, qui „interpretatur, *tempus mihi Deus*, id est, unum „de militia cœlesti, qui ad adminiculum mit-„tuntur eorum, qui hæreditatem capiunt sa-„lutis. . . . Magna autem laus primi hujus „Judicis Gothoniel refertur, quod spiritus Do-„mini factus est super eum, & per spiritum „Domini judicabat Israel. *Jud.* 3. *v.* 10. Ne-„scio, siqui tales hodie Ecclesiæ judices sunt,

„quos

„quos dignos faciet Deus Spiritu S. repleri,
„ut hoc Dei testimonium mereantur, & tradat
„Dominus in manus eorum Chusarsaton re-
„gem, & quiescat terra quadraginta annis.
„*v.* 11.

3. „Sed quid dicitur post hæc: *Et defun-* *Sancti instar Aioth ambidextri. n. 5.*
„*ctus est Gothoniel.* Quare, quia jam indignus
„erat populus, qui haberet Judicem talem;
„nam *adjecerunt filii Israel, facere malum* . . .
„*& confortavit Dominus Eglon regem Moab ad-*
„*versum Israel. Jud.* 3. *v.* 10. Vides, quia pec-
„cata vires hostibus præbent. . . . Et *servie-*
„*runt filii Israel Eglon regi Moab decem & octo*
„*annis.* Scilicet secundum peccati modum, &
„conversionis nostræ moram castigationis tem-
„pora temperantur; transierunt enim isti de-
„cem & octo anni servitutis, & non refertur;
„quia clamaverunt ad Dominum, & conversi
„sunt a malitia sua: sed post decem & octo
„annos iterum dicitur, quia clamaverunt ad
„Dominum, & *suscitavit eis Deus Salvatorem*
„*Aioth . . . virum ambidextrum. Jud.* 3. *v.* 15.
„Dignus certe populi princeps, & Ecclesiæ ju-
„dex, qui nihil agat sinistrum, cujus quid agit
„dextera, nesciat sinistra sua, in utraque par-
„te dexter est, in fide dexter, in actibus dex-
„ter est: nihil habet de illis, qui collocantur
„a sinistris. Unde puto, quod secundum spi-
„ritalem intelligentiam & Sancti omnes am-
„bidextri dicantur, & econtrario Zabulus, &
„principes ejus ambisinistri dicuntur; totum
„enim, quod agunt, sinistrum est.

 4. „*Aioth*

Pœnitentia nos a captivitate diaboli liberat.
v. 6.

4. „*Aioth* ergo in femore dextro gladium „portat, ut veniat ad regem *Eglon*, ut inter„ficiat eum. Sic Deus ex cœlesti militia prin„cipem ad subsidium eorum mittit, qui ad se „toto corde clamaverint. . . . Clamemus er„go, si quando pro peccatis in captivitatem tra„dimur, ad Dominum: clamemus autem non „ore, sed mente, ita ut dolor cordis fontem „lachrymarum producat ex oculis. Si ita con„vertimur a malis, ut ultra non contingamus „mala, mittet etiam Dominus virtutem suam „cœlestem, per quam liberemur a jugo servi„tutis Zabulicæ, quæ virtus omnia pro nobis „agat dextera, & prospera, quæ faciat nos re„linquere viam sinistram, quæ ducit in perdi„tionem, & revocet nos ad veram viam, il„lum, qui dicit: *Ego sum via, & veritas, & „vita, Joan.* 14. *v.* 6. Jesum Christum Domi„num nostrum, cui est gloria, & imperium in „sæcula sæculorum. Amen.

Homilia IV.

De Semegar, & Jabin, & Sisara, & cæteris Judicibus.

Secta Epicureorum extirpanda.
v. 1.

1. „Historia *Jud.* 3. nos edocuit, quomodo „sapientissimus Aioth callida, sed lau„dabili illus deceptione interemerit *Eglon* ty„rannum, qui interpretatur *rotatus*. Oportet „ergo tales esse & nostri populi judices, qua„lis fuit *Aioth*, qui interpretatur *laus*, ut om„nes volubiles motus excidant, & perimant „*Moabitarum* regem, id est, *effusionem*, scili„cet sermonem illius philosophi, qui summum „bo-

„bonum judicat voluptatem, quem interficiat „Evangelicus sermo, qui gladio comparatur, „& sermo propheticus ipse in ventre eorum, „atque in imis præcordiis ambidextri doctoris „disputationibus concludatur.

2. „Videamus nunc, quale sit etiam principium *Semegar*, qui interpretatur *ibi advena*. „Hic *percussit allophylos in sexcentis viris in stiva*, „*vel pede aratri*. *Jud*. 3. *v*. 31. Potest ergo „fieri, ut Ecclesiæ Judex non semper gladium „proferat, id est, non semper austeritate verbi, & acumine correptionis utatur, sed aliquando instar agricolæ velut aratro sulcans „animæ terram, ac sæpius eam clementi commotione rescindens, aptam eam suscipiendis „seminibus paret. Interficientur ergo etiam „sic allophyli, cum non argumentis, & acumine contra adversarios utimur, sed agresti, „& simplici commonitione de animis auditorum peccata propellimus. Sed & tu ipse, o „auditor! esto agricola animæ tuæ, utere hoc „aratro, quo utitur Semegar: sed cum miseris „manum tuam in aratro, noli retro respicere: „id est, postquam tuleris crucem tuam, & secutus fueris Christum, postquam sæculo renuntiasti, noli requirere, quæ propter Christum duxeras ut stercora, & *cadent a dextris* „*tuis decem millia, & a sinistris tuis mille, ad te* „*vero non appropinquabunt*. *Ps*. 90. *v*. 7.

Judici Ecclesiastico non semper rigore, sed & lenitate utendum. n. 2.

3. „Sed quid post hæc additur? *Adjecerunt* „*filii Israel facere malignum . . . & Aioth mortuus est*, *Jud*. 4. *v*. 1. quia pro peccatis popu-

Principes boni, vel mali pro meritis

populi dantur. n. 3. „li moritur bonus populi dux. Sed dicit for„tasse populus noster: quando Ecclesia Dei si„ne judice est? etiamsi prior defecerit, alter „adhibetur. Verum non semper princeps po„puli, & Ecclesiæ Judex per Dei arbitrium „datur, sed prout merita nostra deposcunt: si „mali sunt actus nostri, dantur nobis princi„pes secundum cor nostrum: *Fecerunt sibi re„gem . . . & non per consilium meum*, ait Deus „*Osee* 8. *v.* 4. Tale aliquid intelligamus etiam „in Ecclesiis fieri, quia pro meritis populi, „aut in verbo, & opere potens a Deo tribui„tur rector Ecclesiæ, aut si malignum faciat „populus, talis Ecclesiæ Judex datur, sub quo „famem, & sitim populus patiatur, audiendi „verbum Dei. Ita ergo nos agamus, & ita „oremus, ne umquam indignatio divina aufe„rat a nobis, qui nos verbo, & opere instruat, „qui in moribus, & honestate, qui patientiæ, „ac mansuetudinis perfectum de se populis „præstet exemplum. Si enim male egerimus, „moritur & nobis Aioth, aufertur & Semegar, „tradimur in manus Jabin regis Chanaan, id „est, *in reprobum sensum. Rom.* 1. *v.* 28. Jabin „enim interpretatur sensus, sive prudentia.

Animalis homo per spiritalem regendus. n. 4. 4. „*Et princeps militiæ Jabin erat Sisara* . . . „*& erant ei nongenti currus ferrei*, *Jud.* 4. *v.* 2. „quibus scilicet affligeretur populus duræ cer„vicis. *Sisara* autem interpretatur *visio equi*; „iste est enim animalis, non spiritalis, qui non „videt, nisi ea, quæ animalis sunt: & ideo „semper animalis homo, qui secundum car„nem est, persequitur eum, qui secundum spi„ritum

ritum est, donec spiritalis intelligat, & examinet omnia, & intelligat, unde sibi sit auxilium deposcendum, & clamet ad Dominum, donec illi suscitetur prophetia, quæ est in figura Debboræ, & secundum prophetiæ gratiam, & intelligentiam vel Ecclesiæ populus gubernetur, vel etiam sensus uniuscujusque animæ regatur per Jesum Christum Dominum nostrum, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V.

De Debbora, & Barach, & Jabel, & Sisara.

„Cum plurimi Judices viri in Israel fuisse „referantur, de nullo illorum dicitur, „quia Propheta fuerit, nisi de *Debbora* muliere. „Præstat & in hoc non minimam consolationem „mulierum sexui etiam prima ipsius litteræ facies, & provocat eas, ut nequaquam despe„rent, etiam prophetiæ gratiæ capaces se fieri „posse, sed credant, quod meretur hanc gra„tiam puritas mentis, non diversitas sexus.

Mulieres prophetiæ capaces. n. 2.

2. „*Debbora* igitur, quæ interpretatur *apis*, „sive loquela, prophetiæ formam habet, & „residet *sub palma inter medium Rama, & inter medium Bethel. Jud.* 4. *v.* 5. Sub palma sedem „habet Prophetia, *quia justus sicut palma florebit.* „*Ps.* 92. Per hoc, quod suis institutionibus „eruditum Prophetia perducit ad palmam su„pernæ vocationis: inter *Rama* autem, id est, „*excelsa*, & *Bethel*, id est, *domus Dei* residet

Prophetia cœlestia docet. n. 3.

 „Pro-

„Prophetia; nihil enim humile, nihil deje-„ctum ergà Prophetiæ sedem reperiri potest; „namque nos non docet, quæ super terram „sunt, quærere, sed quæ in cœlis sunt.

Reprobatio, & ablatio Prophetiæ a Judæis. n. 4.

3. „Debbora ergo *misit, & vocavit ad se Ba-„rach*, qui interpretatur *coruscatio*, quæ ad „modicum temporis resplendet, & desinit; „prior quippe populus per prophetiam vocatus, „ad divinæ legis munera capienda ad breve „tempus coruscavit, sed continuum lucis non „potuit obtinere fulgorem. Et licet Debbora „seu Prophetia præcipiat Barach, seu priori „populo; *ascende in montem Thabor:* excusat ta-„men se, *non ascendam, nisi tu ascenderis*, cui „Debbora: *Ibo tecum, veruntamen scito, quia* „*non erit primatus tuus. . . . Sed in manu mu-„lieris tradet Dominus Sisaram. Jud.* 4. *v.* 9. „Ostendens, quia non erit apud illum popu-„lum primatus, sed in manu mulieris Jahel „tradetur Sisara.

Ecclesiæ victoria de Sisara. n. 5.

4. „*Jahel* ergo mulier alienigena figuram „tenet Ecclesiæ ex gentibus congregatæ. In-„terpretatur autem Jahel *ascensio*, quia revera „non est alia ascensio ad cœlum, nisi per Ec-„clesiam. Hæc ergo *Sisaram* animalem homi-„nem interfecit palo, id est, ligni crucis acu-„mine. Et merito maxillam ejus palo trans-„verberasse describitur; illud enim os, quod „de carnalibus loquebatur . . . ligno crucis „confoditur: quia illam viam, quam Philoso-„phia latam prædicaverat voluptatis, hanc „Christus arctam nobis viam salutis ostendit.

„Sic

„Sic ergo Jahel, id est, Ecclesia vitiorum
„principem Sisaram obtectum pellibus, id est,
„membrorum mortificatione sopitum, æterno
„tradit somno, & occurrit priori populo, &
„ostendit ei opus suum, victoriam consumma-
„tam, atque in societatem eum prostrati hostis
„invitat. . . . Quod autem lacte Sisaram po- n. 6.
„tasse Jahel dicitur, ostendit, non in initiis
„statim discipulis de profundis tradendum esse
„Sacramentis, sed morum correptionem,
„emendationem disciplinæ, religiosæ conversa-
„tionis, & simplicis fidei elementa: hoc est,
„lac Ecclesiæ, quod iis, qui ad bonum profi-
„ciendi propositum habent, vitam tribuit &
„salutem: iis vero, quibus contraria uti lu-
„xuria &c. placent, necem, & interitum præ-
„stat. . . . Sic ergo intelligendum est, & Si-
„saram istum animalem hominem per doctri-
„nam Ecclesiæ, quam non ex fide suscepit,
„extinctum. Sed & unaquæque anima satis
„agat, lacte Evangelico, & Apostolico sopire
„in semetipsa & extinguere Sisaram; si enim
„per hæc edoctus quis mortificaverit membra
„sua, avaritiam, fornicationem &c., Sisaram
„in semetipso videbitur peremisse. . . . De-
„nique in consummatione omnium, id est, in
„fine sæculi, etiam canticum Domino canta-
„bitur per Debboram, in quo primatus quidem
„dabitur Jahel Ecclesiæ gentium, nec tamen
„Debboræ laus silebitur, sed & primis, & no-
„vissimis victoriæ præmium dabitur per Jesum
„Christum Dominum nostrum, cui est gloria,
„& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMI-

Homilia VI.

De Cantico, quod cantavit Debbora.

Ordo in populo Deum laudandi. n. 2.

1. „*In incipiendo principes in Israel, in voluntatibus populi benedicite Dominum.* „*Jud.* 5. Benedictio, inquit, qua benedicimus Dominum, sit in exordio principum in „Israel, id est, Angelorum, quos adesse Dominus dicit unicuique minimo in Ecclesia, „tum deinde in voluntatibus populi. . . . Vides, quomodo omnia per ordinem fiunt, & „nihil confusum in populo Dei. In incipiendo principes juvant, cum adjutus fueris, & „a principibus eruditus, jam tibi ipse sponte „& voluntate tua, quæ a principibus didicisti, gere. Recte enim decoctis principiis, „depositisque rudimentis, nostræ committimur voluntati, ut vel laus meriti sit, quæ „nostra virtute quæsita est, vel culpa jure sit „nostra, quæ per nostram venit ignaviam.

Christiani reges vocantur. n. 3.

2. „*Audite reges*: reges appellat eos, qui „convocantur ad audiendum Verbum Dei. „Exulta popule Dei audiens tuæ nobilitatis „insignia: tibi enim dictum est *genus regale.* „1. *Pet.* 2. *v.* 9. Sed sicut exultatis de nobilitatis vestræ titulo, ita discere debetis, quid „agendo unusquisque vestrum fiat rex; scilicet regem te facit, si regnet in te Christus, „si in te animus regnat, & corpus obtemperat, si concupiscentias carnis sub jugum imperii tui mittas, si vitiorum gentes sobrietatis tuæ frænis arctioribus premas. Hoc vero „quod sequitur, magis corporeum aliquid indicat:

licat: *auribus percipite omnes Satrapæ*: auribus namque percipere ad corporalem auditum, audire ad interiorem hominem pertinet. Ideo ergo & hic illi, qui audire debe- rent, reges dicuntur, qui vero auribus percipere, Satrapæ regibus inferiores appellantur. *Ego Domino cantabo, psallam Deo Israel.* Quis putas ita canoræ vocis est, & ita spiritus puri, mentisque sinceræ, ut cantilena ejus divinum delectare possit auditum? Ille profecto est, qui nullum raucum habet in se peccati sonum, qui nihil offensionis in lingua, nihil crassitudinis in spiritu gerit: ille potest dicere: *Ego Domino cantabo.*

3. „*Cor meum ad ea, quæ disposita sunt huic Israel*, *Jud.* 5. *v.* 9. illud tota mente prospicio, quod futurum est, *quæ oculus non vidit &c.* 1. *Cor.* 2. *v.* 9. non enim adhuc humanum cor gero, nec hæc humana, sed divina mente prospicio. *Potentes populi benedicite Dominum, qui ascendistis super jumenta.* Corpus hoc meum jumentum est; ego autem sum, id est, interior homo, qui ascendi super jumentum hoc, superior effectus corporalibus desideriis, cui dicitur, ut benedicam Dominum. *Et super vehicula sedentes, & super asinas refulgentes* benedicite Dominum, id est, cum corpus meum sub jugo venerit verbi Dei, tunc vehiculum corporis mei resplendere incipiet, & asina hæc, id est, caro mea tunc refulgere dicetur, cum castitatis fuerit splendore decorata. *Ibi dabunt justitias Domino*, id est, sacrificium illud Domino est

Caro subjuganda spiritui.

n. 4.

n. 5.

„acce-

„mus a Deo accipere virtutem, ut sustinere „possimus: pertendit enim nostra probatio usque ad effusionem sanguinis; verum hoc „baptisma sanguinis solum est, quod nos puriores reddat, quam aquæ baptismus reddidit. *Luc.* 12. *v.* 20. Hoc enim accepto valde „pauci sunt ita beati, qui id immaculatum „usque ad exitum vitæ servare potuerint: illo „vero baptismo, qui baptizatus fuerit, peccare jam ultra non potest, & per illud baptisma præterita peccata purgantur, per istud „etiam futura perimuntur: ibi peccata dimissa „sunt, hic exclusa. Mihi si concederet Deus, „ut proprio sanguine diluerer, securus ex isto „sæculo discederem; quis enim disperdere „possit animam Martyris, quæ supergressa „omnes aereas potestates ad cœleste tendit altare? . . . Beatæ sunt ergo animæ, quæ sic „Christum sequuntur. quomodo eas Christus „præcessit, & ideo, quia sic sequuntur, usque „ad ipsum Dei altare perveniunt, ubi est ipse „Dominus Jesus Christus Pontifex futurorum „bonorum, cui est gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Martyrium peccata delet.

HOMILIA VIII.

De filiis orientis, & de Gedeon.

Hæretici impugnant Ecclesiam. n. 1.

1. „Cum dicatur, quia filii orientis venerunt cum Madianitis & Amalech, „observandum, quod omnis, qui super se quoquo modo nomen suscipit Christi, filius efficitur orientis, sed non semper, qui nomen „Christi suscipiunt, etiam in Ecclesia permaneut

„nent Christi. Si ergo videas hæreticos Chri„sti quidem nomine censeri, expugnare au„tem Ecclesiam Christi, & arma conferre ad„versum Christi fidem, & bella suscitare ad„versum Catholicam fidem, nolo dubites de „iis dicere, quod isti sunt quidem filii orien„tis, sed cum Madianitis & Amalech veniunt „expugnare Ecclesiam Dei, & castra ponunt „in valle *Jezrael*, quod interpretatur *semen* n. 2.
„*Dei*. Non enim sunt ausi, ire illuc, ubi vi„dentur jam nati esse fructus spiritus, sed ubi „adhuc semen Dei jacet, ubi nondum fructus „ascendit: unde veniunt ad semen Dei, & „volunt illud tollere de corde eorum, in qui„bus seminatum est.

Vellus Gedeonis quid significet.

2. „Illi ergo castra in vallibus collocant, „*sed spiritus Dei confortavit Gedeon . . . & vo„cavit post se Abiezer*, id est, patris sui auxilium, & accepit Gedeon signum madentis & n. 3.
sicci velleris, *Jud.* 6. *v.* 36. „in quo & fidu- n. 4.
„ciam accepit Gedeon, quia Dominus in ma„nu ejus salvum faceret Israel. Videnda est „mysterii hujus ratio, de qua memini etiam „quemdam ex prædecessoribus nostris in libel„lis suis vellus lanæ populum Israel, reliquam „autem terram reliquas gentes posuisse, & „rorem, qui cecidit super vellus verbum Dei „esse, quod illi soli populo cœlitus fuisset in„dultum; siccitatem autem habebant omnes „gentes, quia nullus eis humor divini infun„debatur eloquii. Secundi vero ratio signi in „contrarium permutatur; vide enim omnem „populum ex gentibus congregatum, haben-

„tem nunc in se rorem divinum; Judaicum „autem populum siccitatem Verbi Dei patien„tem. . . . Verum cum septuagesimum pri„mum Psalmum apud memetipsum sæpe di„scuterem, movit me in hanc rem, quod, cum „adventum Christi in eo describeret, in ipso „etiam hoc asserit eventurum: *descendet sicut* „*pluvia in vellus*: descendit enim in illud vel„lus populi circumcisionis, *& sicut stillicidia* „*stillantia super terram*, hoc est, super nos, ut „& nos bibamus, qui eramus super omnem „terram jugi ariditate siccati. Hunc igitur „mysterii ordinem Gedeon prophetico spiritu „contuens, non solum primum signum popo„scit a Deo, sed & secundum converso ordine „repetit; sciebat enim rorem divinum, qui est „adventus Filii Dei, non solum Judæis, sed & „postmodum etiam gentibus esse venturum.

Vellus cur in area positum, & in pelvim expressum. n. 5.

3. „Non etiam sine causa Gedeon aream „elegit ad vellus ponendum, *Jud.* 6. *v.* 37. „nec sine causa expressit vellus in pelvim. „Prævidebat enim per spiritum: quia Christus „in aream suam populum congregat, *Matth.* 8. „Et quia invenimus in Evangelio, *Joan.* 13. „Salvatorem nostrum exuentem vestimenta „sua, & linteo præcinctum mittere aquam in „pelvim, & lavare pedes discipulorum suo„rum. . . . Illa enim aqua, quam mittebat „Jesus in pelvim, ros erat gratiæ cœlestis, ex „quo lavabat pedes discipulorum suorum: & „nos, si præbeamus pedes nostros, paratus „est Dominus Jesus lavare pedes animæ no„stræ, & purgare eos rore cœlestis gratiæ

„Spi-

,Spiritus S., verbo doctrinæ. Veni, precor ,Domine Jesu, lava pedes animæ nostræ: sta- ,tim namque, ut laveris pedes meos, etiam ,recumbere me facias tecum, ut audiam abs ,te: *& vos alterutrum pedes lavate*. Volo er- ,go & ego lavare pedes fratrum meorum, ,& propterea accipio aquam, & haurio de fon- ,tibus Israel, quam exprimo de Israelitico vel- ,lere, modo libri Judicum, & alio tempore ,de vellere regnorum, Esaiæ, vel Jeremiæ, ,& mitto eam in pelvim animæ, concipiens ,sensum in corde meo, & accipio pedes eo- ,rum, qui se præparant ad cœnandum, & in ,quantum prævaleo, lavare cupio pedes fra- ,trum meorum, ut in verbo doctrinæ purgen- ,tur auditores a sordibus peccatorum, ut ,candidis vestibus, lotis pedibus, & mundi ,corde recumbamus in convivio sponsi ipsius ,D. N. Jesu Christi, cui est gloria, & impe- ,rium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

De prælio, quod Gedeon gessit cum trecentis viris electis.

1. „Exierunt duo & triginta millia armato- „rum ex filiis Israel cum Gedeone ,contra Madianitas, & dixit Dominus ad Ge- ,deon: *Multus est populus tecum, non tradam ,Madian in manus eorum . . . qui timidus est, ,& formidolosus corde, revertatur . . . & re- ,manserunt decem millia. Jud.* 7. *v.* 2. *sqq*. Ho- ,die adhuc Princeps militiæ nostræ D. N. Je- ,sus Christus clamat ad milites suos, siquis

Milites Christi non sint timidi. n. 1.

„timidus & formidolofus corde eft, ad mea „bella non veniat. Hoc enim eft, quod aliis „quidem verbis, eodem tamen fenfu in Evan„gelio dicit: *Qui non tollit crucem fuam, & fe„quitur me, non eft me dignus. Luc.* 14. *v.* 26. „Omnes igitur, qui militiam Chrifti fequi vul„tis, procul a vobis timorem mentis, procul „cordis expellite formidinem, ut cum confi„dentia dicat miles Chrifti: *Dominus illumina„tio mea, & falus mea, quem timebo &c. Pf.* 26. „*v.* 1. *fqq.* Sed ne nos deterreat talis ifta mi„litia, nihil in fe difficile, aut impoffibile con„tinet; folent enim in iftis caftris fæpe etiam „mulieres vincere, quia non corporis robore, „fed fidei virtute pugnatur, uti patet in Deb„bora, & Judith: imo in oculis noftris fæpe „vidimus mulieres, & virgines primæ adhuc „ætatis pro martyrio tyrannica pertuliffe tor„menta: quia in hac militia non jaculis fer„reis, fed orationum telis victoria quæritur, „& fides eft, quæ in certamine tolerantiam „præbet. *Eph.* 6. *v.* 14. *fqq.* Licet tamen hoc „etiam in militia Chrifti, fi forte aliquando in„feriorem te viribus fenferis in perfecutioni„bus, locum dare iræ, & fugere de loco ad „locum, nec tibi in hoc adfcribitur militare „commiffum. *Matth.* 10. *v.* 23. Summa nam„que rei eft, Jefum, quem femel confeffus es, „non negare. Certum autem eft, quod Chri„ftum confitetur ille, qui propterea fugit, ne „neget.

Quinam poft Bap-

2 „Sed, pofteaquam ifta viginti duo mil„lia difcefferunt, *dixit Dominus ad Gedeon*

„*om*

„*omnem, qui lambet aquam in lingua . . . statues eum seorsum . . . & factus est numerus eorum . . . trecenti viri, . . . & dixit Dominus ad Gedeon, in trecentis viris istis . . . tradam Madian in manum tuam. Jud.* 7. *v.* 5. *sqq.* Ille igitur electus est, qui, postquam ad aquas Baptismi ventum est, flecti ad necessitates terrenas nescit, qui vitiis non indulget, neque ob peccati sitim sternitur pronus, sed manu, vel lingua, id est, opere, & verbo operatur, seu aquam lambit, instar *canis*, qui super omnia cætera animalia amorem dicitur proprii Domini servare, nec tempore injuriis obliterari in eo fertur affectus. *Trecenti* electi perfectæ Trinitatis numerum ferunt, sub quo omnis Christi censetur exercitus. Hi electi milites Dei cum *lampadibus* pugnant, luce operum refulgentes. *Matth.* 5. *v.* 16. Buccina cornea canunt in eo, quod multiplicem scientiam Christi, & crucis ejus, quæ in cornu designatur, differunt Sacramenta. . . . Præcedat ergo & nos hoc bello operum lux, scientiæ virtus, divini Verbi prædicatio. Pugnemus & nos in hymnis, & Psalmis, & canticis spiritualibus concinentes, & clamantes ad Deum, ut ab ipso victoriam consequi mereamur in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

tismum electi milites.

n. 2.



ORIGENIS EXEGETICA
IN
LIBROS REGUM.

§. I.

Monitum.

Unicam hodie habemus Origenis homiliam latine in initium libri primi Regum, cujus interpretem Rufinum esse Huetius suspicatur. Rivetus vero *Crit. sac. l.* 2. eam perperam Origeni abjudicat, ex eo, quod Alexandri Papæ jam dudum defuncti, tamquam eo adhuc tempore viventis mentio occurrat. Sed cogitare debuisset, quod Origenes ibi Alexandrum Episcopum Jerosolymitanum intellexerit. Alteram Origenis homiliam in 1. Reg. cap. 28. de Engastrimytho e Codice Vaticano græce, & latine anno 1629 Lugduni edidit Leo Allatius, quæ stylum genuinum Origenis ubique redolet. Præterea quatuor in primum, unam in secundum Regum, alteram prolixam in secundum librum Paralipomenon, & alias in Esdræ libros Origenis homilias Cassiodorus *Instit. c.* 6. *&* 7. commemorat, quæ omnia injuria temporum perierunt, præter paucula forte illa fragmenta, quæ Combefisius e catenis græcis collegit, & D. de la Rue *tom.* 2. *Op. Orig.* inseruit.



§. II.

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

De Helcbana, & Fenenna, Anna, & Samuele, Heli, & Ofni, & Finees.

1. „In eo agro, quem Deus plantat, non una „sola arborum species eſt, quæ tantum „dulcia ferat poma, ſed aliqua dulcia, aliqua „auſtera, ſuæ tamen unumquodque utilitatis. „Nolite ergo in nobis illud requirere, quod in „Papa Alexandro (*Jeroſolymorum Epiſcopo*) „habetis; fatemur enim, quod omnes nos ſu„perat in gratia lenitatis. . . . In fructibus „quidem confitemur nos habere aliquid ama„ritudinis in ſapore, aut forte quod videtur „magis, quam ſit amarum; quia ſermo cor„reptionis amarus quidem videtur eſſe, dum „corripit, dulcis autem efficitur, cum emendat.

Prædicator lenitate, & ſeveritate uti debet. n. 1.

2. „Hiſtoria igitur nobis recitata eſt ex „primo libro regnorum de Helcana, & Fen„nena, Anna, & Samuele, Heli, & Ofni, „& Finees. 1. *Reg.* 1. *v.* 1. *ſqq.* *Erat*, inquit, „*vir unus de Ramatha de monte Effraim.* Non „me latet, quod in aliquibus exemplaribus „habetur: *Erat vir quidam:* ſed in his exem„plaribus, quæ emendatiora probavimus, ita „habetur: *Erat vir unus*, in quo nobis etiam „Hebræi acquieſcunt. Erat ergo vir unus. „Vide, ſi non hoc ipſum pertinet ad laudem „juſti. Nos, qui adhuc peccatores ſumus, „non poſſumus iſtum titulum laudis acquirere,

Juſtus ſemper idem. n. 4.

 „quia

„quia unusquisque nostrum non est unus, sed „multi; intuere namque alicujus vultum, „nunc irati, nunc tristis, nunc gaudentis, ite„rum turbati, & rursum lenis &c. Vides, „quomodo non est unus, sed tot in eo personæ „videntur esse, quot mores: quia *insipiens sicut* „*luna mutatur*, *Eccli*. 27. *v*. 12. . . . De justis „autem non solum per singulos unus dicitur, „verum & omnes competenter unus dicuntur: „quorum cor, & anima una esse describitur, „unam semper omnes sapientiam meditantur, „unum sapiunt, unum Deum venerantur, „unum Dominum Jesum Christum confitentur, „uno Spiritu Dei replentur: unde merito non „solum unum, séd unus dicuntur. Vere enim „justus imitatur unum Dominum, qui num„quam mutatur, *sed semper idem ipse est*. *Ps*. „102. *v*. 28. . . . Sed invenire possumus & „aliam unitatem, si ita mortificavero membra „mea, si non sit alia lex in membris meis, quæ „repugnet legi mentis meæ, & captivum me „ducat in legem peccati, si omnia, quæ in„tra me sunt, una, atque eadem sententia „moveantur, tunc ero & ego vir unus.

Gratia, & conversio justitiam pariunt, n. 5.

3. „Hic igitur laudabilis vir erat *de mon*„*te Effraim*. Ergo justus non de vallibus, „nec de ullis inferioribus locis, sed de mon„te *Effraim*, id est, *fructifero est*. Sed & no„men hujus justi est *Helchana*, quod inter„pretatur *possessio Dei*; quia ille, qui unus est, „possessio Dei est, & non possessio dæmonum, „qui multi sunt. . . . Iste ergo vir habuit „duas uxores, nomen uni *Anna*, & nomen

„se-

„ſecundæ *Fenenna*. . . . Poſt plurimos autem
„partus Fenennæ & Annæ vulva orationi-
„bus aperitur, & efficitur & ipſa mater filii
„ejus, quem obtulit Deo. Quid ergo hæc in
„ſe Sacramenti contineant? *Fenenna* inter-
„pretatur *converſio*, *Anna* autem interpretatur
„*gratia*. Unusquisque ergo noſtrum, qui vult
„effici poſſeſſio Dei, iſtas ſibi duas jungat
„uxores. Primam ſibi jungat, quæ nobilior,
„& generoſior eſt, gratiam: hæc nobis per
„fidem prima jungitur. *Eph*. 2. *v*. 8. Secun-
„dæ vero conjungatur Fenennæ, id eſt, con-
„verſioni; quia poſt gratiam credulitatis emen-
„datio fit morum, & vitæ converſio. Sed
„cum iſte ſit ordo nuptiarum, alius ordo pro-
„creationis efficitur. Prima namque nobis pa-
„rit filios Fenenna, quia prima juſtitiæ ger-
„mina de actibus, & operibus, ſeu conver-
„ſione procreamus; primum namque juſtitiæ
„opus eſt converti a peccatis, ſine quo de
„Anna, ſeu gratia non poterimus filios ge-
„nerare. Filios ergo habet Fenenna, ſed qui
„non aſſiſtunt Deo, nec tamen inanes, & pe-
„nitus alieni ſunt a rebus Dei; accipiunt nam-
„que partes de Sacrificiis divinis, & edunt
„de hoſtiis Dei. Poſtea autem excitata An-
„na in nobis precem fundit ad Deum, & fi-
„lium gratiæ generat, qui Deo vacat, & Ver-
„bo Dei, ſcilicet *Samuelem*, qui interpretatur
„*ibi ipſe Deus*; ubi enim ſpiritus gratiæ, ibi
„ipſe dicitur eſſe Deus. Sed iſte talis nobis
„filius non poteſt naſci, niſi præceſſerint prius
„filii Fenennæ; niſi enim præcedant opera
„converſionis, non meremur gratiam Spiri-
 „tus,

„tus, nec ex ipsa possumus donum Spiritus „generare.

Ad Deum terrenis abjectis accedendum. n. 6.

4. „Videamus autem, ad quem locum con„veniebat Helchana cum uxoribus suis: *immo„lare*, inquit, *Domino in Silo*, quod interpre„tatur *avulsio*, seu *excalceatio;* locus enim, in „quo peccata purgantur, recte avulsio nomina„tur, ubi avellitur cor lapideum, & inseritur „cor carneum: vel excalceatio, quia omnes, „donec ad locum sanctum veniamus, excal„ceati sumus, id est, mortalitatis indicio con„stricti, cum autem pervenerimus ad eum, „discalceri jubemur, id est, mortalitatis indi„cia abjicere, quæ in calceamentis pelliceis „designantur. Talis etiam est locus, ubi Heli „pro peccato retrorsum corruens expiravit: „sed & nunc siquis retrorsum corruit, si quis „retro convertitur a fide, & veritate, necesse „est, ut cadat, & continuo moriatur.... Do„minus enim, & Salvator noster in Evange„lio *Nemo*, inquit, *mittens manum suam in „aratrum, & retro respiciens, aptus est regno „Dei. Luc.* 9. *v.* 62. Et alibi: *Memores estote „uxoris Loth. Gen.* 19. *Luc.* 17, *v.* 32. Opti„mum igitur est, oblivisci priora, & præteri„ta, ut ne comprehendat nos *Opisthotonus in„sanabilis languor Deut.* 28. (*scilicet tergi ægri„tudo*) neque cadamus retrorsum sicut Heli, „& moriamur.

Osni, & Finees malos Sa-

5. „*Ibi autem erant duo filii Heli.* Heli in„terpretatur *Arabs*, sive *extrarius*. Extrarius „quippe a Deo est, qui non tenet disciplinam,

„qui

„qui delinquentem filium non castigat. Iste *cerdotes denotant. n. 7.*
„est Heli, qui propter hæc punitur a Deo. Vi-
„deamus autem, qui sunt & filii ejus. *Ofni*,
„inquit, *& Finees.* Interpretatur autem Ofni,
„*excessus conversionis*: hic autem, qui excedit
„a conversione, nec converti vult ad Domi-
„num, propterea impius permanet, & de ipso
„dicimus, quia sit Ofni, & excedens a con-
„versione. Sed & alius ejus filius dicitur *Fi-*
„*nees*, id est, *oris obturatio*, vel *ori parcens:*
„peccator ergo, & qui duritiam non habet, ad
„loquendum obturatum habet os: justus vero
„parcit ori suo. Sunt ergo hodieque Sacerdo-
„tes, qui parcunt ori suo, & omnis sermo ma-
„lus nequaquam de eorum ore procedit, & isti
„merito Finees, illi Aaron filio comparantur.
„Sunt autem aliqui & secundum istum Fineem
„Heli filium Sacerdotes, qui obturatum os
„habent, sive imperitiæ vitio, sive conscientia
„peccatorum. Sed hoc est, quod deprecor,
„ut, si quis est in sacerdotalem ordinem ad-
„scitus, satis agat, eruditioni, & emendationi
„operam dare, ne forte inveniatur ex istis Sa-
„cerdotibus, qui & reprobantur, & puniuntur
„a Deo.

6. „Sed tempus est jam de oratione An- *Ad Sacerdotium parvuli, & imperfecti non assumendi. n. 8.*
„næ, quam profudit offerens Deo Samuelem,
„quem a lacte depulerat, pauca memorare....
„Igitur qui a lacte nondum depellitur, sed par-
„vulus est sensibus, & expers sermonis justi-
„tiæ, non potest ascendere ad templum Do-
„mini, non potest ascendere ad ministeria Sa-
„cerdotum: sed ne mater quidem ejus ascen-
„dit, cum possit ascendere; gratia est enim
„ma-

„mater ejus Anna, quæ servat, & enutri „eum, ut tempore opportuno pariter cum ipsa „ascendat. Quæ cum viderit ipsi adesse tem„pus, ut jam recedens a lacte solidis, & „fortioribus cibis utatur, ut possit & Sacer„dotibus interesse, & de altaris edere sacri„ficiis, tunc eum Deo consecrat. Oportet „ergo, talem esse hunc, qui offertur Deo, „ut habitet in Sanctis, & qui possit vesci „carnibus sanctis. *Num.* 11. *v.* 18.

Justus sine intermissione orat. *n.* 9.

7. „*Et oravit Anna, & dixit &c.* nusquam „eam quasi ad Deum orantem invenio, nisi „per duo tantum verba 1. *Reg.* 2. *v.* 1. 2. *la„tata sum in salutari tuo. Et: non est præter te.* „Initium autem sic habet: *Exultavit cor meum* „*in Domino:* non dixit in te; si enim esset „oratio, ita dici consequens erat. . . . In „novissimis autem etiam commonitiones quas„dam introducit, dicens: *Nolite multiplicare* „*loqui mala &c.*, in quo nec videtur jam ad „Dominum loqui. Quid ergo dicemus de his? „Videamus ergo, ne forte omnes actus ejus, „qui in divino versatur officio, & omnia ge„sta, vel dicta, quæ secundum Deum gerit, „& dicit, ad orationem reportentur. . . . Si „enim omnis talis actus justi oratio reputa„tur, quia justus sine intermissione, quæ ju„sta sunt, agit, per hoc secundum Apostoli „præceptum sine intermissione justus orabit, „nisi justus esse desistat.

Explicatio cantici Annæ.

8. „Videamus ergo, quid sibi vult ratio „ista orationis Annæ: *Exultavit*, inquit, *cor*

„meum

„*meum in Domino.* Eſt enim exultatio, quæ n. 10.
„non eſt in Domino; poteſt enim quis gau-
„dere in carnalibus, in invento theſauro, in
„laude humana &c., non eſt hoc gaudere in
„Domino: ſi vero gaudeam, quoniam dignus
„habitus ſum, pro nomine Domini injuriam
„pati, in languoribus, in perſecutionibus, in
„anguſtiis, ſi hæc omnia lætus excipiam,
„iſtud gaudium in Domino eſt.... Ideo pro
„his omnibus dicamus: *Exultavit cor meum in*
„*Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo*
„*meo.* Oportet ergo nos habere cornua, quæ
„juſtis de cauſis apicibus Chriſti crucis con-
„feruntur, ut in his deſtruamus adverſarias
„virtutes de anima noſtra. Porro ſi idoneus
„fuero, & fortis in verbo effectus, ita ut non
„anguſtis aſſertionibus, ſed dilatatis confu-
„tare poſſim omnem ſcientiam extollentem
„ſe adverſus fidem Chriſti, vel cum perfi-
„diam arguens Judæorum ex lege, & Pro-
„phetis depromtam, potero redarguere veri-
„tatis inimicos, tunc digne ego etiam poſſum
„dicere: *Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos*
„*meos*. . . . Oportet ergo nos primo os no-
„ſtrum dilatare per meditationem Verbi di-
„vini, ut impleat illud Deus, & poſſimus eo
„usque proficere, ut a dilatatione oris etiam
„ad cordis dilatationem veniamus; ex lati-
„tudine enim cordis abundantia ori ſapienti
„miniſtratur.

9. „*Non eſt Sanctus ſicut Dominus*, quia
„ille largitor ſanctitatis eſt. *Et non eſt præ-*
„*ter te*, id eſt, tu ſolus es, cui, quod es, a
„nullo

„nullo datum eſt; nos enim omnes, & uni-
„verſa creatura non eramus, antequam crea-
„remur, & ideo quod ſumus, voluntas eſt
„Creatoris. . . . *Nolite multiplicare loqui ex-
„celſa*, non ut omnino non quæras, ſed ne de
„his multiplices quæſtiones, ſufficiat tibi ea
„de excelſis vel inquiſiſſe, vel proloqui, quæ
„vitam tribuant. . . . *Non exeat magniloquium
„de ore veſtro*, quoniam exterminat Dominus
„linguam magniloquam. . . . *Et non emenda-
„verunt excuſantes.* Invenimus tales eſſe pec-
„catores accuſantes omnia magis, quam ſe-
„metipſos, & occaſiones ſibimet excuſationum
„fingentes, cum dicunt: Zabulus me ſupplan-
„tavit &c., ut peccarem, cum utique oporte-
„ret meminiſſe præcepti: *dic tu peccata tua
„prior, ut juſtificeris. Iſ.* 43. *v.* 26. Non enim
„emendant excuſationes, neque hic, neque in
„futuro, ſi male fecerimus. . . . Cum autem
„quis pœnituerit a delictis, tunc juſtus effici-
„tur, & non alterius, ſed ſui accuſator exi-
„ſtit. . . . *Arcus potentium infirmatus eſt;* ſi
„enim tu indutus ſis armis Dei, *Eph.* 6. arcus
„contra te potentium poteſtatum adverſarum
„pro munimentis talibus infirmabitur. . . . *Et
„infirmi accincti ſunt fortitudine.* Fortitudo hæc
„ipſe Chriſtus Dominus, qua accincti ſumus
„nos, qui eramus aliquando alieni a teſtamen-
„to Dei, & ſine Deo in hoc mundo. *Eſurien-
„tes dereliquerunt, usquequo ſterilis peperit ſeptem,
„& fæcunda in filiis infirmata eſt.* Fœcunda in
„propagine erat caro mea habens plurimos
„carnis fructus, fornicationem, idololatriam,
„veneficia &c., hæc erant carnis noſtræ nu-
„mero-

„merosæ progenies. Sed cum venimus ad fi-
„dem crucis Christi, & mortificationem Jesu
„cæpimus circumferre in corpore nostro, tunc
„fœcunditas probrosæ hujus generationis ex-
„clusa est, & hoc modo fœcunda in filiis in-
„firmata est; & sterilis anima mea meruit gra-
„tiam Spiritus sancti. Et *replevit eum spiritus*
„*sapientiæ, & intellectus &c.* *Is.* 11. *v.* 2. *sqq.*....
„Nam *Dominus mortificat*, cum me mortuum
„facit esse peccato: & meipsum *vivificat*, cum
„me facit vivere Deo, ut ultra non vivam pec-
„cato, sed Deo, qui me a mortuis suscitavit,
„ut in novitate vitæ ambulem in Christo Jesu
„Domino nostro, cui est gloria, & imperium
„in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia II.

De Engastrimytho.

1. „Lecta est celebris historia de ventriloqua, „& Samuele. 1. *Reg.* 28. *v.* 8. *sqq.* . . . „Scimus ex nostris fratribus nonnullos adver„satos Scripturæ dixisse: ventriloquæ non cre„do: narrat se Samuelem vidisse; mentitur: „Samuel non est evocatus, non loquitur, sed „quemadmodum Pseudo-Prophetarum aliqui „fatentur: *Hæc dicit Dominus*, sic & dæmo„nium hoc mentitur, dum ad Saulis volunta„tem pollicetur educere. Num Samuel apud „inferos? Samuel a ventriloqua educitur Pro„phetarum eximius, quem adhuc puerum Deus „est allocutus &c. Quare non & Abraham, & „Isaac, & Jacob, Moyses, & omnes Prophetæ „apud inferos? Talia quidem dicet, qui Sa„mue-

Argumenta eorum, qui Samuelem evocatum negant.

„muelem revera eductum esse propugnare non „vult.

Samuel revera evocatus est.

2. „Verum videamus, utrum recte Scriptu„ras perceperit, qui id non admittit, vel pug„nantia dicat illis, quae scripta sunt. Cujus„nam enim est persona illa, quae dicit: *Di„xit mulier?* annon persona Spiritus sanctus? „a quo divinas litteras scriptas esse credimus. „Dicit igitur Spiritus sanctus. *Et dixit mu„lier, quem educam tibi? & dixit: Samuelem edue „mihi.... Et vidit mulier Samuelem &c.* Fatetur „eam vidisse, & vestem sacerdotalem. Novi „oppositum dicere: ipse Satanas transformat „se in Angelum lucis. Sed scriptum est, Sau„lem cognovisse, illum fuisse Samuelem: *& „procubuit in faciem suam super terram, & ado„ravit &c. v.* 14. *sqq.* Deinde daemonium de „Israelitico regno vaticinari non potuit, quod „a Deo decretum erat; nec Saulem cras e „vita migraturum, & filios illius una cum „eo. His ergo confirmatur verum esse, in „vitam evocatum fuisse Samuelem.

Respondetur ad argumenta contraria.

3. Ad argumenta adversariorum respondet Origenes. „Qui primae sententiae est, di„cit 1) non est Samuel, daemon mentitur: „cum tamen ipsa Scriptura mentiri non pos„sit, verba vero Scripturae non a daemone, „sed ab illius auctore sunt prolata: & vidit „mulier Samuelem: & dixit Saul, quae lo„cutus fuerat Samuel. 2) Quaerunt primae „sententiae auctores: Samuel apud inferos?

Descensus Christi ad inferos.

„Sed respondeant ad interrogata. Quis major

„Sa-

„Samuel, & Prophetæ, an Jesus Christus? „Sane hic nemo eorum, qui vel una vice tan„tum scire potuit, Jesum Christum esse, qui a „Prophetis prænuntiatus est, audebit dicere, „Christum non esse majorem Prophetis. Chri„stusne ergo apud inferos? Nonne illuc per„venit? Nonne verum est, quod in Psalmis „dicitur, & ab Apostolis in Actibus interpre„tatur *Act.* 2. *v.* 31. Salvatorem ad inferos „descendisse, quod in *Psalmo* 15. *v.* 10. legitur. „Siquis vero respondebit, quid acturus erat „Christus apud inferos? dicimus: descendit „ad illa loca non tamquam servus eorum, qui „ibi erant, sed tamquam Dominus decertatu„rus. . . . Quid absurdi est, principem medi„corum ad ægrotantes descendere. . . . Ne „mireris: Christus in infernum descendit, & „ante eum Prophetæ. . . . Et Joannes sane, „quo major inter natos mulierum, Christo ipso „teste, nemo non fuit. *Matth.* 11. *v.* 11. . . . „Descendit ad inferos prænuntians Dominum, „ut illum descensurum prædiceret. . . . Fal„sum enim est, uti nonnulli asseverarunt, Jo„annem non novisse Christum; nam sciebat il„lum, cui, antequam nasceretur, exultans in „utero testimonium perhibuit. . . . Si ergo „omnes, qui ante Christum in infernum de„scenderunt, præcursores Christi, atque Pro„phetæ fuere, pari ratione & Samuel eo de„scendit non simpliciter, sed ut Sanctus, ubi, „si est Sanctus, Sanctus omnino est. Annon „Christus Sanctus erat, licet aliquando apud „inferos fuerit? . . . Exspectabant igitur Do„mini mei Jesu Christi adventum & Patriar-

„chæ, & Prophetæ, & omnes, ut ſic viam „aperiret: *Ego ſum via, ego ſum porta.* Ideo „Beati illic permanebant ſe præparantes, & „cum non poſſent eo accedere, ubi erat lig„num vitæ, paradiſus Dei, & Deus agricola, „ubi Beati, & Electi, & Sancti Dei. Nullum „ergo in hoc loco offendiculum eſt, ſed omnia „mira quadam vi ſcripta ſunt, intelliguntur que „ab iis, quibus Deus revelat. Nos porro, qui „in ſæculorum conſummatione advenimus, „habemus quid eximium ultra cæteros. Si „enim ex hac vita exceſſerimus boni, & pro„bi, non una nobiscum peccatorum ſarcinis „conductis, pertranſibimus flammeum gladium, „nec in locum illum, in quo, qui ante adven„ventum ejus quieverant, Chriſtum exſpecta„bant, deveniemus. Pertranſibimus nullo no„bis a flammeo illo gladio damno illato. „Uniuscujusque vero quale opus ſit, ignis ipſe „probabit: *Si alicujus opus combuſtum fuerit, „damnum contrahet, ipſe vero ſalvabitur ſic quaſi „per ignem.* Pertranſibimus ergo. Habemus „item ultra & aliud eximium, non poſſumus, „ſi recte vixerimus, male diſcedere. Hoc non „dicebant antiqui, non Patriarchæ, non Pro„phetæ: nonne id nos effari poſſumus; ſi be„ne vixerimus, melius & diſſolvemur, eri„musque cum Chriſto? Propterea, cum ultra „cæteros id habeamus, nec leve ſit emolumen„tum, cum in fine ſæculorum devenerimus, „primi denarium accipiemus; nam audi para„bolam: *Incipiens dabat denarium ab ultimis. „At primi exiſtimabant, ſe majus quidpiam habi„turos. Matth. 20. v. 8.* Tu ergo primus, qui

Chriſtiani mox ab obitu boni beati.

Purgatorium.
1. *Cor.* 3.

„ulti-

„ultimus venisti, mercedem a Patrefamilias „accipis in Christo Jesu Domino nostro, cui „est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN PSALMOS.

§. I.

Monitum.

Homilias in Jobum Origenem edidisse testatur S. Hieronymus *ep.* 36. *ad Vigilant.* erum ex his nihil hodie superest. Quæ auem fragmenta Græca exhibent catenæ manu:riptæ, an ex homiliis, vel aliis operibus Orieais excerpta fuerint, imo an ipsum Origeem parentem habeant, certis argumentis robari nequit. Videri possunt *tom.* 2. *Op.*)*rig. Edit. D. de la Rue*, ubi etiam exhibetur ınonymi Commentarius in Job, quem falso)rigeni adscribi invictis argumentis ostendit luetius *in Append. l.* 3. *Orig. n.* 2. Omnium 'salmorum explanationem Origenem etiam ·liquisse ex S. Hieronymo, Eusebio &c. proıt prælaudatus D. de la Rue. Verum ex his ihil indubitati ad nos pervenit præter quinıe homilias in Psalmum 36. duas in 37. & uas in 38. quas ex interpretatione Rufini abemus. Fragmenta autem plurima in Cates Græcis reperiuntur, & in *tom.* 2. *Op. Orig.*

habentur, quæ certi & indubitati fœtus Origenis demonſtrari vix poſſunt.

§. II.
ANALYSIS.

Homilia I.
In Pſalmum trigeſimum ſextum.

Pravum ſcandalum nec dandum; nec accipiendum. n. 1.

1. „Incipientes explanationem trigeſimi ſexti „Pſalmi, invenimus, quod totus Pſalmus iſte moralis eſt, & velut medicina quædam humanæ animæ datus, cum peccata „noſtra arguit, & edocet nos ſecundum legem „vivere. *Noli*, inquit, *æmulari inter malignantes &c. v.* 1. Secundum ſimplicem quidem litteræ intellectum non æmulari inter „malignantes hoc videtur indicari, ne inter „malos, & peſſimos homines quis malitiæ „dux & auctor exiſtat: æmulari vero eos, qui „faciunt iniquitatem, illud eſt, ſi imitetur „quis, & diſcat agere inique. . . . Quia vero æmulari aliquem etiam irritare eum eſt, „& provocare, nos etiam edocet, ut quoniam „genus hominum proclive eſt ad zelotypiam, „obſerva, ne id agas, quod malos homines „in æmulationem tui irritet, & ad inſidiandum tibi concitet, vel ad odium tui excitet; „& hoc eſt totum, quod ſignificatur in his „omnibus, ut neque provoces ipſe mali æmulationem adverſum te, neque tu malitiam „æmuleris alienam, v. g. ſiquis ſit per iniquitatem dives factus, ſi vicinus ejus egens incipiat æmulari, ut ſimiliter etiam ipſe ex

„ini-

„iniquitate ditescat, hoc est æmulari facientes „iniquitatem: & sic de furto, ambitione, & „cæteris.

2. „Sed vide, quid sequatur: *sicut fœnum*, „inquit, *cito arescent &c.* vis etiam per singula „videre, quomodo flos fœni sit carnis gloria? „vide, quis imperavit ante hos triginta annos, „continuo autem, sicut flos fœni emarcuit, „tunc deinde alius post ipsum, deinde alius „atque alius, & omnis eorum gloria tam„quàm flos emarcuit, quorum siquis vana stu„dia existimat æmulanda, eat nunc ad cada„verum eorum reliquias, si tamen vel ipsæ „inveniri queant, & tunc inveniet, quomodo „omnis caro fœnum est: qui autem non dili„git flosculos carnis, sed diligit verbum Dei, „manet in æternum. *Vanitas rerum temporalium.* *n. 2.*

3. „Post hæc dicit, quid facere debeamus. „*Spera*, inquit, *in Domino*, *& fac bonitatem.* „*v.* 3. Scilicet fructus Spiritus S. charitatem, „gaudium, pacem, patientiam, bonitatem, „justitiam. *Gal.* 5. *& inhabita terram*, *& pasce*„*ris in divitiis ejus.* Scilicet terram, de qua „scriptum est, quia semen cecidit super ter„ram bonam, quæ attulit fructum, in qua „nunc terra cor auditoris significari videtur... „Hoc est ergo, animæ tuæ semper assiste, ibi „semper permane, & excole terram tuam, ut „cum abundare cæperis justitiæ fructibus, „tunc pascaris in divitiis ejus, de spiritu me„tens vitam æternam. *Bonorum operum fructus faciendi.* *n. 3.*

Vera animæ deliciæ.
v. 4.

4. „*Delectare in Domino, & dabit tibi peti-*
„*tiones cordis tui. v. 4.* Sicut secundum exte-
„riorem hominem possibile est, non solum ci-
„bis uti, verum & deliciis perfrui, ita & inte-
„rior homo, qui audit verba ea solummodo,
„quæ se invitent ad timorem Dei, iste cibum
„tantummodo capit ex hujuscemodi verbo;
„qui vero dederit operam ad intelligendam le-
„gem, ad perscrutandos Prophetas, ad solu-
„tiones parabolarum Evangelii &c. iste deli-
„ciis fruitur; non enim ad hoc solum, quod
„ei ad vitam sufficit, cibo utitur mandatorum,
„sed in omni agnitione scientiæ delectatur....
„Quodsi adhuc plenius intueri vis, quomodo
„quis delicietur in Domino, perspice, quod
„Dominus veritas est, & sapientia est, & ju-
„stitia est, & sanctificatio est. Si ergo abun-
„daveris in divitiis veritatis, in intellectu sa-
„pientiæ, si copiosus fueris in actibus justi-
„tiæ, tunc plene & integre deliciaris in Do-
„mino, *& dabit tibi Dominus petitiones cordis*
„*tui*. . . Quippe secundum sui naturam cor
„sine dubio intelligentiam poscit: sicut oculus
„visum, ita cor intellectum requirit; sicut au-
„ris suavem sonum cupit, ita cor sapientibus
„sensibus delectatur: sicut gustus dulci sapore,
„ita cor prudentibus cogitationibus gaudet;
„sicut odoratus suavitate fragrantiæ, ita cor
„rationabilibus studiis lætatur: sicut tactus
„lenibus ac mollibus, ita cor utilibus ac op-
„timis consiliis delectatur.

Confessio peccatorum.
v. 5.

5. „Post hæc dicit; *Revela Domino viam*
„*tuam, & spera in eum, & ipse faciet, v. 5.* Si
„ergo

„ergo malorum tibi conscius aliquorum fue-
„ris, noli occultare, sed per exomologesim,
„id est, confessionem revela ea domino, &
„spera in eum, quod possis ab eo veniam pro-
„mereri, & ipse sanum te faciet. Et *producet* n. 6.
„*sicut lumen justitiam tuam. v. 6*: quam tu egisti
„in occulto, & revelasti eam soli Deo, hanc
„producet sicut lumen Deus, ut Pater, qui
„videt in occulto, reddat palam in tempore
„suo. Et *judicium tuum sicut meridies*; id est,
„in judicio, cum causa tua discutitur, justi-
„tiam causæ tuæ, & judicium, quod & dijudi-
„cat, velut meridiem faciet manifestum. Quæ
„scientes ita futura, deprecemur misericor-
„diam Dei, ut concedat nobis tales fieri, qui
„digni habeamur, quorum Deus ipse lucem
„justitiæ producat in medium, & judicium
„nostrum sicut meridiem clarum, habens lucem
„veram in se ipsum Dominum nostrum, cui
„est gloria, & imperium in sæcula sæculorum.
„Amen.

Homilia II.

De eodem Psalmo.

1. „*Subditus esto Domino. Ps.* 36. *v.* 7. Do- *Quis sit*
„minus noster Jesus Christus justitia *subditus*
„est: nemo ergo injuste agens subjectus est *Deo.*
„Christo. Veritas est: nemo ergo mendax n. 1.
„sive in rebus, sive in doctrina Christo subje-
„ctus est. Sanctificatio est: nemo est subjectus
„sanctificationi, cum pollutus sit, & impu-
„rus. . . . Quodsi teipsum perscrutari vis, &
„videre, si jam subjectus es Deo, hoc modo
„teipsum discute. Si nihil est contrarium Deo

„in te, subjectus es ei: si vero odium, men„dacium, injustitia, & reliqua in te depre„henderis vitia, scito te tamdiu non Deo, sed „diabolo esse subjectum. . . . Propterea ergo „videntes, quia omnis vita nostra agonem „quemdam obedientiæ gerit, sive Christo, „sive his, qui contrarii sunt Christo, conemur „per orationis & eruditionis religiosam institu„tionem hoc agere, ne umquam diabolo vel „malitiæ ejus obedire inveniamur, sed omnis „actus noster, omnis sermo, atque omnis co„gitatio inveniatur in subjectione Christi. Et „licet, cum olim deliquimus, subjecti non fui„mus Deo, sed cum desivimus a delictis, „tunc initium subjectionis accepimus, & simul „fiduciam poscendi pro delictis prioribus ve„niam.

Cur justi in mundo tribulentur. n. 2.

2. „*Ne æmulatus fueris eum, qui prosperatur „in via sua, in homine faciente iniquitatem. v. 7.* „Frequenter, si videamus iniquum in prosperis „successibus, scandalizamur, atque in corde „nostro adversum divinam providentiam con„querimur, dicentes: quid prodest juste age„re? Ecce justi tribulantur, hic injustus feli„citer agit &c. Et ideo nobis mandati hujus „medela succurrit, ne æmulemur, id est, ir„ritemus Dominum adversum nos, sed reco„gitare debemus, quia præsens sæculum eo„rum est, quia futuræ beatitudinis non habent „spem, & ideo patienter feramus, illos per„cipere bona in vita sua, donec veniat & no„strum, ad quod invitati sumus in æternum: „impossibile enim est, & in præsenti sæculo „bona consequi, & in futuro.

3. „Post

3. „Poſt hæc commonet vitium, quo omnes pene turbamur, & rarus ita perfectus invenitur, qui careat hoc morbo: *deſine*, inquit, *ab ira*, *& derelinque indignationem*. *v.* 8. Iracundiæ durum & acutum vitium inflammat, & exagitat etiam eos, qui videntur eſſe ſapientes. *Prov.* 29. *v.* 8. Eſt ergo hoc peccatum etiam unum ex illis, quod ad ædificium deferet ligna, & neceſſe eſt, ut tamdiu permaneamus in igne, donec de nobis ligna iracundiæ conſummantur. Idcirco non ſatisfacias animis tuis, cum commotus fueris ad iracundiam, ſed deſine, derelinque, contemne. Quare ex hoc ſaltem incipiamus emendare nosmetipſos, & paulatim per continentiam & aſſiduam meditationem lenientes iracundiam, veniamus etiam in hoc, ut ultra non iraſcamur, nec indignationis commotione turbemur. *Ira mortificanda.* *n.* 3.

4. „*Quia*, *qui nequiter agunt*, *exterminabuntur*. *v.* 9. Apparet, quia nequitia alia eſt ſpecies mali præter cætera peccata; aliud eſt enim per ignorantiam mala agere, & vinci a malo; aliud eſt voluntate, & ſtudio mala facere, & hoc eſt nequitia. Et nunc ergo ait: *quia qui nequiter agunt*, *exterminabuntur*, *qui autem expectant Dominum*, *ipſi hæreditate poſſidebunt terram*, quam Salvator in Evangeliis repromittit manſuetis, *Matth.* 5. *v.* 4. & iis quidem, *qui expectant Dominum*, ſcilicet per patientiam. *Duplex ſpecies peccati.* *n.* 4.

5. „*Puſillum adhuc*, *& non erit peccator*. *v.* 10. puſillum adhuc profecto a præſenti tem- *Peccatoris interitus.* *n.* 5.

 „pore

„[illegible] usque ad consummationem sæculi esse „[illegible]: [illegible] peccator non erit „sed & [illegible], & non inveniet „Quis est [illegible] peccatoris, nisi ista „quæ [illegible] sine dubio ergo cum ipso „peccato, quæ præterit. etiam locus præte„riet peccatoris. Studeamus ergo nos facere „verba Dei, quæ non prætereunt, ne forte „& nos cum his, quæ prætereunt, intere„amus.

[illegible] n. 6.

6. „*Mansueti autem hæreditabunt terram.* v. 11 „quod etiam Christus nunc in Evangeliis dic„*Matth.* 5. v. 4. *Et delectabuntur in multitudine* „*pacis.* Multitudo autem pacis esse dicitur i„diebus Christi. *Ps.* 71. v. 7. Quicunque erg„desinit ab ira, non solum forinsecus, veru„& intrinsecus totus in pace est, & neque pro„vocanti se ad iracundiam cedit, neque ip„alterum ad iracundiam provocat, sed in se„metipso pacem habet, & in aliis, si qui fort„dissident, servat diligere mansuetudinem „quæ pacis custos est fidelissima, quæ cunct„moderatur.

Cur justi in mundo tribulentur. n. 2.

7. „*Observabit peccator justum, & fremet su*„*per eum dentibus suis.* v. 12. Sicut enim na„turaliter contraria sunt lux, & tenebræ, it„peccator, & justus; & si videris aliquand„odio haberi justum, non dubites dicere de eo „qui odit justum, quia peccator est: hic *frem*„*dentibus* super justum, cum comminatur e„cum furit adversum eum, cum silet voce, & „clamat furore, cum omne malum excogitat

„ad-

„adversum eum. Sed cum hæc facit, *Domi-„nus irridebit eum, quoniam prospicit, quod ve-„niat dies ejus*, v. 13. ille scilicet dies, cum „quæritur peccator, & non erit.

8. „*Gladium evaginaverunt peccatores.* v. 14. „Dum impudenter, & absque ullo verecudiæ „velamento iniquitates suas perpetrant, nec tamquam in vagina nequitiam suam recondunt, sed superbo spiritu velut gladium quemdam denudant. Similiter *intenderunt arcum suum*, scilicet sermonem venenatum, vulnerantem eum, qui non est armis Dei munitus; tunc enim verba iniquorum prævalent adversum nos, cum minus caute scuto fidei communimur. Tetenderunt ergo arcum suum, *ut dejiciant inopem, & pauperem;* pauper quippe sufferre non valet minas; ideo divites efficiamur in spiritualibus bonis, abjicientes divitias peccati, prospicientes non ea, quæ videntur, sed quæ non videntur; quæ enim videntur, divitiæ temporales sunt, quæ autem non videntur, æternæ sunt, & si in talibus divitiis ditescimus, vulnerari non pos-„sumus sagittis peccatorum; restinguentur „enim scuto fidei per Christum Dominum, & „Salvatorem nostrum, cui est gloria, & im-„perium in sæcula sæculorum. Amen. *Peccatorum impudentia. n. 8.*

Homilia III.

De eodem Psalmo.

1. „Cum superius dixisset v. 14. *tetenderunt ar-„cum suum, ut dejiciant inopem, & pau-„perem,* addidit; *ut trucident rectos corde.* Tru-„cidan- *Scandalosi bonos trucidant. n. 4.*

„cidantur autem hoc modo. Siquis ſimplici „mente, ac deſiderio veniat ad Eccleſiam, ut „proficiat, ut melior ſe fiat, iſte ſi videat nos, „qui multo jam tempore in fide ſtetimus, vel „non recte agentes, vel cum offendiculo lo„quentes, efficimur illi nos lapſus ad pecca„tum: cum autem peccaverit, trucidatus eſt, „quia omnis ab eo virtus vitalis abſcedit, & „requiritur ſanguis ejus a fratre. . . . Prop„terea ergo timeamus omnes, ne forte ſanguis „alicujus, qui ſcandalizatur, requiratur a „nobis.

Scandaloſus ſe ipſum trucidat. n. 5.

2. „Nunc autem videamus, quid ſit iſtis „peccatoribus, qui hæc faciunt. *Framea*, in„quit, *eorum intret in cor eorum, & arcus eo„rum conteratur. v.* 15. Framea genus teli eſt. „Sermones igitur iſti, quos inſpirante diabolo „peccatores proferunt adverſus juſtum, ut tru„cident rectos corde, revertentur in ipſos, & „demergetur gladius impiorum in cor eorum, „atque arcus eorum confringetur, dum Domi„nus de inſidiis eorum liberat juſtum.

Modicæ divitiæ, & ſanæ ſcientiæ multis meliores. n. 6.

3. „*Melius eſt modicum juſto ſuper divitias „peccatorum multas. v.* 16. In hoc mundo com„munem vitæ ſollicitudinem gerunt & juſti, & „injuſti, ut habeant, quæ ad victum neceſſa„ria ſunt: ſed juſti quidem non tam propenſi „ſunt erga ſollicitudinem victus, quam enixe „gerunt juſtitiæ curam, ita ut ipſe quæſtus eo„rum, qui quotidiano uſui neceſſarius eſt, „cum omni juſtitia fiat. Injuſti vero nihil cu„rant de juſtitia, ſed omnem curam in hoc „im-

„impendunt, quomodo acquirant: nec quæ„runt, ſi bene acquirant. Cum ergo unum „ex duobus fieri neceſſe ſit, melius eſt modi„cum cum juſtitia, quam multa acquirere cum „injuſtitia. Hæc ſecundum litteram. Videa„mus nunc, ſiquid etiam ſecreti contineat ſer„mo. Sunt diverſa ſtudia litterarum in hoc „mundo, Grammatices, Poetices, Rhetori„ces, Philoſophiæ &c., in quibus eruditi, „qui nihil de Dei voluntate cognoverunt, mul„tas quidem, ſed peccatorum divitias congre„gaverunt. Videas autem unum de Eccleſia „imperitum, ſed fide, ac timore Dei repletum, „qui in nullo nec minime audet delinquere; „melius eſt ergo hoc modicum fidei juſto ſuper „divitias peccatorum multas, quas habent in „eloquentia, & ſapientia hujus ſæculi, quæ „deſtruitur. Tamen ſi potuerit quis & divitias „habere, & non peccatorum habere divitias, „ſed congregare aliqua de theſauris Moyſi, & „Prophetarum, iſte jam non confertur ſapien„tibus hujus mundi, ut melior illis dicatur, „ſed illis magis exæquatur, qui dicebant, „*quia divites facti eſtis in omni verbo, & in omni* „*ſcientia.* 1. *Cor.* 1. *v.* 5. Si autem vis ſcire, „quid eſt divitem eſſe in omni verbo, breviter „te docebo. Incipe diſcutere a primo verbo „Geneſeos, inde in verbo Exodi &c., usque„quo pervenias ad Evangelicas, Apoſtolicas„que divitias. . . . Si ergo quis poterit no„vum, ac vetus teſtamentum pari ſtudio edi„ſcere, atque ex omni ejus eruditione inſtrui, „ita ut paratus ſit, reddere rationem de ſin„gulis quibusque, quæ ſcripta ſunt, & vitam „ſuam

„suam secundum verbum veritatis ejus, quæ
„in Scripturis continetur, aptare, iste dives est
„in omni verbo, & in omni opere bono.

Dominus Justorum adjutor. *n.* 7. 4. „*Quoniam brachia peccatorum conterentur.*
„*v.* 17. dum nimirum, uti diximus, omnis eo-
„rum intentio Domini fuerit virtute destructa.
„Vel cum diabolus boni operis studia vinctis,
„& contritis infidelium brachiis impedit....
n. 8. „*Suffulcit autem justos Dominus.* Qui infirmi
„sunt, & fragiles, opus habent suffultore:
„omnis autem homo, quantum ad humanam
„fragilitatem spectat, & infirmus est, & prom-
„ptus ad lapsum: si quando ergo per infirmita-
„tem casus aliquis imminet, deprecemur Domi-
„num, ut mittat nobis verbum suum, & sapien-
„tiam suam, quæ suffulciat casuros, & erigat.

Dies immaculatorum qui. *n.* 9. 5. „*Cognoscit Dominus dies immaculatorum.*
„*v.* 18. Unusquisque propriam sibi ipse facit
„diem; nam si abjicientes mendacium loquimur
„veritatem cum proximo nostro, si in dilectio-
„ne fratrum permanemus, si justitiam custo-
„dimus, & immaculatos nos custodimus ab
„hoc sæculo, immaculatorum nobis ipsis fa-
„cimus dies. Et isti sunt dies, quos Deus
„nosse dicitur. Possumus etiam dicere, quia
„dies mali sunt hujus sæculi: *Eph.* 5. *v.* 16.
„dies autem boni alii sunt, qui & ipsi im-
„maculatorum sunt, quos Dominus cogno-
„scit, in quibus *& hæreditas eorum in æternum*
„*erit:* tunc sine dubio, cum justi hæredita-
„tem capient vitæ æternæ, consequentes,
„*quæ oculus non vidit &c.* 1. *Cor.* 2. *v.* 9. quæ
„ipsi

‚*ipse Dominus erit eis lux sempiterna. Is.* 60.
‚*v.* 19.

6. „*Et non confundentur in tempore malo.* *Justi in judicio non confundentur n.* 10.
‚*v.* 19. Tempus malum hic tempus judicii
‚nominat propter multitudinem peccatorum,
‚& eorum, quos sæva tormenta suscipient...
‚Tunc ergo in tempore resurrectionis justi
‚non confundentur: quia nihil dignum con-
‚fusione in eorum actibus invenietur. Addit
‚autem: *Et in diebus famis saturabuntur*, cum
‚non sunt, qui verbum Dei loquuntur, sicut
‚& fames nunc est apud Judæos prædicta.
‚*Amos* 8. *v.* 11. *sqq.* Sed & in nobis metus
‚est ingens, ne forte etiam nobis immineat
‚fames, si nos efficiamur non auditores le-
‚git tantum, sed factores. . . . Sed me-
‚minisse debemus etiam historiæ antiquorum
‚de famis tempore, quomodo justus in tem-
‚pore famis saturatur. Sic Elias tempore
‚famis, quia justus erat, nesciebat famem.
‚3. *Reg.* 17. Potest etiam in hoc loco pro-
‚fundior sensus aperiri, scilicet, cum post hoc
‚sæculum peccatores supplicio affligentur, erit
‚sine dubio fames his, qui nullos fructus bo-
‚ni operis collegerunt. In illo autem famis
‚tempore saturabuntur justi ex fructibus ju-
‚stitiæ suæ: cum econtra *peccatores peribunt:*
‚*inimici autem Domini statim ut honorificati fue-*
‚*rint, & exaltati, deficientes ut fumus deficient.*
‚*v.* 20. Cum ergo videris illum provinciæ
‚fascibus tumidum, alium consulatibus ela-
‚tum &c. Considera, quia sicut fumus de-
‚ficient: recordare, quantos in his honoribus
„vide-

„videris, & vide, si non omnes pene dejecti
„sicut fumus defecerunt. Econtrario amici
„Domini, statim ut contempti fuerint, & ab
„hominibus humiliati, a Deo exaltabuntur.

Verbum Dei fœnerari debet v. 11.

7. „*Mutuabitur peccator, & non reddet, ju-*
„*stus autem miseretur, & commodat. v.* 21. Sci-
„licet cum docet Paulus, v. g. Paulus est,
„qui pecuniam fœnerat Dominicam: & siqui-
„dem justus sit, qui suscipiat ab eo pecuniam,
„reddet integrum fœnus. Si vero peccator
„est, suscepto Dei verbo non operatur ex eo
„opera mandati, & non reddit usuras, sed
„consumit omnia, quæ accepit in fœnus...
„Audis sermonem de castitate, amplecteris
„doctrinam, per hæc suscepisti pecuniam ca-
„stitatis; & siquidem peccator es, egressus
„Ecclesiam excipit te lascivia, temulentia,
„malefida colloquia, & effectus es peccator,
„qui mutuatus es verbum Dei, & non red-
„dis opera castitatis: & sic de cæteris. Non
„solum autem fœnerat justus, hoc est, non
„solum prædicat verbum, & docet imperitos,
„verum etiam *miseratur* infirmos; sequitur
„enim exemplum Domini dicentis: *misericor-*
„*diam malo, quam sacrificium. Matth.* 9. *v.* 13.

De justis male non loquendum. v. 12.

8. „*Quia, qui benedicunt eum*, Justum, *hæ-*
„*reditabunt terram*, ubi sunt bona, quæ vere
„bona sunt. *Qui autem maledicunt eum, ex-*
„*terminabuntur. v.* 22. Et vobis parum vide-
„tur, interdum male loqui de Sanctis, & di-
„cere de servis Dei, ille talis, & talis est,
„fingit, sæculum diligit, impostor est, non

„audis,

„audis, qui maledicunt justum, extermina-
„buntur? Si enim vere credimus illud: *qui*
„*uni ex minimis meis fecit, mihi fecit.* *Matth.* 25.
„*v.* 42. consequens est, ut & hoc dicat, qui
„maledicebatis mihi, detrahebatis de me &c.
„Propterea ergo contineamus linguam no-
„stram, & servos Domini admiremur, & be-
„nedicamus justos, & nunquam detrahamus
„de eis, & numquam aperiamus os nostrum
„ad male loquendum, ne forte exterminemur,
„sed benedicamus, ut & nos benedictionem
„consequamur per Christum Dominum nostrum,
„cui est gloria, & imperium in sæcula sæcu-
„lorum. Amen.

HOMILIA IV.

De eodem Psalmo.

I. „*A Domino gressus hominis diriguntur.* v. 23. *Via ad virtutem, & cælum a Deo dirigenda.* n. I.
„Unusquisque, qui iter agit ad virtu-
„tem, proficit in ambulando, ut paulatim per-
„veniat ad eam, & transit primum locum ma-
„litiæ, & lubrica, & prærupta vitiorum. Cum
„vero hæc evaserit semper in ea, quæ in an-
„tea sunt, se extendens, ita ut non offendat
„pedem suum, secundum quod in Exodo scri-
„ptum est, videre potest visionem magnam,
„quæ est scientia Trinitatis. . . . Ergo & tu,
„qui ad Christum tendis, digredere luxuriam,
„furta, falsa testimonia, avaritiam, tristitiam
„sæculi, ut visionem magnam Domini videre
„possis. Sed non sufficit homini volenti iter
„illud incedere sola propositi sui voluntas, nisi
„Dominus direxerit gressus ejus, quia frequen-

„ter accidit iter agentibus, quod iter rectum „tenere non possint, sed decidant in aliquos „errores, uti Philosophi, & hæretici ad dex„teram, vel sinistram declinantes, diabolo „gressus eorum dirigente. Nos ergo ingredia„mur viam mediam, quæ est Christus Domi„nus, quia in ipso ambulantium gressus Do„minus dirigit, *& viam ejus cupiet*, qui a Deo „dirigitur, Christum, & desiderabit semper „permanere in Christo.

Justus cito de lapsu surgit. n. 2.

2. „*Cum ceciderit, non conturbabitur.* v. 24. „Offendit ergo & justus in verbo, fortassis „etiam aliquando & in facto, sed scit emen„dare, scit corrigere, uti Petrus, & David, „non ergo prosternitur, non permanebit in „peccato, sed exiliet cito, *quia Dominus con„firmat manus ejus*, quia Domini semper auxi„lio indigemus, primo ne cadamus, tum de„inde etiam, si ceciderimus, ut resurgamus.

Necessitas gratiæ.

Justus in spiritualibus bonis non derelinquitur. n. 3.

3. „*Juvenis fui, & senui, & non vidi justum „derelictum, nec semen ejus quærens panem.* v. 25. „Dupliciter derelinquitur, qui derelinquitur, „in spiritualibus, & corporalibus. Porro justus „nequaquam dicitur derelinqui in spiritualibus „duntaxat bonis; in corporalibus enim vide, „quid justus dixit, in quibus etiam gloriatur: „*usque ad hanc*, inquit, *horam & esurimus, & „sitimus &c.* 1. *Cor.* 4. *v.* 11. Sed quoniam iste „talis non relinquebatur spiritu, dicebat: *prop„ter quod placeo mihi in infirmitatibus meis &c.* „2. *Cor.* 12. *v.* 10. . . . Sed nec semen justi, „id est discipulus justi, qui ab eo suscepto ver-

„bi

„bi Dei semine ad vitam generatur æternam, „quærit panem, habens in se semper panem ,illum, qui de cœlo descendit.

4. „*Tota die miseretur, & fœnerat. v.* 26. ,habens nimirum pecuniam ante se fœnerat ,necessitatem patientibus. Vel dicitur de Do- ,minica pecunia, quæ nummulariis præcipitur ,erogari de thesauris sapientiæ, & scientiæ ,Dei prolata, ut faciamus de quinque talentis ,decem, de duobus quatuor. . . . Sicut au- ,tem sunt pecuniæ juste, vel injuste congrega- ,tæ, ita sunt verba nec bene, nec juste con- ,gregata, ut hæreticorum verba sunt, & do- ,ctrina contra legem Dei congregata, quæ nos ,velut iniquam pecuniam refugere debemus; ,orate ergo, ut hæc nostra pecunia, quam ,vobis fœneramus, tota inveniatur ex justis ,laboribus, tota de dominica moneta proce- ,dens, ut & vos fœnus integrum consignetis, ,& nos non audiamus, quia *oportuit te pecu- ,niam meam dare nummulariis. Matth.* 25. *v.* 27. ,Justus ergo non solum semel, vel bis, sed to- ,ta die fœnerat, hoc est, toto vitæ suæ tem- ,pore fœnerans miseretur, unde *& semen ejus „in benedictione erit.*

Justus verbo Dei fœnerat. n. 4. n. 5.

5. „*Declina a malo, & fac bonum, & inha- ,bita in sæculum sæculi. v.* 27 Hæc, inquit, ,audiens fac, quod bonum est, & si ita ege- „ris, sicut edoctus es, habitatio tua erit æter- „na. . . . *Quia Dominus amat judicium, & „non derelinquet Sanctos suos. v.* 28. Sic ergo „apud Dominum nihil sine judicio fit, nihil

Omnia justo judicio fiant. n. 6. n. 7.

„sine ratione, ita & tu sciens, quoniam Do„minus amat judicium, age omnia justo judi„cio, & vero. *Injusti punientur, & semen im„piorum peribit: Justi autem hæreditabunt terram.*
„*v*. 29. Vide, quam magna Domini retribu„tio: pro labore triginta, aut quadraginta, „aut multum certe quinquaginta annorum re„cipit homo non solum sæculi hujus retributio„nem, sed in sæculum sæculi: si vero perma„neat quis in verbo Dei, & sapientiæ ejus ad„hæreat, atque in lucis æternitate persistat, „perveniet etiam in hoc, ut referat Deo glo„riam in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA V.

De eodem Psalmo.

Sapientiam omnes meditari debent.

n. 1.

1. „Os *justi meditabitur sapientiam. Ps.* 36. *v*. 30. „Revera enim non debet aliud quid„piam procedere de ore justi, nisi sapientia. „Unde & vos imperitiores meditamini, cum „justitiæ operibus etiam de ore vestro proferre „sermonem sapientiæ, quod ne difficile vobis „videatur, brevem vobis sapientiæ insinuabo „sermonem. Apostolus ait, quia Christus Dei „est sapientia. Si igitur Christum semper lo„quamini, si semper ejus verba meditemini, „si præcepta ejus in ore teneatis, digne os ve„strum meditabitur sapientiam; neque enim „hæc sola est sapientiæ meditatio, siquis do„cere potest, disputare, & contradicentes re„vincere; in alio namque hoc ipsum, quod „credit Dei sapientiæ, acquiescit sapientibus, „interrogat de sapientia, sapientia reputatur.

„Illud

„Illud solum observate fratres, ne quis vestrum „inveniatur odisse sapientiam, & adversari iis, „qui studium sapientiæ gerunt, & exercitia eo„rum verbositatem, imperitiam, & simplici„tatem v•cant. Optimus tamen & ille est, „qui sapientiam probat actibus. Certe si am„plius non possumus in sapientia proficere, „saltem illud observare non pigeat, in Psalmis, „& hymnis, & canticis spiritualibus, & in „oratione, vel honore Dei aperire os nostrum. „Quod autem dicitur: *meditabitur:* indicat fu„turæ hæreditatis spem; ultra enim non erit „aliquis imperitus in regno Dei. . . . Addi„tur: *Et lingua ejus loquetur judicium*: sive pro n. 2. „eo, quod omnia recto judicio, & cum deli„beratione, & consilio loquitur, & nihil per „iracundiam, nihil ut hominibus placeat, ni„hil ex tristitia, & metu: vel certe quod sem„per de futuro judicio loquitur justus, ut com„monens semper vel semetipsum, vel qui se „audiunt, de futuri judicii metu, de suppliciis „peccatorum, de repromissionibus Sanctorum. „Dicitur autem: *loquetur*, nimirum perfecte, si „pervenire poterimus ad illam perfectionem, „de qua dicit Apostolus: *Tunc autem facie ad* „*faciem*. 1. *Cor*. 13. *v*. 12. Cum cæperimus „agnoscere rationem singularum rerum, quæ „in hoc mundo gestæ sunt, vel geruntur.

2. „*Lex Dei ejus in corde ipsius*. *v*. 31. quia „lex, velut radix quædam in profundo cordis „posita, germinat verba, & actus justitiæ. . . . „Nos ergo, si ore nostro sapientiam medite„mur, & lingua nostra loquamur judicium, &

Lex Dei in corde justi. n. 3.

„lex Dei ſit in cordibus noſtris, adipiſcemur „illud, quod ſequitur: *& non ſupplantabuntur „greſſus ejus* per illum, qui obſervat calcaneum „noſtrum.

Peccator juſtum perſequitur. n. 4.

3. „Poſt hæc ait: *Conſiderat peccator ju„ſtum. v.* 32. Qui gravis eſt ei ad videndum, „& ideo conſiderat, ut morti eum tradat, „quod fecerunt ſine dubio adverſus Salvato„rem illi, qui Prophetas occiderunt, & Deum „crucifixerunt, & nos perſecuti ſunt etiam „nunc, & chriſtianum populum Dei conſide„rant, & morti tradere cupiunt, quod & po„teſt ſanctis Martyribus, & Confeſſoribus ap„tari. Sed ne ſecurum te reddat pacis tem„pore iſta expoſitio, memento, quia quotidia„num habet juſtus perſecutorem diabolum; „inſidiatur enim ſemper, & ſicut leo rugiens „circuit quærens, quem transvoret. Sed ſi „fide plenus es, & confidis in Domino, vi„de, quid repromittatur: *Dominus autem non „derelinquet eum in manibus ejus, nec damnabit „eum, cum judicabitur illi. v.* 33. Sive cum ju„dicatur juſtus a Deo, ſive cum ipſe Deus „judicatur cum juſto. Et ideo dicit: *exſpecta „Dominum*, ſi tribularis, *& cuſtodi viam ejus*, „nec declines ad dexteram, neque ad ſini„ſtram, *& exaltabit te, ut hæredites terram. „v.* 34. Niſi enim quis exaltetur in altum, „& efficiatur cœleſtis, non poteſt hæredita„tem terræ, quæ ſurſum eſt, conſequi. Et „*cum perierint peccatores, videbis.* Prius enim „peccatoribus ſupplicia decernuntur, quæ cum „viderint juſti, ipſi exaltabuntur in cœlum, „ut hæreditent terram.

4. „*Vidi*

4. „*Vidi impium* non ſolum exaltatum, ſed *Impiorum*
„*ſuperexaltatum, & elevatum ſuper cedros Liba-* *exaltatio*
„*ni. v.* 35. *Et tranſivi, & ecce non erat. v.* 36. *brevis.*
„Cum videmus extolli impios, tranſeamus & *n.* 5.
„nos mente ab his, quæ videntur, & tem-
„poralia ſunt, & transferamus ſenſum no-
„ſtrum ad ea, quæ non videntur, & æterna
„ſunt. Cogitemus temporalia hæc eſſe, &
„paucorum dierum, quæ videntur elata: in-
„tueamur judicii diem, & cernemus iſtum
„ſuperexaltatum omnino non eſſe; qui enim
„non eſt particeps illius, qui ſemper eſt (id
„eſt Dei) iſte neque eſſe dicitur.

5. „*Cuſtodi innocentiam, & vitæ æquitatem.* *Nemini*
„*v.* 37. In tantum corruptela morum profe- *nocendum*
„cit in hominibus, ut apud quam plurimos *n.* 6.
„innocentia pro ſtultitia judicetur: verum Scri-
„ptura ſummæ hoc virtutis judicat opus,
„quia innocentiam judicat illam, quæ nemini
„noceat, neminem lædat. Hoc autem obti-
„nemus, ſi ſemper intento animo videamus
„æquitatem, id eſt, veritatem, juſtitiam, vi-
„tam, quod Chriſtus eſt: *quoniam ſunt reliquiæ*
„*homini pacifico.* Reliquias dicere ſolemus,
„quæ ſupereſt pars corporis poſt ſpiritum ſe-
„paratum: cum ergo reſurrectionis tempore
„mortale hoc induerit immortalitatem, tunc
„erunt reliquiæ homini pacifico in pace, &
„in requie.

6. „*Iniqui autem exterminabuntur ſimul, re-* *Deus pro-*
„*liquiæ impiorum peribunt. v.* 38: Tunc cum *tector ju-*
„corpus, & animam perditum dabit in ge- *ſtorum.*
 n. 7.

„hennam is, qui habet poteſtatem. *Salus au-* „*tem juſtorum a Domino. v.* 39. Qui ſemper „manet, ſemper idem eſt, nec usquam poteſt „eſſe tutius ſalus hominis, quam apud Domi- „num. Ille mihi locus, domus, habitaculum „ſit. *Et Protector eſt in tempore tribulationis.* „*v.* 39. Cum per arctam viam incedimus, quæ „ducit ad vitam: *tunc & adjuvabit nos Domi-* „*nus, & eripiet nos, & auferet nos a peccatori-* „*bus*: ſcilicet a contrariis poteſtatibus, qui „venient ad unamquamque animam de hoc „mundo exeuntem, & requirent, ſi inveniant „in ea aliquid ſuum, uti avaritiam &c. & „non invenientes tentabunt nihilominus ad „ſuam partem violenter eam detorquere. . . . „Sed cauſa, qua eripiet juſtos ſuos Domi- „nus a peccatoribus, eſt, *quia ſperaverunt in* „*eum. v.* 40. . . . Solus enim ipſe eſt, qui „ſalvos facit ſperantes in ſe, per Chriſtum D. „N. cui eſt gloria, & poteſtas in ſæcula ſæ- „culorum. Amen.

Homilia I.

Super Pſalmum trigeſimum ſeptimum.

Redargutio & correptio pro peccato libenter acceptanda. n. 1.

1. „Sicut Deus corpori medicamenta præpa- „ravit ex herbis arte diſciplinaque „compoſitis, ita etiam animæ medicamenta „præparavit in his ſermonibus, quos per di- „vinas ſcripturas ſeminavit. . . . Hoc iſte „Pſalmus trigeſimus ſeptimus, qui nunc le- „ctus eſt, nobis oſtendit, ut ſi forte aliquan- „do prævenimur in delictis, qualiter nos ora- „re oporteat, & medico ſupplicare pro infir-

„mita-

,mitatibus nostris. . . . Primo enim nos do-
,cet hic Psalmus, quod convenit post pecca-
,tum confiteri peccatum, & in memoriam
,recordari delictum, ut per recordationem
,culpæ stimulatum cor pro delicto suo inte-
,rim refrænet ac revocet, nequid tale ultra
,committat: & propterea puto superscriptum
,esse ipsum Psalmum: *Psalmus David in recor-*
,*dationem*. . . . Qui ita incipit: *Domine, ne*
,*in furore tuo arguas me. Ps.* 37. *v.* 1. Argui
,est doloris pœna, & ita gravis est, ut etiam
,qui religiosi videntur, si forte in delicto ali-
,quo incurrerint & arguantur, indignentur
,adversus eos, qui arguunt, & oderint eos.
,Et hoc malum in causa fuit, ut etiam a
,priori populo odio haberentur Prophetæ,
,Elias Sectus, Zacharias inter templum & al-
,tare trucidatus, Jeremias in lacum cœni de-
,mersus, D. N. Jesus Christus in crucem
,actus sit. . . . Beati ergo sapientes, qui cum
,deliquerint, si arguuntur, non oderunt ar-
,guentes. *Prov.* 9. *v.* 8. Necesse est igitur
„eum, qui peccat, argui, sed quoniam gravis
„est nobis infirmioribus, quamvis sit utilis ista
„correptio, ferre eam sub omnium præsentia
„devitamus, imo ne duos quidem patimur
„adesse testes, sed culpamus arguentem, &
„dicimus: oportuerat te soli mihi dicere, quæ
„velis, & non sub multorum præsentia facere
„mihi ruborem. Dolemus, jactamur, effer-
„vescimus. Quodsi talis correptio est, qua
„ab hominibus, vel coram hominibus argui-
„mur, quid faciemus, si Deus nos arguat in
„furore? Si Episcopi arguentis iracundiam

 „ferre

„ferre non possumus, illum furorem Dei ar-
„guentem nos quomodo tolerabimus? Volens
„ergo Propheta, quasi homo pro delictis qui-
„dem argui, verens autem, ne in furore Do-
„mini argueretur, ait: *Domine, ne in furore*
„*tuo arguas me*: similiter autem dicit: *Neque*
„*in ira tua corripias me.* De correptione ge-
„neraliter docet Apostolus: *Omnis quidem cor-*
„*reptio ad præsens non videtur gaudii esse, sed*
„*mœroris, postea autem fructum pacatissimum his,*
„*qui per eam exercitati sunt, reddet justitiæ.*
„*Hebr.* 12. *v.* 11.„ id quod in puero a pæda-
gogo, filio a Patre, & omnibus ab Angelo
pœnitentiæ juxta libellum Pastoris, si tamen
recipiendus videtur, correptis Origenes pro-
bat, & ita concludit: „Intuere nunc, qualiter
„hæc Propheta prosequitur, cum dicit, etiamsi
„me corripis Deus, noli me in ira corripere.
„Sed nos nec corrigi volumus, nec pædago-
„gum patimur commonentem, neque actorum
„correptiones libenter suscipimus, & propter-
„ea ab ipsa ira Dei correptionem nobis indui
„necesse est.

Verbis Domini cor ad pœnitentiam velut sagittis configitur.

n. 3.

2. „Quare autem Propheta non vult, vel
„in furore Domini argui, vel in ira ejus cor-
„ripi: *Quoniam*, inquit, *sagittæ tuæ infixæ sunt*
„*mihi.* v. 3. Sermo Domini sagittis est similis.
„*If.* 49. *v.* 2. Qui ergo loquitur sermonem Do-
„mini, sagittas jaculatur; qui ergo ita susci-
„pit verba Domini, ut ex his cor suum con-
„figatur, & ad pœnitentiam suscitetur, cer-
„tum est, quod in ipso omnes illæ sermonum
„Dei defixæ sunt sagittæ. . . . Atque utinam
„om-

„omnes nos audiant compuncti, atque ad pœ-
„nitentiam conversi dicant ad doctorem; *quo-*
„*niam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*, & dum
„castigas nos verbo Dei, dum verberas, dum
„in interioribus nos conscientiæ percutis: *con-*
„*firmasti super me manum tuam.* Confirmat nam-
„que manum supra pueros pædagogus, dum
„verberat & emendat, & verbera non negli-
„genter aut leviter infliguntur: ita etiam Do-
„mino dicere quis potest, qui emittit verbo-
„rum jacula, & infigit sagittas in auditorum
„animas: *confirmasti super me manum tuam, &*
„*non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ*,
„tantum quod faciem iræ tuæ ex scripturis
„sanctis, non tamen ipsam iram sentire visus
„sum; quarum sagittis ita perterritus sum a
„sola facie iræ Domini, ut nulla prorsus in
„carne mea sit sanitas, id est, nullum pec-
„candi desiderium ultra remanserit.

3. „*Non est pax ossibus meis a facie peccato-* *Conscientia peccati mordet.*
„*rum meorum:* qui enim affligitur pro delicto
„suo, & conscientiæ stimulis agitatur, mor-
„detur sine intermissione, atque occultis con- n. 4.
„futationibus impugnatur, iste *merito dicit*,
„*non est pax ossibus meis a facie peccatorum meo-*
„*rum*, cum scilicet ante oculos cordis nostri
„statuerimus peccata nostra, & unumquodque
„intuentes recognoscentes erubescimus, facti-
„que pœnitemus.

4. „Addat & hæc, qui pœnitet pro pec- *Peccata grave & fœtidum onus.*
„catis suis: *Quia iniquitates meæ superposuerunt*
„*caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt su-*
„*per* n. 5.

„*per me*. Qui non dolent pro peccatis ſuis, „nec gravantur pro iis, hoc non poſſunt dice- „re, quibus profecto peccatum ſuum non onus „efficitur, ſed voluptas. Sed illi hoc poſſunt „dicere, quibus libido jam ſorduit, quibus „vitia horruerunt, qui etiam poſſunt dicere; „*quoniam fœtuerunt*, & *putrefactæ ſunt cicatrices* „*meæ*: peccator enim depoſito porcorum odo- „ratu ſenſum Dei percipiens, ut fœtorem pec- „catorum ſuorum ſentire poſſit, ſtatim con- „verſus ad pœnitentiam & emendationem re- „quirens impatiens proprii fœtoris efficitur, „*a facie inſipientiæ* ſuæ, id eſt peccati; nemo „enim ſapiens id aliquando committit.

Peccator de peccatis doleat. n. 6.

5. „*Miſeriis afflictus ſum*, & *curvatus usque* „*in finem*. Videas aliquando eum, qui pec- „cavit, mœrentem triſtitia, quæ pœnitentiam „in ſalutem ſtabilem operatur. . . . Videas „eum, qui peccavit, non poſſe reſpicere in „cœlum, ſed curvato corpore, demerſoque in „terram vultu cum Publicano Evangelico con- „fitentem peccata ſua dicere: *Deus propitius* „*eſto mihi peccatori. Luc.* 18. Huic nimirum con- „venit dicere: *curvatus ſum usque in finem*, & „*tota die contriſtatus ingrediebar*: ex quo pec- „cavi, numquam riſi, numquam lætatus ſum, „ſed ſemper in mœrore fui, ſemper in pœni-
n. 7. „tentia, ſemper in luctu. . . . *Quoniam renes* „*mei completi ſunt illuſionibus*. Illuſio enim eſt „diaboli illudentis hominem, atque ad laſci- „viæ incontinentiam provocantis. *Et non eſt* „*ſanitas in carne mea*. In quo profectum ſuum „oſtendit, & proximum eſſe ad mortificatio-

„nem

„nem carnis indicat, atque interitum ejus. „*Afflictus ſum, & humiliatus ſum valde* adin-„ſtar hominis, qui de ſumma felicitate videat „ſe in ultima paupertate poſitum, unde pro-„clamat dicens: *Rugiebam a gemitu cordis „mei . . . & lumen oculorum meorum non eſt „mecum.* Ne ergo & nos eadem patiamur, „ſed potius ut lumen noſtrum ſit ſemper in „nobis, & opera lucis agentes habeamus fidu-„ciam, tamquam filii lucis in Chriſto Jeſu, „ſemper oremus, & Deum Patrem inceſſabili-„ter deprecemur, cui eſt gloria, & poteſtas „in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia II.

De eodem Pſalmo.

„*Amici mei & proximi mei adverſum me „appropinquaverunt, & ſteterunt. Pſ.* 37. *v.* 12. Si peccator memor delicti ſui, confi-tetur, quæ commiſit, & humana confuſione parvipendat eos, qui exprobrant eum confi-tentem, vel irrident, ille vero intelligens per hoc veniam ſibi dari, & in die reſurre-ctionis pro his, quibus nunc confunditur co-ram hominibus, tunc ante angelos Dei con-fuſionem atque opprobria evaſurum, ut no-lit tegere maculam ſuam, nec velit eſſe ſe-pulchrum dealbatum, quod deforis quidem appareat hominibus ſpecioſum, ut videnti-bus ſe quaſi juſtus appareat, intus autem ſit repletus omni immunditia & oſſibus mortuo-rum. Si ergo talem deteſtari incipiant, quem admirabantur, & ab amicitiis ejus re-„cedant,

Publica peccatorum confeſſio. n. 1.

„cedant, super his dicit, qui exomologesin, „id est, confessionem facit: *Amici mei & pro-* „*ximi mei adversum me appropinquaverunt* &c. „Sed hæc non oportet formidare eum, qui „post delictum salvari cupit, sed cogitare de „anima sua, & exorare Deum, ut ab eo sub- „levetur post casum suum, & possit dicere, „quæ sequuntur: *quoniam iniquitatem meam ego* „*pronunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Quia „scio, nihil latere Deum, ideo potius ipse me „arguo, ipse me confuto, non expecto accu- „satorem, cum accusator meus, conscientia „mea mecum sit; sic forte & ille mihi parcet, „si mihi ipse non parcam.

Maledicta patienter ferenda.

v. 2. 2. „*Qui* ergo *quærebant mala mihi, locuti* „*sunt vanitates, & dolum tota die meditabantur.* „Cum viderint justum confitentem peccata „sua, velut noxium evomunt virus. Sed ju-

v. 3. „stus ait: *Ego autem velut surdus non audiebam* „*& sicut mutus non aperiens os suum, & factus* „*sum sicut homo non audiens*, cum maledicerer, „cum criminarer. Sed quid prodest nos hæc „exponere, si non horum meminerimus, cum „maledicimur a fratribus. Interdum dicit ali- „quis adversum me, & forsitan mentitur, in- „terdum etiam vera sunt, quæ dicit, ego ta- „men possum multo pejora dicere de eo, & „vere dicere; & siquidem peccator sum, red- „dendo maledicto pro maledictis, efficiar simi- „lis illi. Si vero justus sum, sicut surdus non „audio, nihil respondeo, & habens, in quibus „arguam, non arguo; intelligo enim, quia qui „recte arguit, sine passione debet arguere, ut

„salu-

,salutem expetat ejus, qui arguitur, non
,vindictam. . . . Quare autem talis effectus
,sum? *Quoniam*, inquit, *in te speravi:* nisi
,enim sperassem in te, & credidissem tibi, di-
centi: *mihi vindicta* &c. *Rom.* 12. *v.* 19. Me-
ipsum utique vindicassem, sed *tu exaudies me
Domine Deus meus* sicut Eliam 3. *Reg.* 18.
exaudisti. . . . Nunc autem quomodo au-
diet nos Deus, cum nos ipsum non audia-
mus? quomodo faciet ille, quod volumus,
cum nos, quæ ille vult, non faciamus?

3. „*Quia dixi, ne forte insultent mihi inimici* *Fortiter in pœnitentia perseverandum n. 4.*
mei. Cum enim cecidero, insultabunt mihi
inimici mei, si vero non reddidero mala pro
malis, sed Deo reliquero judicium, ab eo
adjutus non decidam, sed stabo fortiter, &
non insultabunt mihi inimici mei: nec *loquen-
tur magna contra me, si non commoveantur pedes
mei;* non enim habent, quod dicant. Statim
autem ut trepidavero, non dicam, cecidero,
incipient exprobrare, & dicere: vides hunc?
ecce & ipse quid fecit? contraria enim eorum,
quæ docet, agit.

4. „*Quoniam ego in flagella paratus sum*, *Peccator in flagella paratus sit. n. 5.*
quibus in præsenti opto emendari, ne puniar,
& peream in futuro. . . . Si volueris super-
ducere languores in me, si placet inferre
damna, si placet omnes facultates perire, si
per mortem propinquorum vis me purgari;
omnibus his flagellis emendari paratus sum,
tantum ut supplicia æterni ignis effugiam:
ante oculos meos habeo dolorem meum, ut
„futu-

„futuros pœnarum dolores præsentibus possim „doloribus compensare.

Confessio secreta peccatorum. n. 6.

5. „*Quoniam iniquitatem meam pronuntio.* „Vide ergo, quid edocet nos divina Scriptura, „quia peccatum oportet non celare intrinsecus; „fortassis etiam sicut ii, qui habent intus in„clusam escam indigestam, aut humoris, vel „phlegmatis stomacho graviter, & moleste im„manentis abundantiam, si vomuerint, rele„vantur, ita etiam hi, qui peccaverunt; siqui„dem occultant, & retinent intra se pecca„tum, intrinsecus urgentur, & propemodum „suffocantur a phlegmate, vel humore pecca„ti: si autem sui ipse accusator fiat, dum ac„cusat semetipsum, & confitetur, simul evo„mit & delictum, atque omnem morbi digerit „causam. Tantummodo circumspice diligen„tius, cui confiteri debeas peccatum tuum: „proba prius medicum, cui debeas causam „languoris exponere, ita ut demum, siquid „ille dixerit, qui se prius & eruditum medi„cum ostenderit, & misericordem, siquid con„silii dederit, facias, & sequaris. Si intellexe„rit, & præviderit talem esse languorem tuum, „qui in conventu totius Ecclesiæ exponi de„beat, & curari, ex quo fortassis & cæteri „ædificari poterunt, & tu facile sanari: mul„ta hac deliberatione, & satis perito medici „illius consilio procurandum est. Sequitur: „*Et cogitabo pro peccato meo.* Bonum est, eum, „qui delinquit, non esse securum, sed cogita„re, quomodo suum possit delere peccatum. „Si in corpore tuo vulnus oriatur, sollicitus

„es,

„es, quomodo corpori ſanitas reddatur: cum „anima tua ægrotet, ſecurus es, communica„re non times Corpus Chriſti accedens ad Eu„chariſtiam quaſi mundus, non intelligens, „quid eſt accedere ad tanta, & tam eximia „Sacramenta.

Realis præſentia in Euchariſtia.

6. „Sequitur: *Inimici autem mei vivunt, & „confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt, „qui oderunt me inique.* Impoſſibile enim eſt, „in hac vita poſitum odio non haberi: Chriſtus „Jeſus ipſe odio habitus eſt. . . . Sed opto, n. 7.
„cum odio habeor, ut ſciat conſcientia mea, n. 8.
„quoniam injuſte odium patior: ſi autem pro „peccato meo odio habeor, juſte odio habeor, „ſi peroſus fuero propter inhoneſtos, & turpes „actus meos. . . . *Qui retribuunt mihi mala pro* n. 9.
„*bonis*, criminantur me, verum tu Domine, „*quoniam ſubſequebar juſtitiam, ne derelinquas me „Domine Deus meus, ne diſceſſeris a me.* Infe„lix enim homo ille, a quo diſceſſerit Deus, „beatus autem ille, cum quo permanet Deus. „*Attende in adjutorium meum Domine Deus ſalu„tis meæ.* Et nos ergo oremus, & dicamus, „attende in adjutorium meum, quoniam gran„dis eſt pugna, & potentes ſunt adverſarii. „Infeſtus eſt hoſtis, inviſibilis inimicus per „iſtos viſibiles impugnat. Attende ergo in ad„jutorium noſtrum, & adjuva nos per ſanctum „Filium tuum Dominum noſtrum Jeſum Chri„ſtum, per quem omnes nos redemiſti, per „quem tibi gloria, & poteſtas in ſæcula ſæ„culorum. Amen.

Odium impiorum contemnendum.

Homilia I.

Super Psalmum trigesimum octavum.

Psalmi titulus in finem explicatur. n. 2.

1. „Superscriptio hujus Psalmi trigesimi octavi „est: *In finem pro Idithum Psalmus David.* Hunc Idithum invenimus unum esse ex „his, quibus hymnorum studium commissum „est. . . . In Psalmis autem divinæ Scriptu„ræ, quicunque superscripti secundum septua„ginta interpretes sunt, *in finem*, apud alios „*victoriales*, vel *ad victoriam*, vel *victori* attitu„lantur, pro eo videlicet, quod velut victoriæ „laus in ipsis inferatur. Fecit ergo David di„vino Spiritu repletus Psalmum hunc, & de„dit Idithum, cui officium canendi Deo hym„nos fuerat injunctum, tamquam pollenti in „hujusmodi disciplina.

Lingua caute custodienda. n. 3.

2. „Sed nunc videamus, quid vox profe„rat justi. . . . Quoniam multorum peccato„rum initium humanus est sermo, & valde dif„ficile est, inveniri hominem, qui una saltem „hora os suum, & linguam suam observet a „peccato, ait: *Dixi custodiam vias meas, ut „non peccem in lingua mea.* Si enim in die ju„dicii rationem reddemus non solum pro malis „verbis, sed etiam pro otiosis, qui neque bo„ni, neque mali aliquid agunt. *Matth.* 12. *v.* 3[6] „Quis gloriabitur castum se habere cor? und[e] „justus ulterius ait: *Posui ori meo custodiam* „Quippe observatio hujus observantem, [&] „mansuetum facit, & beatum; dum enim sem[per] „per observat os suum, & linguam custodit „ne prius sermonem proferat, quam discutiat

„

‚ſi oporteat dici, ſi perſona talis eſt, quæ aut ‚debeat, aut poſſit audire, ſi tempus opportunum eſt proferendi ſermonis, excluditur ‚omnis iracundia, & timor, & ita ſermo procedens proferentibus gratiam præſtat, & audientibus medicinam.

3. „Verum quoniam in illo maxime tempore peccamus, quando peccator conſiſtit adverſum nos provocans, ut aliquid tale emittamus ex ore, in quo rei teneamur in futuro judicio, S. Propheta dicit: *Dum conſtitit peccator adverſum me, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis.* Nos vero, ſi nolumus humiliari, dicimus: iſte me contemptui habuit, ‚nonne & ego ſimilia, aut etiam graviora inferam? Sed juſtus non ita agit, quin potius ‚humiliat ſe, & ſilet etiam a bonis, cum ſit ‚inſtitutus bonis diſciplinis, & cum convitiis ‚laceſſitur, bona etiam verba cohibet, ne vel ‚peccatorem igne ſuæ perditionis inflammet, ‚vel ſermonum ſuorum faciat detrimentum. ‚Verum hoc nondum perfectio eſt; ſi enim ſim ‚perfectus, non taceo, ſed cum maledicor, ‚benedico. 1. *Cor.* 4. *v.* 12. *Convitia in ſilentio perferenda.* *n.* 4.

4. „Et quid addidit his: *Et dolor*, inquit, ‚*meus renovatus eſt.* Si in nullo penitus ex illatis maledictis contriſtamur, Deum tot injuriis ‚a peccatoribus non dolentem, & impaſſibilem imitamur, id quod perfectorum eſt: qui ‚autem proficit, ſed nondum perfectus eſt, ſi „accedant ei maledictorum, & convitiorum „vulnera, renovatur dolor, & parantur angu- *Dolor ex illatis injuriis reprimendus.* *n.* 5.

„ſtiæ, quæ eum conturbant quidem, & fati-
„gant, non tamen vincunt, ſed quamvis pro-
n. 6. „vocetur ad reſpondendum, remordens tamen
„dolorem ſuum reprimit. . . . In conſequen-
„tibus autem adhuc amplius paſſionem deſcri-
„bit ejus, qui proficit, cum dicit: *concaluit cor*
„*meum intra me*, nimirum dolens corde conca-
„leſcente intra ſe perturbatur, ſed non eous-
„que, ut ſermonem proferat corde turbato,
„ſed caloris ſui flammas per ſilentium decoquit.

Meditationis fructus.

5. „Videamus alium ſermonem juſti: *Et*
„*in meditatione mea exardeſcet ignis*. Utinam &
„nunc adaperientibus nobis Scripturas divinas
n. 7. „concaleſceret cor noſtrum intra nos, & in
„meditatione noſtra accenderetur ignis, &
„concitaremur in opus eorum, quæ audimus,
„& legimus, qui nos primo exurat & recor-
„datione, & conſcientia peccatorum, poſtea
„vero expurgatos jam vitiis illuminet, & il-
„luſtret.

Finis ultimus Deus requirendus.

6. „*Locutus ſum*, inquit, *in lingua mea*,
„*notum fac mihi Domine finem meum, & nume-*
„*rum dierum meorum, quis eſt, ut ſciam, quid*
„*deſit mihi.* Cupit Propheta agnoſcere finem
n. 8. „ſuum, propter quem factus eſt, ut intuens fi-
„nem, & dies ſuos perſpiciens, & conſiderans
„perfectionem, videat, quantum ſibi deeſt, &
n. 9. „illum finem, quo tendit. . . . Et addit: *Et*
„*veteres poſuiſti dies meos.* In Græco ſcribitur
„παλαιςάς, quod ſignificat menſuram quatuor
„digitorum. Volens ergo docere nos, qui
„jam in hac vita breves, & perpaucos duci-
„mus

,mus dies, dixit hunc verſiculum. . . . Ad-
,dit: *Subſtantia mea tamquam nihilum ante te eſt.* n. 10.
,Ad comparationem Dei, etiamſi Petrus ſim,
,ſubſtantia mea ante eum nihil eſt; nihil enim
,eſt omne, quamvis magnum ſit, quidquid
,ex nihilo eſt; ſolus enim ille eſt, qui eſt, &
,qui ſemper eſt: noſtra autem ſubſtantia tam-
,quam nihil eſt ante eum, quippe quia ab eo
,ex nihilo procreata eſt. In ſequentibus vero n. 10.
,velut explanans hoc ipſum, dicit: *Verumta-
,men univerſa vanitas, omnis homo vivens.* Con-
,temnamus ergo vanam iſtam vitam, & feſti-
,nemus ad ſanctam vitam, & beatam, ac ve-
,ram, & in illam animo, & mente tendamus
,omni vanitate diſcuſſa: nec dicamus dulcem
,iſtam lucem, qua nunc utimur; hoc enim illi
,dicunt, qui dulcedinem veræ lucis ignorant,
,ſed ne auſpicia quidem veri luminis ulla ſen-
,ſerunt, nec ſciunt, angelicam vitam ſperan-
,dam eſſe animæ, cum ex vanitate vitæ hujus
,evaſerint. Unde & nos, qui hæc credimus,
,jam mente, & fide transferamur in cœlum,
,ut ibi ſit theſaurus noſter, ubi eſt & cor no-
,ſtrum, & ut regnum cœleſte conſequi me-
,reamur per Jeſum Chriſtum Dominum no-
,ſtrum, cui eſt gloria, & poteſtas, & impe-
,rium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia II.

De eodem Pſalmo.

1. „*Quanquam in imagine ambulet homo.* In
„cujus autem imagine, tuum eſt di-
„ſcutere ex uniuſcujuſque fide, & operibus,
„ex

Vita mundi imaginaria imago.

n. 1. „ex cogitationibus, & verbis, utrum in ima-
„gine cœleſtis ambulet, an terreni: ſi miſeri-
„cors es, & in omnibus perfectus ſicut Pater
„tuus cœleſtis, imago in te cœleſtis eſt: ſi ter-
„rena ſapias &c., terreni imaginem portas....
n. 2. „Sed & aliud Sacramentum mihi videtur con-
„tinere iſte verſiculus, quod hujus mundi vita,
„& converſatio imaginaria quædam ſit imago,
„futura autem vera, ſicut & imaginem unus-
„quisque habet virtutis, non tamen ſincere,
„& proprie vivit in ipſa virtute; ſiquidem ipſe
„Chriſtus eſt natura virtutum. . . . Perſcru-
„tetur ergo ſe unusquisque veſtrum, quas ima-
„gines gerat: ſi formas diaboli iræ, avaritiæ
„&c. non citius abjecerit de domo ſua, ipſæ
„eum imagines perire facient.

Pro menſura pœnitentiæ fit remiſſio.

2. „Sequitur: *Theſaurizat, & ignorat, cui*
„*congregat ea. Et nunc quæ eſt exſpectatio mea?*
„*nonne Dominus? & ſubſtantia mea a te eſt. Ab*
„*omnibus iniquitatibus meis eripe me.* • Pro men-
n. 3. 4. „ſura pœnitentiæ remiſſionis quantitas mode-
„ratur; qui enim omnes juſtitias impleverit,
„ille omnes abluit iniquitates, qui vero pau-
„cas, partem aliquam iniquitatum reſolvit. .
n. 5. „Pergit Propheta: *Opprobrium inſipienti dedi-*
„*me.* Donec habemus peccata, neceſſe eſt
„nos exprobrari ab inſipiente, & accuſatore
„noſtro diabolo. Ut ergo non exprobremur
„ab inſipiente, convertamus nos ab omnibus
„iniquitatibus noſtris.

Pro flagellis peccatorum

3. „*Obmutui, & non aperui os meum, quia*
„*tu es, qui feciſti.* Scilicet agones iſtos cum
„pec

„peccatoribus nos convitiantibus, & tu nobis *avertendis quomodo*
„hæc exercitia patientiæ præparasti.... *Amo-*
„*ve a me plagas tuas, a fortitudine manus tuæ orandum.*
„*ego defeci.* Dupliciter hominibus flagella præ-
„parantur, sive sensibiliter extrinsecus v. g. n. 6.
„languoribus, sive conscientiæ stimulis in cor- n. 7.
„de. Ad utrumque convenit dici, amove a
„me plagas tuas, ne saltem nimium contrister.
„*In increpationibus pro iniquitate corripuisti homi-* n. 8.
„*nem, & tabescere fecisti sicut araneam animam*
„*ejus.* Est ergo opus Dei, ut tabescere faciat,
„& consumat omne, quidquid est crassioris
„materiæ peccati, quo circumdatur anima,
„ut extenuet, & elimet prudentiam carnis,
„& ita demum animam ad subtilem rerum cœ-
„lestium, & invisibilium revocet intellectum.

4. „*Exaudi orationem meam Deus . . . au-* *Sine Deo nihil sumus.*
„*ribus percipe lachrymas meas: quia incola ego*
„*sum apud te. . . . Remitte mihi, ut refrigerer,*
„*priusquam abeam, & amplius non ero.* Donec n. 10.
„enim apud te sum, tamdiu sum; si autem a n. 11.
„te exiero, perdidi etiam hoc ipsum, quod
„sum, & ero tamquam, qui non sum. Donec
„ergo adhæremus Deo, & inhæremus ei, qui
„vere est, etiam nos sumus; sin autem abscesserimus ab eo, & non adhæserimus Deo, no-
„stro vitio in contrarium decidimus. Non er-
„go per hoc substantialis animæ designatur in-
„teritus, sed non esse dicitur, cum in eo non
„permanet, qui vere & semper est, ex quo
„ipse est. Propterea ergo & sermo nos Pro-
„pheticus adhortatur dicens: *Post Dominum*
„*Deum nostrum ibimus, & ipsi adhærebimus.* Sed

„& nos, ipsi dicamus: *Adhæsit anima mea post* „*te* in Christo Jesu Domino nostro, cui est ho„nor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN CANTICUM CANTICORUM.

§. I.

Monitum.

Ex scriptis Origenis in Proverbia nihil superest, nisi pauca fragmenta, quæ D. de la Rue *tom.* 3. *op. Orig.* inseruit. Canticum Canticorum explanare bis aggressus est Origenes. Primo adhuc juvenis anno circiter ætatis 37. parvum tomum edidit, cujus fragmentum Philocaliæ capite septimo exhibetur. Anno vero ætatis 55. Christi 240, prolixiorem commentarium exorsus est in decem tomos distributum, cujus operis prologus, & tres priores tomi cum parte aliqua quarti ad nos solummodo latine Rufino interprete pervenerunt, quorum indubitatam fidem probat Pearsonius *in vindic. epist. S. Ignat.* In his, sicuti & in duabus homiliis in idem Canticum a S. Hieronymo versis testatur hic S. Doctor *in ep. ad Damas.* Origenes, cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico Canticorum ipse se vicit. Vide Huetium *l.* 3. *c.* 2. *Sect.* 3. *n.* 7.

§. II.

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

„Quomodo didicimus per Moyſen, quæ- *Cantici Canticorum materia.* n. 1.
„dam eſſe Sancta Sanctorum, ſic
ɿunc docemur ſcribente Salomone eſſe quæ-
ɫam Cantica Canticorum: & ſicut is, qui
ngreditur in Sancta, pluribus adhuc indi-
get, ut valeat introire in Sancta Sanctorum,
eodem modo difficile reperitur, qui omnia
n Scripturis contenta Cantica peragrans va-
leat aſcendere ad Cantica Canticorum. Egre-
di oportet ex Ægypto, & pertranſire mare
rubrum, ut poſſis primum Canticum canere,
dicens: *Cantemus Domino &c. Exod.* 15. *v.* 1.
Et cum univerſa tranſieris, ad altiora con-
ſcende, ut poſſis anima decora cum ſponſo
& hoc canere Canticum Canticorum. . . .
Quatuor autem mihi videor in his invenire
perſonas, virum, & ſponſam, cum ſponſa
adoleſcentulas, cum ſponſo ſodalium greges.
Chriſtum ſponſum intellige, Eccleſiam ſpon-
ſam, credentium nondum perfectorum ani-
mas, adoleſcentulas; Angelos vero, & eos,
qui pervenerunt in virum perfectum, intel-
lige viros eſſe cum ſponſo. Hæ quippe in
hoc libro fabula pariter & epithalamio ſunt
perſonæ. Primum ſponſa orat, & ſtatim in
mediis precibus auditur, videt præſentem
ſponſum, videt adoleſcentulas ſuo comitatui
copulatas. Deinde reſpondet ei ſponſus, &
poſt ſponſi eloquia, dum ille pro ejus pati-

„tur salute, respondent sodales, donec spon-
„sus sit in recubitu, & a passione consurgat,
„se quædam sponsæ ornamenta facturos.

Osculum sponsi quid. n. 2. 2. „Verum jam ipsa verba ponenda sunt, „in quibus prius vox sponsæ deprecantis audi-„tur: *Osculetur me osculo oris sui. Cant.* 1. v. 1. „id est, quousque sponsus meus mittit oscula „per Moysen, & Prophetas? Jam ipsius cupio „ora contingere, ipse veniat, & adhuc ea lo-„quente sponsam sponsi Pater exaudit, mittit „Filium suum. Videns illa eum, orare desi-„tit, & ad eum comminus loquitur: *Quoniam „bona ubera tua super vinum, & odor unguento-„rum tuorum super omnia aromata.* Si me teti-„gerit sponsus, & ego boni odoris ero. Nos „autem, cum hæc audivimus, adhuc pecca-
n. 3. „tis, vitiisque fœtemus. . . . Conspicit ergo „sponsa sponsum; venit delibutus unguentis, „nec decebat aliter Patrem ad nuptias Filium „destinare: variis eum unxit unguentis, fecit „illum Christum. Venit diversis odoribus spi-„rans, & audit: *quia bona ubera tua super vi-„num;* si enim communicet sponsa cum sensi-„bus sponsi, inebriant, atque lætificant istius-„modi cogitatus. *Et odor unguentorum tuorum „super omnia aromata.* Non uno, sed omnibus „sponsus venit unctus unguentis . . . multi „habuerunt aromata, sed habuerit quis quan-„talibet, non possunt Christi odoribus com-„parari.

Nomen Jesu oleum ef- 3. „*Oleum effusum nomen tuum. v.* 2. Pro-„pheticum Sacramentum est. Tantummodo „nomen

„nomen Jeſu venit in mundum, & unguentum *fuſum*
„prædicatur effuſum. . . . In univerſa terra *animas*
„Chriſtus nominatur, in omni mundo prædi- *poſt ſe tra-*
„catur Dominus. . . . Hæc autem dicens *hit.*
„ſponſa adoleſcentulas conſpicit, & ait: *Prop-* *n.* 4.
„*terea juvenculæ dilexerunt te, & attraxerunt te;* *n.* 5.
„adoleſcentulæque reſpondent: *Poſt te in odore*
„*unguentorum tuorum curremus.* Quam pulchre
„ſponſæ pediſſequæ necdum fiduciam habent
„ſponſæ. Sponſa non poſt tergum ſequitur,
„ſed ingreditur juncta lateri, apprehenditque
„dexteram ejus: famulæ vero ingrediuntur
„poſt eam. Introeunte ſponſo forinſecus re-
„manent, ſponſa vero ſpecioſa, perfecta, ſine
„macula in ſponſi cubiculum ingreſſa revertitur
„ad juvenculas, & nuntiat eis, quæ ſola con-
„ſpexerit, dicitque: *introduxit me Rex in cubi-*
„*culum ſuum. v.* 4. Rurſus adoleſcentulæ, id
„eſt, incipientium turba plurima ingreſſa ſpon-
„ſa cubiculum ſponſi, & vidente divitias viri
„ſui, dum illius præſtolantur adventum, lætæ
„concinunt: *Exultabimus, & lætabimur in te.*
„Pro ſponſæ perfectione lætantur. . . . Non
„eſt æmulatio in virtutibus: amor iſte mun-
„dus, amor iſte ſine vitio eſt. Illa, quæ
„major eſt, jam tuorum uberum lacte perfrui-
„tur, & loquitur exultans: *bona ubera tua ſu-*
„*per vinum:* iſtæ vero, quæ lætitiam deferunt,
„adoleſcentulæ quippe ſunt, deferunt charita-
„tem, & dicunt: *diligemus ubera tua ſuper vi-*
„*num:* diligemus, inquiunt, non diligimus.
„Deinde loquuntur ad ſponſam: *æquitas dilexit*
„*te.* Laudant ſponſam, nomen illi æquitatis
„a propriis virtutibus imponentes.

4. „Rur-

Sponsa quomodo nigra & formosa. v. 6.

4. „Rursum ad adolescentulas sponsa re-
„spondet: *Nigra sum, & speciosa filiæ Hieru-
„salem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomo-
„nis. Ne intueamini me, quia ego sum deni-
„grata, quoniam despexit me sol.* Pœnitentiam
„egit a peccatis, speciem ei largita est con-
„versio, & ideo speciosa cantatur: quia vero
„necdum omnium peccatorum sorde purgata,
„necdum tota est in salute, nigra dicitur, sed
„in atro colore non permanet; nam quando
„ascendit recumbens super pectus fratruelis
„sui in fine Epithalamii de ea cantatur: *Quæ
„est ista, quæ ascendit dealbata? Cant.* 8. *v.* 6.
„Si autem & tu non egeris pœnitentiam, ca-
„ve, ne anima tua nigra dicatur & turpis:
„nigra propter peccata præterita; turpis, quia
„in iisdem vitiis perseveras. Si vero pœni-
„tentiam egeris, nigra erit anima tua pro-
„pter antiqua delicta, propter pœnitentiam
„vero habebit aliquid Æthiopici decoris, quæ
„tamen etiam adinstar Æthiopissæ a Moyse,
„sic a sponso Ecclesiæ magis quam *filiæ Hie-
„rusalem*, id est, synagoga amatur: satisfecit
„enim de nigrore suo, & per pœnitentiam ad
„meliora conversa annuntiat se filiabus Israel
„nigram quidem esse, sed pulchram, nigram
„sicut tabernacula Cedar, id est, Æthiopes;
„speciosam, ut pelles Salomonis, quas in ta-
„bernaculi ornamento composuit, & dicit:
„ne admiremini, coloris me esse tetri, *sol de-
„spexit me*; pleno quippe radio in me lumi-
„nis sui fulgor illuxit, ut ejus sim calore
„fuscata.

5. „Fi-

5. „*Filii matris meæ pugnaverunt adversum* *Persecutores Ecclesiæ conversi.* *n.* 7.
„*me. Cant.* 1. *v.* 6. Vide Paulum Ecclesiæ per-
„secutorem, & intelliges, quomodo filius ma-
„tris ejus pugnaverit adversus eam. Perse-
„cutores Ecclesiæ egerunt pœnitentiam, &
„ad sororis signa conversi prædicaverunt
„fidem, quam ante destruebant. Hoc Prophe-
„tico spiritu sponsa nunc ait: *posuerunt me cu-*
„*stodem in vineis, vineam meam non custodivi.*
„Ego Ecclesia, sponsa plurimarum custos sum
„posita vinearum, & dum eas custodio, vi-
„neam meam non servavi, dum adinstar Pauli,
„ut alios lucrisaciam, ipse in quibusdam dam-
„na sustineo, *factus quasi sub lege iis, qui sub*
„*lege erant.* 1. *Cor.* 9. *v.* 20.

6. „Deinde sponsa conspicit sponsum, qui *Affectus animæ Deum videre cupientis.* *n.* 8.
„conspectus abscedit, quem cum invenire non
„possit, ait: *Annuntia mihi, quem dilexit anima*
„*mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie, v.* 7.
„scilicet illud tempus inquiro, quando plena
„luce in majestatis tuæ splendore versaris:
„nisi enim tu mihi annunciaveris, incipio er-
„rabunda jactari, *& fiam sicut cooperta super*
„*greges sodalium tuorum.* Nam quia aliorum
„erubesco aspectus, faciem meam mox obte-
„gere incipio; sum quippe sponsa formosa, &
„aliis nudam faciem meam non ostendo, nisi
„tibi soli, quem jam pridem deosculata sum.

7. „Post hæc verba sponsus ei commina- *Pulchritudo Ecclesiæ.* *n.* 9.
„tur: aut cognosce temetipsam, quoniam a
„me facta es formosa, Ecclesia, aut *si non co-*
„*gnoveris temetipsam, o pulchra in mulieribus,*
„*egre-*

„egredere tu in vestigiis gregum, & pasce hædos „tuos, v. 8. qui statuentur a sinistris, sicque „pastorum novissima fies non inter oves, sed „hædos tuos, cum quibus habitans non pote-„ris mecum, id est, cum bono pastore esse.

n. 10. „Si vero vis intelligere o sponsa, quomodo „scire te debeas, cognosce, cui te compara-„verim: scilicet *equitatui meo in curribus Pha-„raonis assimilavi te.* Quantum enim differt „equitatus meus ab equis Pharaonis, quos „demersi in mare, tanto melior es tu Eccle-„siastica sponsa, & anima omnibus animabus „non Ecclesiasticis: *Genæ tuæ ut turturis, col-„lum tuum ut monile.* Post hæc fit sponsus in „recubitu, quo dormiente apparent sponsæ „sponsi sodales Angeli, & his eam sermoni-„bus consolantur. Nos tibi aurea ornamenta „facere non possumus; non enim tam divites „sumus, ut sponsus tuus, qui aureum tibi mo-„nile largiatur. Nos similitudinem auri fa-„ciemus & stigmata argenti: *similitudines auri „faciemus tibi cum stigmatibus argenti*, verum „non omni tempore, donec sponsus tuus sur-„get a cubitu: cum enim ille surrexerit, ipse „tibi aurum, ipse tibi faciet argentum, ipse „tuam mentem sensumque decorabit, & eris „vere dives in sponsi domo sponsa formosa, „cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia II.

Passio Christi ejus recubitus. n. 2.

1. „Quia amici sponsi, dum rex in recubitu „suo est, quodammodo aliis verbis „passionem ejus prædicarunt, sponsa & ipsa „dispensationem passionis intelligens respon-„det:

det: *Nardus mea dedit odorem suum*, scilicet, nardus illa pistica unguenti, quam sancta illa mulier effudit super caput ejus in diem sepulturæ suæ. *Matth.* 26. Et tu quoque assume nardum, ut postquam caput Jesu suavi odore perfuderis, possis dicere: *nardus mea dedit odorem suum* per prædicationem Evangelii in omnibus gentibus, vel saltem per bona opera tua.

2. „*Fasciculus stactes*, sive stillæ, *fratruelis meus mihi*. Si ergo videris Salvatorem ad humilia descendentem, videbis, quomodo majestate divina ad nos modica stilla defluxerit, ad omnes gentes in stillam situlæ reputatas, *Is.* 50. *v.* 15. ipse stilla factus liberandas. . . . Quia vero nos sumus ex gentibus congregati, & duæ sorores sunt Ecclesia & Synagoga, Salvator filius Synagogæ sororis, vir & sponsus Ecclesiæ fratruelis est sponsæ suæ, qui *in medio uberum meorum commorabitur*, ait sponsa, suscipiens sermonem sponsi. Initium vero sermonis est in germine, & initium cypri, id est, floritionis in verbo, unde ait: *Botrus Cypri*, id est floritionis, *fratruelis mei mihi. v.* 13. mihi ait, ut doceret, non omnibus eum esse botrum cypri. Videamus autem, in quibus regionibus botrus iste sit sponsæ: *in vineis Engaddi*, quod interpretatur oculus tentationis; siquidem in tentatione moramur in hoc mundo. Et hæc quidem locuta est sponsa de sponso, significans amorem suum, & sponsi venientis hospitium, quomodo in medio

Christi humiliatio. *n.* 3.

„ube-

„uberum, & sui cordis arcano sponsus com„moretur.

Sponsi & sponsæ laudes.

n. 4. 3. „Rursus sponsi ad eam sermo dirigitur „& dicit: *Ecce speciosa proxima mea, ecce spe„ciosa, oculi tui columbæ. v.* 14. Sponsa, si „longe fuerit a sponso, non est speciosa: tunc „pulchra fit, quando Dei Verbo conjungitur, „& oculos columbæ habens, videt recta, & „misericordiam promeretur. . . . Has de se „sponsa audiens laudes sponso vicem in lau„dibus tribuit, & ait: *Ecce sponsus fratruelis „meus equidem pulcher, lectus noster umbrosus. „v.* 15. Lectus, in quo sponsus cum sponsa re-

n. 5. „quiescat, corpus humanum est. *Trabes do„morum nostrarum cedri*, id est, imputribiles, „*& contignationes nostræ cypressi*, odoris optimi, „quod & tu imitare.

Verbi divini dulcedo.

n. 6. 4. „Post hæc sponsus loquitur: *Ego flos „campi, & lilium convallium. Cant.* 2. v. 1. „Quid enim sic potest esse flos mundi, ut „vocabulum Christi? unguentum effusum no„men ejus. Deinde sponsam laudans ait: *Ut „lilium in medio spinarum, sic proxima mea in „medio filiarum. v.* 2. Ista audiens sponsa vo„lens non solum benevolentiam sermonis „sponsi, sed & dulcorem ejus laudare ait: „*ut malum in lignis sylvæ, ita fratruelis meus „in medio filiorum. v.* 3. Omnia ligna ad com„parationem sermonis sylvæ inferaces exi„mantur. *In umbra ejus concupivi, & sedi.* Sem„per ejusmodi sunt profectus, ut in exordio „desideret quispiam saltem in virtutum umbra „consistere, sed inde ad meliora transire, &

„dice-

,dicere: *& fructus ejus dulcis in gutture meo.*
,Cujus nimirum etiam fructu saturatus sum.

5. „Sponsus ad adolescentulas ait: *Intro-* *Charitas*
,*ducite me in domum vini. v.* 4. impleatur vino *sit ordi-*
,lætitiæ, vino Spiritus S. anima, vestra. . . . *nata.*
,*Ordinate in me charitatem*, ne inordinatam *n.* 7.
,habeatis charitatem, ne primum patrem aut *n.* 8.
,matrem, deinde me diligas, ne filii & filiæ
,plusquam mei charitate tenearis. *Matth.* 10.
,*v.* 37. . . . Ut autem post Deum etiam inter
,nos ordo ponatur, primum mandatum est,
,ut diligamus parentes, secundum, ut filios,
,tertium, ut domesticos nostros. Si autem
,filius malus est, & domesticus bonus, dome-
,sticus in charitate filii collocetur. Item Do-
,minus noster in Evangelio hanc dedit intel-
,ligentiam ordinis Charitatis: *Diliges Domi-*
,*num Deum tuum ex toto corde &c. Matth.* 22.
,*v.* 39. Deinde *proximum sicut teipsum.* Rur-
,sus: *diligite inimicos vestros*, *Matth.* 5. *v.* 44. *Quatenus*
,non addendo, ut vosmetipsos, quia sufficit, *inimicus*
,quod eos diligimus, & odio non habemus. . . *diligen-*
,Deinde sponsa hæc loquitur: *Confirmate me* *dus.*
,*in unguentis*, *stipate me in malis*, *quia vulnera-*
,*tæ charitatis ego. v.* 5. Quam pulchrum est,
,quam decorum a charitate vulnus accipere. . .
,Siquis sermone vulneratur, & potest dicere:
,quia vulneratæ charitatis ego.

6. „*Sinistra ejus sub capite meo. v.* 6. Ut *Charitas*
brachium sponsi fiat cervical meum, & re- *Dei in*
clinetur animæ principale super sermonem *nobis non*
Dei: *Et dextera illius amplexabitur me. Ad-* *dormiat.*
n. 9.

„*juro vos filias Hierusalem in virtutibus & viribus „agri, si levaveritis, & suscitaveritis charitatem.* „*v.* 7. Quamdiu charitas dormit in vobis o „Filiæ Jerusalem! o adolescentulæ, quæ in „me non dormit, quia vulnerata sum chari„tate. . . . Creator universitatis, cum vos „conderet, inseruit in cordibus vestris semina „charitatis, nunc autem dilectio dormitat in „vobis.

Sponsus ad quos veniat. *n.* 10. *n.* 11. 7. „Hæc adhuc loquente Ecclesia exhor„tante adolescentulas, ut ad sponsi præpare„tur adventum, venit sponsus, quem digito „monstrat, & dicit: *Ecce, hic venit saliens su„per montes. v.* 8. Si fueris mons (*id est perfe„ctus*) salit in te sermo Dei: si fueris collis, „*transiliet* super te: salit super montes, quia „majores sunt: transilit super colles, quia mi„nores sunt. *Similis est fratruelis meus capreæ* „propter Theoriam seu acutum visum & intel„lectum, *aut hinnulo cervorum*, propter opera, „quia sicut cervus serpentes interficit, & con„trarias fortitudines jugulat: *super montes Be„thel*, id est, montes Dei: esto ergo mons Dei, „& sponsus ad te veniet.

Quomodo vocet sponsam. *n.* 12. 8. „Cernit ergo sponsa sponsum appropin„quasse vicinius, & eum ad se & adolescentu„las advenisse cognoscens dicit: *Ecce hic retro* „*post parietem nostrum, prospiciens per fenestras.* „*v.* 9. scilicet sensus nostros, per quos, si „sponsus non prospicit, mors invenitur per „concupiscentiam malam ascendens. *Jer.* 9. „*v.* 21. . . . Cum autem sponsus eminuerit, „*respondet, & dicit; Surge, veni proxima mea,*

„*spe-*

„*speciosa mea, columba mea, quia hiems transiit,*
„*pluvia abiit, flores visi sunt in terra.* v. 10.
„Ego a mortuis surgens tempestate compressa
„tranquillitatem reddidi, & quia secundum
„dispensationem carnis ex virgine, crevi sa-
„pientia, & ætate profeci, *flores visi sunt in*
„*terra, tempus sectionis adest,* v. 12. scilicet re-
„missionis peccatorum. *Vox turturis audita*
„*est in terra nostra,* scilicet Spiritus sanctus, de
„occultioribus nos mysteriis erudiens. *Ficus*
„*protulit grossos suos, vites florescunt, dederunt*
„*odorem suum.* v. 13. Si jam rumpuntur in flo-
„rem, tempus adveniet, & erunt uvæ. Hæc
„sponsus non audientibus adolescentulis, sed n. 13.
„sola sponsa audiente loquitur. Volumus au-
„tem & ipsius jam audire sermonem loquentis
„ad sponsam. *Surge, veni proxima mea, spe-*
„*ciosa mea, columba mea, & veni columba mea*
„*sub tegmine petræ* v. 14. *in tegmine antemuralis.*
„Primum veni ad id, quod ante murum est,
„& postea poteris introire, ubi murus est pe-
„træ. *Ostende mihi faciem tuam.* Usque nunc
„similia dicuntur ad sponsam; necdum enim
„habebat fiduciam, ut revelata facie gloriam
„Domini contemplaretur: quia vero jam or-
„nata est, dicitur ei: ostende mihi faciem
„tuam: nondum enim erat vox ejus ita sua-
„vis, ut mereretur ei dici: *audire me fac vo-*
„*cem tuam.* Quando ergo didicit loqui? tace,
„ait, & audi Israel, & scito, quid loquar: &
„suavis facta est vox ejus sponso, secundum il-
„lud Propheticum: *suavis fiat ei postulatio mea.*
„*Ps.* 104. v. 34. Tunc ad eam sponsus effatur:
„Et audire me fac vocem tuam, quia vox tua

„suavis est. Si aperueris os tuum verbo Dei, „dicet tibi sponsus: *Vox tua suavis est, & aspe-* „*ctus tuus speciosus.* Quapropter consurgentes „deprecemur Dominum, ut digni efficiamur „sponsi sermone sapientia Christo Jesu, cui est „gloria, & imperium in saecula saeculorum. „Amen.



ORIGENIS
IN
CANTICUM CANTICORUM
PROLOGUS.

Canticum Canticorum quid.

1. „Epithalamium libellus hic, id est, nup„tiale carmen dramatis in modum „mihi videtur a Salomone conscriptus, quem „cecinit instar nubentis sponsae, & erga spon„sum suum, qui est sermo Dei coelesti amore „flagrantis; adamavit enim eum sive anima, „sive Ecclesia: sed & hic perfectus sponsus, „quibus verbis ad eam usus sit, haec ipsa Scri„ptura nos docet, & fit sermo ab ipsa sponsa „non solum ad sponsum, sed etiam ad adole„scentulas, & rursum sponsi non solummodo „ad sponsam, sed etiam ad amicos sponsi.

Cantici lectio non omnibus expedit.

2. „Sed primo scire oportet, ad capienda „haec verba nonnisi perfectos admitti, *quorum* „*est solidus cibus, qui pro possibilitate sumendi* „*exercitatos habent sensus ad discretionem boni,* „*vel mali. Hebr. 5. v. 14.* Si enim aliquis ac„cesserit, qui secundum carnem tantummodo

„vir

„vir eſt, huic tali non parum diſcriminis ex „hac Scriptura naſcetur; audire enim caſtis „auribus amoris nomina neſciens, a ſpiritu con„vertetur ad carnem, nutrietque in ſemetipſo „concupiſcentias carnales, & occaſione divinæ „Scripturæ incitari videbitur ad libidinem car„nis. Ob hoc ergo moneo, & conſilium do „omni, qui nondum moleſtiis caret, ut a le„ctione libelli hujus omnino temperet; aiunt „enim obſervari etiam apud Hebræos, apud „quos niſi quis ad ætatem maturam pervene„rit, libellum hunc nequidem in manibus te„nere permittatur. Sed & illud accepimus ab „eis cuſtodiri, quandoquidem moris eſt apud „eos omnes Scripturas a Doctoribus tradi pue„ris, etiam eas, quas δευτερώσεις appellant, „ad ultimum iſta reſervari, ſcilicet principium „Geneſis de creatione: Ezechielis principia de „Cherubim, finem ejusdem, de templi ædifi„catione, & Cantici Canticorum librum. Igi„tur neceſſarium mihi videtur de amore prius „ipſo, qui eſt Scripturæ hujus cauſa præcipua, „pauca diſſerere: & poſt hæc de ordine libro„rum Salomonis, in quibus hic liber tertius „eſt; tum etiam cur Canticum Canticorum ſu„perſcriptus ſit, atque etiam quomodo drama„tis in modum videatur eſſe compoſitus.

3. „Sicuti igitur *primo* aliquis dicitur car„nalis amor, quem & cupidinem appellavere „Poetæ, ita eſt & quidam ſpiritualis amor: & „ſiquis eſt, qui portat adhuc imaginem terreni „ſecundum exteriorem hominem, agitur cupi„dine, & amore terreno. Qui vero portat „ima-

Amor cœleſtis quid.

„imaginem cœlestis secundum interiorem ho-
„minem, agitur cupidine, & amore cœlesti.
„Amore autem, & cupidine cœlesti agitur ani-
„ma, cum perspecta pulchritudine, & decore
„Verbi Dei speciem ejus adamaverit, & ex
„ipso telum quoddam, & vulnus amoris acce-
„perit. . . . Videtur autem mihi divina Scri-
„ptura volens cavere, ne lapsus aliquis legen-
„tibus sub amoris nomine nasceretur, pro in-
„firmioribus eum, qui apud sapientes sæculi
„cupido, seu amor dicitur, honestiori vocabu-
„lo charitatem, vel dilectionem nominasse....
„Ubi autem nulla lapsus videbatur occasio, ibi
„tantum nomen amoris inseruit; quid enim
„indecorum possit aliquis advertere in amore
„sapientiæ? Si vero dixisset, quia adamavit
„Isaac Rebeccam, passio utique aliqua indeco-
„ra per hæc verba erga Sanctos Dei homines
„potuisset intelligi, apud eos præcipue, qui
„nesciunt a littera conscendere ad spiritum...
„Nihil tamen interest in Scripturis divinis,
„utrum charitas dicatur, an amor, vel dile-
„ctio. . . . Sic ergo, quæcunque de charita-
„te scripta sunt, quasi de amore dicta suscipe,
„nihil curans de nominibus; eadem namque
„in utroque virtus ostenditur; nam memini
„aliquem Sanctorum dixisse Ignatium nomine
„de Christo: *meus autem amor crucifixus est*: nec
„reprehendi eum pro hoc dignum judico. . . .
„Hunc ergo amorem cœlestem loquitur præ-
„sens Scriptura, quo erga Verbum Dei anima
„beata utitur, & inflammatur, & istud epi-
„thalamii carmen per spiritum canit, quo Ec-
„clesia sponso cœlesti Christo conjungitur, &
„socia-

S. Ignatii epist. ad Rom.

"sociatur, desiderans misceri ei per Verbum, "ut concipiat ex eo, & salvari possit per ca- "stam filiorum generationem, cum permanse- "rint in fide, & sanctitate cum sobrietate, ut- "pote concepti ex semine quidem verbi Dei, "editi vero, genitique vel ab immaculata Ec- "clesia, vel ab anima nihil corporeum requi- "rente, sed solo Verbi Dei amore flagrante.

4. *Secundo* tentemus, quid illud sit, quod, *Cur Canticum tertio loco ponatur.* "cum tria volumina Ecclesia Dei a Salomone "conscripta susceperit, primus ex ipsis Prover- "biorum liber positus sit: secundus is, qui Ec- "clesiastes appellatur: tertio vero in loco Can- "tici Canticorum volumen habeatur. Respon- "detur: Salomon tres generales disciplinas, "moralem seu Ethicam, naturalem seu Physi- "cam, & inspectivam divina, & cœlestia con- "templantem distinguere volens, tribus eas li- "bellis edidit suo ordine aptatis. Primo ergo "in Proverbiis moralem docuit locum succin- "ctis sententiis vitæ instituta componens: se- "cundam vero seu naturalem comprehendit in "Ecclesiaste, in quo multa de rebus naturali- "bus differens, & inania, ac vana ab utilibus, "necessariisque secernens, relinquendam vani- "tatem monet, & utilia, rectaque sectanda. "Inspectivum quoque locum in Cantico Canti- "corum tradidit, in quo amorem cœlestium, "divinorumque desiderium incutit animæ sub "specie animæ, ac sponsi, charitatis, & amo- "ris viis perveniendum docens ad consor- "tium Dei. Neque ab eo rationalis locus (*seu* "*Logica*) abjectus est; nam distinguit scientiam

„a ſapientia, & a ſapientia diſciplinam, & in„tellectum verborum aliud ponit, & pruden„tiam dicit in eo eſſe, ut excipere quis poſſit „verborum verſutiam. . . . Si quis ergo pri„mum locum in emendandis moribus, man„datisque ſervandis, qui per Proverbia deſig„natur, implevit: (poſt hæc autem deprehen„ſa vanitate mundi veniet in hoc, ut renun„tiet mundo, conſequenter veniet etiam ad „contemplanda, & deſideranda ea, quæ non „videntur, & æterna ſunt. Ad quæ tamen „ut pervenire poſſimus, indigemus divina mi„ſericordia, ſi forte valeamus perſpecta pul„chritudine verbi Dei ſalutari in eum amore „ſuccendi; ut & ipſe dignetur hujusmodi ani„mam diligere, quam deſiderium ſui habere „perſpexit.

Cur Canticum Canticorum vocetur.

5. „*Tertio* exigit nos conſequentia ſermo„nis dicere etiam de ſuperſcriptione ipſa Can„tici Canticorum. Nunc ergo requiramus „primo, quæ ſint Cantica, quorum Cantico„rum hoc eſſe Canticum dicitur. Puto ergo, „quod Cantica ſint illa, quæ dudum per Pro„phetas, & Angelos canebantur. Lex enim „dicitur per Angelos miniſtrata in manu Me„diatoris. Illa ergo omnia, quæ per eos an„nuntiabantur, Cantica erant per amicos ſponſi „præcedentia; iſtud autem unicum eſt, in quo „ſponſa ſponſi præſentis audire verba deſiderat; „unde & omnibus Canticis merito præfertur; „reliqua enim ſunt ſponſæ parvulæ, hæc ad„ultæ, & perfectæ, ſponſo ſponſam ſuam ſu„ſcepturo epithalamii ſpecie canendum. . . .

„Sed

,Sed ad hoc Canticum mysticum non poterit quis pervenire, nisi prius ambulet per ,siccum in medio mari, & cantet Canticum ,Moysi: *Cantemus Domino &c. Exod.* 15. Deinde venerit ad puteum aquam vivam continentem, & cantet Canticum: *Initiate ei puteum &c. Num.* 21. Post illud Canticum venitur ad Deuteronomii Canticum: *Attende cælum &c. Deut.* 32. Quartum Canticum canitur post victoriam a Debbora, & Barach ,cantatum: *Exurge, exurge Debbora &c. Jud.* ,5. Quintum post hæc Canticum est 2. *Reg.* ,22. *v.* 2. *sqq.* quando Dominus David liberavit de manu inimicorum suorum. Sextum ,est Canticum 1. *Par.* 16. *v.* 8. *sqq.* quod simile est Psalmo 104. & 95. Septimo loco ponendus videtur hic liber Cantici Canticorum.

Salomon in suis libris variis titulis effertur.

6. „Porro in primo Proverbiorum libro, ,cum nos moralibus instituit disciplinis, Salomon filius David rex dicitur in Israel, qui ,typum Christi gerit, necdum vero in Hierusalem, quia, etsi Israel dicamur propter ,fidem, non tamen in hoc perventum est, ,ut ad Hierusalem cœlestem pervenisse videamur. Ubi vero profecerimus, & Hierusalem ,cœlestem discussis priscis, & naturalibus causis matrem nostram cognoscamus esse cœlestem: tunc jam nobis Christus Ecclesiastes ,efficitur, & non solum in Israel, sed & in ,Hierusalem regnare dicitur. Cum vero ad ,perfectionem omnium ventum fuerit, & sponsa perfecta rationalis creatura jungetur, ut ,in hoc libro Cantici Canticorum, Salomoni

 „tan-

Quid ubera, & unguenta significent n. 2.

2. „Sponsa ubi adesse vidit eum, pro quo „orabat, ut adesset, & adhuc loquenti sibi „præstitum, quod orabat, ac data sibi ab eo „oscula, quæ poposcerat, læta pro hoc red- „dita, & decore uberum, ac fragrantiæ ip- „sius odore permota sermonem convertit ad „præsentiam sponsi, & ad eum dicit: *Bona „ubera tua super vinum, & odor unguentorum „tuorum super omnia aromata. v. 2. 3.* Hæc „secundum historicam intelligentiam. Nunc „vero quid intellectus interior habeat, requi- „ramus. . . . In uberibus principale cordis „intelligamus, ut tale videatur, quod dicitur „Cor tuum, o sponse meus! id est, dogmata, „quæ intra te sunt, vel doctrinæ gratia su- „perat omne vinum, quod cor hominis læ- „tificare solet. . . . Videns ergo nunc mul- „tam esse eminentiam dogmatum, & scien- „tiæ apud sponsum, & longe ex eo perfe- „ctiorem, quam fuit apud antiquos, emanare „doctrinam, dicit: bona sunt ubera tua super „vinum, super illam scilicet doctrinam, qua „lætificabar ab antiquis. . . . Sed & si ter- „tiam expositionem de anima perfecta, & „Verbo Dei sentire debeamus, possumus di- „cere, quia quis, donec parvulus est, & non- „dum semetipsum ex integro obtulit Deo, bi- „bit vinum, quod affert ager ille, qui habet „intra se thesaurum absconditum, & bibens „lætificatur ex vino. Cum autem devoverit „semetipsum Deo, ac Nazaræus fuerit effe- „ctus, & invenerit thesaurum absconditum, „& ad ipsa ubera, fontesque pervenerit Ver- „bi Dei, vinum, & siceram jam non bibet, „dicens

dicens ad ipſum Dei Verbum de his theſauris, qui in ipſo ſcientiæ, & ſapientiæ reconditi ſunt: *Bona ſunt ubera tua ſuper vinum.*

3. „Sunt autem etiam unguenta quædam ſponſi, quorum fragrantia delectata eſt ſponſa, & dicit: *Odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Aromata ſpecies ſunt pigmentorum. Sponſa autem habuit quemdam uſum, & notitiam aromatum, hoc eſt, verborum legis, & Prophetarum, quibus ante adventum ſponſi, mediocriter licet, inſtrui tamen videbatur, & exerceri ad cultum Dei utpote parvula: ſed ubi venit plenitudo temporum, & adolevit, atque Unigenitum ſuum Pater Spiritu ſancto unctum miſit in hunc mundum, odorata ſponſa divini unguenti fragrantiam, ſentiensque, quod illa omnia aromata, quibus prius uſa videbatur, longe inferiora ſint, ait: *Odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata*. . . . Simili autem expoſitione utimur, etiam ſi ad unamquamque animam in amore, & deſiderio Verbi Dei poſitam transferatur hic ſermo, cui fuerint omnes doctrinæ per ordinem decurſæ, in quibus ante agnitionem Verbi Dei videtur erudita, ſive ex moralibus deſcendentes, ſive ex naturalibus ſcholis; erant enim ei omnia iſta aromata quædam: ſed ubi ad agnitionem myſteriorum, & divinorum dogmatum ſcientiam ventum eſt, merito dicit: *Odor unguentorum tuorum*, ſpiritualis ſcilicet intelligentia, & myſtica, *ſuper omnia aromata* moralis, naturaliſque Philoſophiæ. *Quid unguenta.*

4. „*Un-*

„na. . . Habet autem & ſponſa ſuum cubicu-
„lum, quod monetur claudere, & concluſis
„omnibus divitiis ſuis intra illud orare eum,
„qui videt in abſcondito, quantas opes, ani-
„mi ſcilicet virtutes, ſponſa condiderit, ut
„videns det ei petitiones ſuas. Quod autem
„ait: *Exultemus, & jocundemur in te.* Vide-
„tur ex perſona adoleſcentularum dici peten-
„tium a ſponſo, ut & ipſæ ſuum implere
„curſum, & pervenire ad regis cubiculum
„mereantur, ac etiam ipſæ exultent, & jo-
„cundentur in eo. Vel etiam ad ſponſam
„poteſt dictum videri ab adoleſcentulis con-
„gratulantibus ei, & petentibus, ut partici-
„pes fiant exultationis ejus. Perguntque ado-
„leſcentulæ „ quæ necdum ſummam perfectio-
„nis acceperant: *Diligemus ubera tua ſuper vi-*
„*num*, id eſt, nos quidem nondum in id per-
„fectionis aſcendimus, ut jam diligamus ube-
„ra tua ſuper vinum, gerimus tamen ſpem
„in id ætatis proficere, quo poſſimus non ſo-
„lum paſci ex uberibus Verbi Dei, ſed &
„diligere alentem. *Æquitas dilexit te.* v. 4.
„Etiam hoc mihi videntur adoleſcentulæ pro-
„loqui velut incuſantes ſemetipſas, quaſi quæ
„nondum abjecta omni iniquitate pervenerint
„ad æquitatem, ut poſſint jam diligere ſuper
„vinum ubera ſponſi. Quia ergo ſumma per-
„fectionis in charitate conſiſtit, charitas au-
„tem nihil iniquitatis admittit, ubi autem ni-
„hil iniquitatis eſt, ibi ſine dubio eſt æqui-
„tas, merito æquitas eſſe dicitur, quæ dili-
„git ſponſum. . . . Poſſumus autem etiam
„ſic accipere, ut videatur ſimile eſſe, quod
„dixit:

„dixit: *æquitas dilexit te*, ac si dixisset: justitia „dilexit te, & veritas, & sapientia, & singu„læ quæque virtutes.

LIBER II.

Ecclesia quomodo nigra, & formosa.

1. „*Fusca vel nigra sum, & formosa filiæ Hie„rusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles „Salomonis. Cant.* 1. *v.* 5. Rursus in hoc perso„na sponsæ loquentis introducitur non ad ado„lescentulas, sed ad filias Hierusalem, quæ „derogaverant fœditati ejus, & dicit: fusca „quidem sum vel nigra, quantum ad colorem „spectat, formosa vero, si quis interna mem„brorum lineamenta perspiciat; nam & taber„nacula Cedar, quæ est gens magna, nigra „sunt, & pelles Salomonis nigræ sunt, nec „tamen tanto regi visa est indecora nigredo. „Hæc continet historicum drama. Sed redea„mus ad ordinem mysticum. Hæc sponsa Ec„clesiæ personam tenet ex gentibus congrega„tæ: filiæ vero Hierusalem sunt animæ prop„ter electionem Patrum charissimæ, inimicæ „autem propter Evangelium, quæ videntes „Ecclesiam ex gentibus quamvis pro eo igno„bilem, quod generositatem sibi Abraham &c. „non possit adscribere, obliviscentem tamen „populum suum, & usque ad Christum ve„nientem spernunt eam, quod sponsa sentiens „respondet: nigra sum quidem pro eo, quod „non descendo de stirpe clarorum virorum, „neque illuminationem Moysi legis accepi, ha„beo tamen pulchritudinem meam mecum; „nam & in me illud primum est, quod ad ima-

„ginem Dei in me factum est, nunc accedens
„ad Verbum Dei recepi speciem meam. Quam-
„vis enim pro coloris obscuritate compare-
„tis me tabernaculis Cedar, & pellibus Sa-
„lomonis, tamen & Cedar ex Ismaele natus
„est, qui non fuit expers divinæ benedictio-
„nis, & pelles Salomonis sunt pelles taber-
„naculi Dei. Quomodo non meministis, quid
„passa sit Maria, quæ derogavit Moysi, cum
„Æthiopissam nigram accepisset uxorem. Ego
„sum illa Æthiopissa, ego sum nigra quidem
„pro ignobilitate generis, formosa vero prop-
„ter pœnitentiam, & fidem; suscepi enim in
„me Verbum carnem factum, & facta sum
„formosa: cujus figura etiam habetur in Re-
„gina Saba. 3. *Reg.* 10. Item *Ps.* 77. *v.* 30. So-
„phon. 1. *v.* 8. *sqq.* Jer. 38. *v.* 6. *sqq.* & *c.* 39. *v.*
„15. *sqq.* ... Potest autem & de unaqua-
„que anima, quæ post peccata plurima con-
„vertitur ad pœnitentiam, dici, quod nigra
„quidem sit pro peccatis, formosa propter
„pœnitentiam, & fructus pœnitentiæ. Deni-
„que & de hac ipsa, quæ nunc dicit, nigra
„sum, quia non in finem in nigredine ista
„permansit, post hæc dicunt ipsæ filiæ Hie-
„rusalem: *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata?*
„*Cant.* 8. *v.* 5.

Animæ denigratæ causa. 2. „Pergit sponsa: *Ne videatis me, quoniam*
„*infuscata sum ego, quia despexit me sol. Cant.*
„1. *v.* 6. Dicit ergo nunc ad filias Hierusa-
„lem pro nigredine sua satisfaciens: non pu-
„tetis, quod naturalis est ista nigredo, sed
„scitote, quoniam despectu solis est facta; sol
„enim

„enim justitiæ, quia me non invenit recte
„stantem, nec ipse in me rectos direxit lu-
„cis suæ radios; ego enim sum populus gen-
„tium, qui prius non aspexi ad solem justi-
„tiæ, & ideo ille me despexit propter incre-
„dulitatem, & inobedientiam meam. Cum
„vero recte stetero in omnibus justificationi-
„bus ejus, reddetur mihi lux mea, & splen-
„dor meus. . . . Et ideo festinandum est
„ad vias rectas, & standum in semitis virtu-
„tum, ne forte sol justitiæ rectus incedens,
„si nos obliquos stare inveniat, & perversos,
„despiciat nos, & inveniamur denigrati; in
„quantum enim incapaces fuerimus lucis, in
„tantum tenebris, & nigredini dabimus lo-
„cum. . . . Sed & hoc, quod admonuit
„præsens locus, indiscussum non omittamus,
„quia sol duplicis videtur esse virtutis, unius,
„qua illuminat, alterius, qua adurit, sed pro
„materiis subjacentibus aut illuminat aliquid
„luce, aut obdurat calore. Sic obduravit cor
„Pharaonis, illuminavit populum Israel; quip-
„pe justos illuminat, peccatores vero non il-
„luminat, sed adurit: quoniam & ipsi oderunt
„lucem, quia male agunt.

3. „Adhuc ipsa sponsa dicit: *Filii matris* *Apostoli custodes Ecclesiæ.*
„*meæ dimicaverunt in me*, non contra me,
„*posuerunt me custodem in vineis*, *vineam meam*
„*non custodivi*. *Cant.* 1. *v.* 2. Hæc est propo-
„siti dramatis fabula. . . . Mystice possumus
„& Apostolos Christi accipere filios matris
„sponsæ, hoc est, Hierusalem filios cælestis,

„qui pugnaverunt prius in ista, quæ ex gen„tibus congregatur, ut vincerent in ea illos, „quos prius habuit infidelitatis, & inobedien„tiæ sensus, & elationem extollentem se ad„versus scientiam Christi. 1. *Cor.* 10. *v.* 4. Ubi „vero ea effugaverunt, consignant ei custo„diam vinearum, id est, volumina legis, ac „Prophetarum, sed & Evangelistarum, & „Apostolorum scripta. Quod vero ait: quia „suam propriam vineam non custodierit, illam „possumus eruditionem dicere, qua unusquis„que exercebatur ante fidem, quam sine du„bio credens Christo reliquit, & ea, quæ sibi „lucra videbantur, ducit propter Christum de„trimenta. . . . Quodsi etiam tertium expla„nationis locum placet exequi, referamus „hæc ad unamquamque animam, quæ con„versa ad Deum, & fidem, patitur cogitatio„num pugnas, & obluctationes dæmonum, „revocare eam nitentium ad prioris vitæ ille„cebras, vel infidelitatis errorem. Sed ne „hoc fiat, prospexit divina providentia dare „Angelos propugnatores, qui etiam bene ma„tris cœlestis Hierusalem filii vocantur: quod „vero ait: *vineam meam non custodivi*, instituta „illa, ac mores, ac propositum, in quo exer„cebatur secundum veterem hominem vivens, „indicare videtur, laudabiliter a se non esse „servata.

Sponsi divini habitatio. 4. „*Annuntia mihi, quem dilexit anima mea,* „*ubi pascis, ubi cubile habes in meridie, ne forte* „*fiam sicut adoperta super greges sodalium tuo-* „*rum. Cant.* 1. *v.* 7. Sponsa hos nunc ultimos „ser-

„sermones ad sponsum facit, requirens ab eo, „ubi pascat in meridie, & ubi colloCet gre„gem, verens, ne, dum requirit eum, incur„rat in loca, ubi sodales sponsi locatos per me„ridiem greges servant. Hic est dramatis quasi „historicus ordo. Nunc autem requiramus in„telligentiam mysticam. Dominus est hic „sponsus, sodales vero ejus Angeli; greges so„dalium sponsi sunt gentes cunctæ, quæ velut „pecora sub Angelis pastoribus constitutæ sunt, „grex vero sponsi sunt oves, quæ vocem ejus „audiunt. Competenter igitur sponsa uniuscujusque sodalium gregem sponsam adopertam, & nullius pudoris nominavit: sed quoniam certa erat, quod super omnes illas ipsa esset, non vult similis videri alicui earum. Sed & optima ovibus pascua, & viridantia, & opaca nemora ad requiem meridiani æstus requirit, quæ apud sodales sponsi non inveniuntur, cupiens tempus illud, quo copiosius mundo lumen infunditur. . . . Novo autem nunc nomine sponsa appellavit sponsum, Pastorem vocans, de quo Propheta dicit: *Dominus regit*, velut alii, *pascit me*, *& nihil mihi deerit &c. Ps.* 22. *v.* 1. *sqq.* Et qui in Evangelio dicit: *Ego sum ostium &c. Joan.* 10. *v.* 9. *sqq.* Hunc ergo nunc sponsa percontatur, ut ab eo audiat, in quibus pascuis agat, vel in quibus amœnitatibus meridianos procuret æstus, meridiem appellans illa cordis secreta, quibus clariorem scientiæ lucem a Verbo Dei anima consequitur. . . . In præsenti igitur loco illuminari sponsa desiderat pleno scientiæ lumine, ne per imperitiam er-

 „rans

„rans in aliquo similis efficiatur illis Doctorum
„scholis, quæ non per ipsam Dei sapientiam,
„sed per Philosophorum, & Principum hujus
„mundi exercentur. Ob hoc requirit sponsa
„Christi meridiana cubilia, & plenitudinem
„scientiæ. Poscit a Deo, ne videatur esse
„sicut una ex Philosophorum scholis, quæ
„adoperta nominatur, pro eo, quod plenitu-
„do veritatis apud eos tecta est, & adoperta.
„Sponsa autem Christi dicit: *Nos autem re-
„velata facie gloriam Dei speculamur.* 2. *Cor.* 3.
„*v.* 18.

Cognitio sui ipsius, & quomodo acquirenda.

5. „*Nisi cognoveris te o bona*, sive *pulchra*
„*inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum,*
„*& pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum.*
„*Cant.* 1. *v.* 8. Id est, nisi agnoveris pulchri-
„tudinis tuæ causas inde descendere, quod
„ad imaginem Dei facta es, jubeo te exire,
„& in ultimis gregum vestigiis collocari, &
„hædos pascere, illos scilicet, qui pro pra-
„vitate, & lascivia a sinistris statuti sunt Re-
„gis in judicio præsidentis, & ostendam tibi,
„quæ sunt ultima mala; si enim in igno-
„rantia tui vixeris, nec tabernaculum pro-
„prium habebis, sed per tabernacula pasto-
„rum discurres, & nunc in illius taberna-
„lis pastoris pasces hædos, animal vagum,
„& peccatis deputatum. Hæc autem pa-
„tieris, donec ipsis experimentis intelligas,
„quantum malum sit, animam nescire seip-
„sam. Hæc sponsus austera comminatione
„sponsæ animos ad agnitionis suæ curam su-
„scitans per ordinem propositi dramatis dicit

„Se

„Sed nunc consequenter ad Christum hæc &
„Ecclesiam referamus, qui ad sponsam suam,
„animas credentium, loquens summam salu-
„tis in suimet agnitione constituit. Videtur
„autem mihi duplici modo agnitionem sui
„animam capere debere, scilicet, quid sit in
„substantia, & quid in affectibus habeat, ut
„puta, si intelligat, si boni affectus sunt,
„aut non boni, & an boni erga omnes vir-
„tutes eumdem tenorem habeant tam in in-
„telligendo, quam in agendo: an augeatur
„in intellectu rerum, augmentoque virtutum,
„an aliis etiam aliquid utilitatis conferre stu-
„deat vel in verbo doctrinæ, vel in exemplis
„gestorum. Si vero cognoscat, semetipsam
„non esse boni affectus, scire debet, an quæ
„operatur mala, ex affectu, & studio opere-
„tur, an fragilitate quadam: si gloriæ mul-
„tum cupida sit, aut parum, aut omnino ni-
„hil: si quod tribuit, communicabili affectu
„præbeat, an vero ex tristitia, aut necessitate,
„aut certe gratiam ab accipientibus, vel au-
„dientibus quærens, & an indifferenter ha-
„beat ea, quæ accipit; an velut super aliquo
„bono gaudeat, an intellectum ejus facile
„commoveat cujuscunque verisimilitudinis au-
„ditio, vel sermonum suavitas, vel calliditas,
„Si ergo in his, & aliis, inquit sponsus, non
„te cognoveris, sed indifferenter, ut commu-
„ne vulgus, egeris, esto in reliquo grege,
„& non solum in grege, sed in vestigiis gre-
„gum; ultimus enim fiet, qui primatus suos
„non intellexerit, & quia scientiam ne-
„glexit, necesse est, ut circumferatur omni

„vento doctrinæ ad deceptionem errorum, ita „ut modo apud illum pastorem, id est, docto-„rem verbi tabernaculum ponat, nunc vero „apud alium, & sic ubique circumferatur pa-„scens hædos, seu lascivos, & inquietos sen-„sus. Hæc est una species, qua intelligere „semetipsam anima in affectibus, & actibus „suis debeat. Altera pars profundior est, „qua jubetur anima agnoscere semetipsam, „quæ sit ejus substantia, an sit incorporea, „creata, & quando &c. Nam nisi per ista ani-„ma semetipsam cognoverit in Verbo Dei, & „lege divina, continget ei, de his singulis „opiniones colligere diversorum, & sequi ho-„mines nihil ex Spiritu S. locutos, & exire „in vestigiis gregum.

Anima Deo conjuncta vincit diabolum.

6. „*Equitatui meo in curribus Pharaonis si-„milem te arbitratus sum proxima mea. Cant.* 1. „*v.* 9. Historicus sensus hoc videtur ostendere. „Sicut in Ægypto Domini mei sponsi equitatus „longe præcellebat currus Pharaonis, utpote „qui eos in mare demerserit, ita & tu proxi-„ma mea sponsa præcellis omnes mulieres, si-„milis effecta equitatui meo. Videamus au-„tem, ne forte secundum intelligentiam my-„sticam animas sub spirituali Pharaone, & spi-„ritalibus nequitiis positas currus dicat esse „Pharaonis, quas ipse ducit ad persequendum „populum Dei, vel Ecclesiam Dei. . . . Equi-„tatus autem Domini sunt illæ animæ, quæ „frænum disciplinæ ejus accipiunt, & jugum „portant suavitatis ejus, & quæ spiritu Dei „aguntur, & in hoc est eis salus. . . . In cur-

„ribus

ribus ergo Pharaonis vel ita possumus acci-
pere, ut quantum Domini equitatus currus Pharaonis præcellit, tantum tu sponsa vincis reliquas animas, quæ adhuc jugum Pharaonis portant: vel certe quod equitatus hic meus lavacro aquæ mundatus, & candidus factus Verbum Dei habens sessorem, ex curribus Pharaonis, seu peccatoribus assumptus est, cui equitatui meo similem te arbitror proxima mea.

7. „*Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ tamquam turturis, cervix tua sicut redimicula. Cant.* 1. *v.* 10. Posteaquam austeriore usus est comminatione sponsus ad sponsam, erubuit illa super austeritate præcepti, sed & rubor verecundiæ diffusus in vultu speciosas effecit genas ejus, sed & cervix ejus tam decora est reddita, quasi monilium redimiculis adornata: pulchritudo vero genarum turturibus comparatur, quod per hujusmodi aves simul honestas vultus, & alacritas indicetur. Hæc est historici dramatis explanatio. Sed veniamus ad rem. Si audias sponsæ membra nominari, Ecclesiæ membra dici intellige, in quibus sicut alii oculi pro scientiæ lumine, alii aures pro audiendo verbo doctrinæ, alii manus pro religiosis ministeriis, ita alii genæ ejus appellantur, qui castitatis, & pudicitiæ excolunt honestatem. Pro his ergo ad omne corpus sponsæ dicitur: *quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ*, scilicet, postquam sponsus mundavit sibi ipsi Ecclesiam suam lavacro aquæ: quæ tamen genarum species, id est, castita-

Castitas laudatur.

„tis, turturibus comparatur; turturum enim „ferunt hujusmodi naturam esse, ut neque „masculus praeter unam fœminam, nec fœmi„na plusquam unum patiatur marem, ita ut „si accidat altero intercepto superesse alterum, „pariter cum conjuge extinctus sit ei concubi„tus amor. . . . Cervix sponsae similiter illa „intelligi debent animae, quae Christi jugum „suscipiunt. Obedientia ergo ejus cervices „ejus appellantur, quae speciosae factae sunt „sicut redimicula; quam enim prius praevari„cationis inobedientia turpem fecerat, nunc „obedientia fidei fecit speciosam: redimiculum „autem & monile cervicis Ecclesiae obedientia „Christi est; nam & cervix Ecclesiae similis „effecta est obedientiae Christi, quod est mo„nile cervicis.

Angelorum cura circa homines.

8. „*Similitudines auri faciemus tibi cum distin„ctionibus argenti, quoadusque rex sit in recubitu „suo. Cant.* 1. *v.* 11. Videntur haec amici vel „sodales sponsi ad sponsam locuti, qui secun„dum intelligentiam mysticam aut Angeli vel „Prophetae aut Patriarchae possunt intelligi. „Antequam ergo tempus adventus Christi ad„esset, in multis Angelorum ministerio exco„lebatur sponsa, qui apparebant hominibus, „& loquebantur, quae res poscebat & tempus: „non enim tu mihi ex adventu Salvatoris in „carne sponsam dici, aut Ecclesiam putes, sed „ab initio humani generis. Unde & Apostolus „dicit, aedificari Ecclesiam non solum super „Apostolorum fundamentum, sed etiam Pro„phetarum: inter Prophetas autem numeratur

Origo Ecclesiae ab initio mundi.

„&

,& Adam, quia magnum mysterium prophe-
,tavit inter Christum & Ecclesiam. *Gen.* 2.
,*v.* 24. *Et Eph.* 5. *v.* 32. . . . Hi ergo sodales
,sponsi sponsæ adhuc parvulæ non aurum, sed
,similitudines auri se facere promittunt, &
,distinctiones, & parva velut puncta argenti;
,Lex enim per angelos disposita umbram ha-
,bebat futurorum bonorum, & similitudo
,auri fuit, non verum aurum: quia hoc in
,illis, quæ incorporea sunt, & invisibilia, &
,spiritalia intelligitur. . . . Igitur similitudi-
,nes fecerunt sponsæ amici ejus, ut ex illis
,provocata veri auri desiderium caperet. . . .
,Sunt tamen in his & parvæ quædam distin-
,ctiones argenti, indicia scilicet spiritalis sen-
,sus & interpretationis rationabilis, licet val-
,de rara & exigua; ante adventum namque
,Domini vix sicubi Prophetarum aliquis pa-
,rum quid occulti sermonis aperuit: ubi vero
,Salvator noster D. Jesus Christus advenit, in
,passione ejus indicium datum est, quod ea,
,quæ arcana erant, in lucem proferrentur. . . .
,Hæc ergo, quæ per amicos sponsi facta est,
,similitudo auri cum distinctionibus argenti,
,non in sempiternum mansura promittitur,
,sed *usquequo rex sit in recubitu suo.* Cum enim
,recumbens dormierit, & post hæc resurrexe-
,rit a mortuis, siqui fuerint conformes resur-
,rectionis ejus, jam non in similitudine auri
,manebunt, id est, rerum temporalium cultu,
,sed aurum verum percipient, credentes &
,sperantes non quæ in terris sunt, sed quæ in
,cœlis, ubi Christus est in dextera Dei sedens.
,Audient enim, quod agnus Paschæ Salvator

,,est,

„eſt, aliaque innumera ex reſurrectione ejus
„patebunt. . . . Quodſi ad unamquamque
„animam referatur expoſitio, videbitur, quod
„donec parvula eſt anima & imperfecta, &
„ſub tutoribus, ſive Doctoribus Eccleſiæ, ſive
„Angelis poſita, ſimilitudines auri fiunt ei,
„cum non ſolidis alitur Verbi Dei cibis, ſed
„ſimilitudinibus parabolis & exemplis docetur,
„& fiunt ei parvulæ diſtinctiones argenti: ape-
„riuntur enim interdum & his, qui imbuun-
„tur, parva aliqua & rara de ſecretioribus
„myſteriis, ut deſiderium concipiant majorum,
„neque enim deſiderari quid poteſt, ſi penitus
„ignoretur. . . . Hæc autem fieri convenit,
„*usquequo rex ſit in recubitu ſuo*: id eſt, usque-
„quo in id proficiat hujusmodi anima, ut ca-
„piat regem, & habeat recumbentem in ſe-
„metipſa: habet enim Rex, qui eſt ſermo
„Dei, in illa anima, quæ jam ad perfectum
„venerit, recubitum ſuum, ſi tamen in ea non
„ſit aliquod vitium, ſed plena ſit ſanctitate,

dus dedit odorem suum, cum corpus contigit sponsi, ut non tam ille ex nardo odorem, quam nardus ex ipso sumpsisse videatur. Vel si legatur *odorem ejus*, ita ut nardus, qua unctus est sponsus, ipsius sponsi odorem ceperit, & ad sponsam reportaverit. Hæc habet historici dramatis explanatio. Sed veniamus jam nunc ad intelligentiam spiritalem. Ponamus hic sponsam Ecclesiam in persona Mariæ afferre libram unguenti nardi pistici pretiosi, & ungere pedes Jesu, & detergere capillis suis, *Joan*. 12. & recipere quodammodo per crinem capitis sui unguentum virtute corporis ejus infectum, & Christi fragrantiam, & dicere, quia nardus mea missa est in corpus Christi, reddidit odorem ejus: scilicet gratiam recepi Spiritus S. & spiritalis doctrinæ fragrantiam.

10. „*Alligamentum guttæ fratruelis meus mihi in medio uberum meorum manebit, vel commorabitur*. *Cant*. 1. *v*. 13. Ejusdem adhuc verba sunt sponsæ ad adolescentulas, ut videtur, loquentis; cum enim per unguentum, quo unxerat sponsum, odoris fragrantiam recepisset, ait: fraternus meus guttam mihi redolet, & mansionem suam facit in medio uberum meorum, seu pectoris mei. . . . Porro fraternus appellatur fratris filius. Possumus autem dicere, sponsam quidem ex gentibus esse Ecclesiam, fratrem vero ejus priorem populum, & quidem fratrem seniorem: quia ergo ex illo populo Christus secundum carnem nascitur, ob hoc ab Eccle- *Gutta sponsi quid?*

„sia

„sia gentium fratris filius appellatur. Quod „ergo ait: *Alligamentum guttæ fraternus meus* „*mihi*: Nativitatis ejus indicat Sacramentum, „videtur enim alligamentum esse animæ cor„pus, quod in Christo gutta divinitatis ac „suavitatis astringitur. Si autem ad unam„quamque animam dicta referantur, alliga„tura guttæ dogmatum continentiæ constri„ctio, ac divinarum sententiarum nodositas „intelligitur: innexæ enim sibi sunt invicem „fidei rationes, & vinculis veritatis astrictæ... „Hanc ergo alligaturam sponsa in medio ube„rum, seu principali cordis sui, desiderii sui „vinculis alligatum tenet, & astrictum, ut pos„sit odorem fragrantiæ ejus & suavitatis acci„pere.

Profectus in spiritu successive fit. II. „*Botrus Cypri fraternus meus mihi. Can*„*tic.* I. *v.* 14. Historicus hujus loci sensus spon„sæ ad adolescentulas loquentis est: fraternus „meus est mihi *Botrus Cypri ex vineis Engadi*, „superans omne, quidquid est in odoribus & „floribus suavitatis. . . . Sed videamus, quid „spiritalis habeat intellectus. Verbum Dei „vitis vera est, quæ his, quibus efficitur sa„pientia, non ad subitum maturos botros pro„ducit, nec repente suave vinum efficitur: „sed primo producit eis tantummodo suavita„tem odoris, ut post hæc pati possint acerbi„tatem tribulationum & tentationum, quæ „propter verbum Dei credentibus excitantur, „& ita demum maturitatis ejus dulcedinem „præbet, usque dum perducat eos ad torcula„ria, ubi effunditur sanguis uvæ, sanguis no„vi Testamenti, qui bibitur in die festo in su„perio

perioribus seu cœlestibus. Sic ergo per singulos hos profectus graduum incedere oportet eos, qui per Sacramentum vitis & botrum Cypri initiati ad perfectionem feruntur, & calicem novi Testamenti a Jesu susceptum bibere contendunt.

LIBER III.

„ *Ecce es speciosa proxima mea, ecce es speciosa, oculi tui columbæ. Cant.* 1. *v.* 15. Secundo jam sponsus cum sponsa in colloquio miscetur, & speciosam profitetur eam non sicut prius in mulieribus tantum, sed quasi proximam sibi, etiamsi contingat ei absentem esse; hoc enim indicatur in eo, quod, cum dixisset: *ecce es speciosa proxima mea*, addit post hæc sine ulla adjunctione: *Ecce es speciosa*. Sed in superioribus non laudaverat visum ejus, credo, quia nondum ad intuitum profecerat spiritalis intelligentiæ; nunc ergo ait: *Oculi tui columbæ*. Ob hoc profecto, quia divinas scripturas non jam secundum litteram, sed secundum spiritum intelligit, & aspicit in eis spiritalia mysteria: columba enim indicium est Spiritus S. . . . Potest adhuc profundiore fortassis Sacramento, quod dixit: *Ecce es speciosa proxima mea*, intelligi de præsenti sæculo dictum; quia speciosa quidem sit & hic Ecclesia, cum proxima est Christo, & eum imitatur. Quod vero iteravit, & dixit: *Ecce es speciosa*: potest ad futurum sæculum pertinere, ubi jam non solum imitatione, sed ipsa sui perfectione formosa

Sponsa speciosa oculi columbarum quid?

„mosa est & speciosa, ut ibi dicat oculos ejus „esse columbae, ut oculorum duorum columbae duae intelligantur esse Filius Dei, & Spiritus Sanctus.

2. „*Ecce es bonus fraternus meus, & quidem* „*es speciosus, cubile nostrum umbrosum. Cant.* 1 „*v.* 16. Nunc primum videtur attentius inspexisse sponsi sui pulchritudinem sponsa, & „consideraste illis oculis, qui columbae esse „dicti sunt, decus & speciem Verbi Dei. Commune autem cubile, quod sibi dicit esse cum „sponso, corpus hoc mihi videtur indicari animae, in quo adhuc posita digna habita sit „asciscí ad consortium Verbi Dei: idque umbrosum seu fructuosum, & densitate boni „operis nemorosum.

Ecclesiae tecta quid?

3. „*Tigna domorum nostrarum Cedri, trabes* „*nostrae cypressi. Cant.* 1. *v.* 17. Videtur a sponso „responderi ad gratiam eorum, quae dicta fuerunt prius a sponsa, quibus edocet eam, cujusmodi sint tecta ista communia. Haec habet historica narratio. Videtur autem Ecclesia describi a Christo, quae est domus spiritalis Filii Dei. 1. *Tim.* 3, *v.* 15. Tigna ejus „intelligere debemus cedros Dei esse eos, qui „Ecclesiam Dei contegunt, & esse aliquos horum validiores, qui trabes appellantur, scilicet, qui Episcopatum bene ministrant, & „secundo loco Presbyteros: & trabes quidem „dici cypressos, quibus & fortitudo robustior „& odor suavitatis inest, per quod & in operibus solidum, & in doctrinae gratia fragrantem designat Episcopum. Similiter autem

„&

„& tigna cedros appellavit, ut per hoc incor-
„ruptionis virtutis, & odoris scientiæ plenos
„designaret debere esse Presbyteros.

4. „*Ego flos campi, & lilium convallium:* *Christus flos campi &c.*
„*sicut lilium in medio spinarum, ita proxima mea*
„*in medio filiarum. Cant. 2. v. 1.* Hæc sponsus
„de semetipso, & de sponsa ad amicos ac so-
„dales suos loqui videtur. Sed secundum
„propositæ expositionis ordinem Christus hæc
„de Ecclesia loqui intelligendus est: qui in
„Judæorum populo flos fuit campi; sed quo-
„niam neminem ad perfectum adduxit lex,
„idcirco in illo non potuit Verbum Dei ad per-
„fectionem fructuum pervenire. In ista tamen
„convalle gentium effectus est lilium, in eo,
„quod vestivit eum Pater cœlestis vestimento
„carnis immaculatæ, & nulli prorsus peccato
„obnoxiæ. Ubi vero factus est in convallibus
„lilium, continuo etiam efficitur proxima ejus
„imitatione illius lilium, id est, unaquæque
„anima, quæ ei approximat, & exemplum
„ejus sectatur, lilium fit. Quod vero ait: *si-
„cut lilium in medio spinarum &c.* accipiemus
„de Ecclesia gentium dici, quod vel e medio
„infidelium, quasi ex spinis emerserit, vel pro
„hæreticorum circumstrepentium se morsibus
„in medio spinarum posita dicatur. Possumus
„autem & ad unamquamque animam id refe-
„rentes, huic quidem, quæ pro simplicitate
„sui campus dici potest, florem fieri Verbum
„Dei, & initia bonorum operum docere. His
„vero, qui profundiora quærunt, vel pro cla-
„ritate pudicitiæ, vel pro fulgore sapientiæ

„efficitur lilium, ut & ipsi fiant lilia erumpen-
„tia de medio spinarum, id est, fugientes co-
„gitationes, & sollicitudines saeculares.

Dulcedo Verbi divini.

5. „*Sicut arbor mali inter ligna silvae, ita*
„*fraternus meus inter medium filiorum. In umbra*
„*ejus concupivi, & sedi, & fructus ejus dulcis in*
„*faucibus meis*. *Cant.* 2. *v.* 3. Comparat sponsa
„sponsum arbori mali, vel graece meli, soda-
„les vero ejus reliquis arboribus silvae: sed ta-
„men sub umbra mali sedere concupivit, fru-
„ctum ejus dulcem in faucibus suis effectum
„asseverat, & sponsa ad adolescentulas loqui
„videtur. Sed secundum mysterium sicut ar-
„bor meli fructu suo odoratum, & gustum re-
„ficit, ita mensam suam nobis praeparat sa-
„pientia, in qua non solum panem vitae appo-
„nit, sed immolat carnes Verbi; & non miscet
„in cratere suo vinum, sed & mela odorata,
„& dulcia adhibet faucibus interioribus. Pos-
„sumus autem ligna silvae accipere eos ange-
„los, qui uniuscujusque haereseos auctores visi
„sunt extitisse. . . . Fraternus ergo sponsae,
„ut arbor meli, Ecclesia sponsi; caeteri vero
„haeresiarchae tamquam infructuosa ligna silvae
„in ignem mittendi. Igitur in hujus meli um-
„bra concupiscit sponsa, vel Ecclesia residere
„in protectione Filii Dei, vel anima refugiens
„reliquas doctrinas, & adhaerens uni soli Ver-
„bo Dei, dulcedinem fructus ejus percipit.

Vinum sapientiae.

6. „*Introducite me in domum vini. Cant.* 2.
„*v.* 4. Sponsae verba adhuc sunt, sed ad
„amicos sponsi diriguntur, a quibus videtur
„expo-

„exposcere, ut introducant eam in domum „lætitiæ, ubi vinum bibitur, & epulæ pa„rantur. Amici sponsi sunt Prophetæ, & „omnes, qui ministraverunt Verbum Dei ab „initio sæculi: ad quos recte vel Ecclesia „Christi, vel anima Verbo Dei adhærens di„cit, ut se introducant in domum vini, ubi „sapientia miscuit in cratere vinum suum.... „Istud est vinum ex illa vite vindemiarum, „quæ dicit: *Ego sum vitis vera. Joan.* 15. *v.* 1. „Ad hanc ergo domum vini Ecclesia, vel „anima unaquæque desiderat, quæ perfecta „est, intrare, & dogmatibus sapientiæ, my„steriisque scientiæ epularum velut suavitate, „& vini lætitia perfrui. Datur autem & con„trarium vinum, quo inebriantur hi, qui fal„sæ scientiæ dogmata perniciosa suscipiunt: „illud autem vinum, quod de vite vera pro„cedit, semper novum est; semper enim per „profectus discentium scientiæ, & sapientiæ „divinæ innovatur agnitio.

7. „*Ordinate in me charitatem. Cant:* 2. *v.* 4. „Ejusdem sponsæ ad eosdem, & Apostolos „Christi verba sunt, quæ hunc habent sen„sum. . . . Scilicet ordo charitatis, & men„sura hujusmodi est: v. g. Deum diligere nul„lus modus, nulla mensura, nisi hæc sola, „ut ei totum exhibeas, quantum habes; in „Christo enim Jesu diligendus est Deus ex „toto corde, & ex tota anima, & ex totis „viribus. Diligere vero proximum est men„sura aliqua: *Proximum*, inquit, *dilige*, *sicut* „*te ipsum*. . . . Porro secundum hoc, quod *Ordo, & mensura charitatis.*

„membra nostra invicem sumus, æqualem „erga omnes proximos habere dilectionem „conveniet: secundum hoc vero, quod sunt „aliqua membra honestiora, alia inhonestiora, „puto, quod pro membrorum meritis, & ho- „nore etiam dilectionis librari debeat modus. „Quare siquis v. g. laboret in Verbo Dei, at- „que animas nostras instruat, nonne multo „amplius alio proximo diligendus, qui horum „nihil egerit? Item si sit non habens quidem „docendi gratiam, sed tamen sanctæ vitæ vir, „videturne talis tibi in eodem charitatis ordi- „ne habendus, quo ille, qui nihil horum agit? „Jubemur item inimicos nostros diligere, sed „siquis mihi sit inimicus, in aliis tamen bene „agens, in aliquibus vero errans ut homo: & „siquis inimicus quidem sit nobis, & tamen & „animæ suæ inimicus paratus ad scelera, non- „ne tibi videtur etiam inter ipsos inimicos „quædam diversitas habenda charitatis? . . . „Item majori quidem cum honorificentia matri „deferenda est dilectio, sequenti vero gradu „cum quadam nihilominus reverentia etiam „sororibus: proprio vero, & sequestrato ab his „more charitas conjugibus exhibenda. Secun- „dum hæc etiam de patre, vel fratre, atque „aliis propinquis observabimus. Sed & inter „parentes fideles, & infideles, & fratres fide- „les, ac infideles, sororesque, poteftne fieri, „ut non erga hos singulos diversus ordo ha- „beatur charitatis? . . . Non solum a Pro- „phetis sponsa vult discere ordinem charitatis, „sed & omnes Sancti, qui de hac vita decef- „serunt, habentes adhuc charitatem erga eos,

Intercessio Sanctorum.

„qui

„qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam
„gerere salutis eorum, & juvare eos precibus
„suis, atque interventu suo apud Deum, non
„erit inconveniens; scriptum namque est in
„Machabæorum libris *l.* 2. *c.* 15. *v.* 14. *Hic* *Machabæorum libri.*
„*est Hieremias Propheta Dei, qui semper orat pro*
„*populo.*

8. „*Confirmate me in unguentis, stipate me in* *Charitas vulnerata quid.*
„*malis, quia vulneratæ charitatis ego sum. Cant.*
„2. *v.* 5. Posteaquam sponsa domum vini, lo-
„cumque convivii aspexit, admiratione stupens,
„& saucia postulat ab amicis sponsi, ut quasi
„deficiens sustentetur: & amoris vulnere per-
„cussa arborum solatia sectatur. Hæc secun-
„dum litteram. Secundum vero intelligen-
„tiam spiritalem sponsa, id est, Ecclesia Chri-
„sti confirmari se postulat, & reclinari super
„unam arborem meliam afferentem fructus
„bonos. . . . Stipatur ergo Ecclesia & inter
„melias, & super ipsas requiescit, quæ meliæ
„sunt illæ animæ, quæ quotidie innovantur
„ad imaginem ejus, qui creavit eas, in qui-
„bus suavissime deliciatur. Dum quis amore
„Dei arsit, dum scientiæ ejus amabili confixus
„est telo, ita ut diurnis eum desideriis, no-
„cturnisque suspiret, aliud loqui, audire, de-
„siderare nesciat præter ipsum, merito dicit;
„*vulneratæ charitatis ego sum.*

9. „*Læva ejus sub capite meo, & dextera* *Læva, & dextera Christi quid.*
„*ejus amplectetur me. Cant.* 2. *v.* 6. Descriptio
„est sponsæ festinantis ad connubium sponsi.
„Mystice vero Ecclesia lævam Christi, seu fi-

 „dem

„dem incarnationis ejus, ubi vulnera nostra „curavit factus pro nobis maledictum, optat „habere sub capite suo, eaque fide caput „suum muniri, dextera vero ejus amplecti, „id est, illa arcana agnoscere, quæ ante In„carnationis tempus in reconditis habebantur.

Charitas Dei sine mensura est.

„10. *Adjuravi vos filiæ Hierusalem in vir„tutibus, & in viribus agri, si levaveritis, & „suscitaveritis charitatem, quoadusque velit. v. 7.* „Sponsa adhuc ad adolescentulas loquitur, eas „adhortans per omnia sibi chara, ut dormien„tem adhuc in se charitatem, in tantum so„lum suscitent, in quantum voluerit sponsus, „nec minus aliquid in ea agant, quam vo„luntas illius patitur. Hæc enim est aman„tis sponsæ perfectio, ut a nullo velit con„tra voluntatem ejus fieri, quem diligit.... „Mensura autem charitatis Dei hæc sola est, „ut tantum, quantum ipse vult, diligatur. „voluntas autem Dei semper eadem est, nec „umquam mutatur. Numquam ergo immu„tatio aliqua, aut finis ullus in charitate „Dei recipitur.

Christus animam ad se invitat.

11. „*Vox fraterni mei. v. 8.* Cum sponsæ „sermo esset ad adolescentulas, subito quasi „eminus vocem sponsi sensit, & dixit: *Vox „fraterni mei.* Post hæc vidit sponsum magnis „quibusdam saltibus colles, montesque in mo„dum cervi, vel capreæ transcendentem, & „cum omni properatione ad se venientem: „ubi vero ad domum sponsæ advenit, non „tamen statim intravit, sed per fenestras spon-

„sam

„sam aspexit, & diruptis retibus domum cir-
„cumdantibus dixit ad sponsam: *Exurge, ve-*
„*ni proxima mea, sponsa mea, columba mea.*
„*v.* 10. *Jam enim hyems transiit &c.* Hæc
„prævenientes conjunximus, ne historiæ tex-
„tum videremur interrumpere. Nunc ergo
„repetentes videamus primo, quid est, quod
„ait: *Vox fraterni mei.* Ex voce sola ab Ec-
„clesia sua Christus agnoscitur; primo enim
„vocem suam permisit per Prophetas, & cum
„non videretur, audiebatur tamen, & tam-
„diu Ecclesia solam vocem ejus audivit, us-
„quequo oculis suis eum videret, & diceret:
„*Ecce hic venit saliens super montes, transiliens*
„*super colles*, id est, super Propheticos mon-
„tes, & sanctos colles, qui in hoc mundo
„imaginem ejus gesserunt. In his similis ef-
„ficitur capreæ, quod omnem visum visus
„ejus præcellit, & cervo, quod ad interitum
„serpentis advenit. . . . Sic ergo nunc præ-
„sens est sponsus, nunc absens dicitur, & de-
„sideratur, & utrumque Ecclesiæ, vel animæ
„studiosæ conveniet; cum enim pati persecu-
„tiones permittitur Ecclesia, absens ei videtur,
„& rursus cum in pace proficit, ac bonis
„operibus floret, præsens ei esse intelligitur.
„Porro Christus ad Ecclesiam venit saliens
„super montes &c.; si enim consideres, quo-
„modo parvi temporis spatio occupatum fal-
„sis superstitionibus mundum sermo Dei per-
„currit, & ad agnitionem veræ fidei revoca-
„vit, intelliges, quomodo saliat super mon-
„tes: magna videlicet regna saltibus suis su-
„perans, & ad recipiendam cognitionem divi-

 „næ

„næ religionis inclinans: & exiliat super col„les, cum etiam minora regna ad pietatem „veri cultus adducit. . . . Sed & in anima„bus vitæ, & scientiæ merito montibus, & „collibus effectis dignissime salire Verbum Dei „dicitur, factus in eis per affluentiam doctri„næ fons aquæ vivæ salientis in vitam æter„nam.

Christus caprea, & cervo comparatur.

12. „*Similis est fraternus meus capreæ, hinnu„loque cervorum in montibus Bethel. Cant.* 2. *v.* 9. „Caprea, vel damula nomen a videndo, & „clarius perspiciendo fortita est. Afferunt „etiam hi, quibus medicinæ peritia est, inesse „huic animali intra viscera humorem quem„dam, qui caliginem depellat oculorum, & „obtusiores visus exacuat. Merito ergo ca„preæ Christus comparatur, quia non solum „ipse videt Patrem, sed & videri ab aliis fa„cit, quorum visus ipse curaverit. Visus au„tem, quo Deus videtur, non est corporis, „sed mentis, & spiritus. . . Hinnulo vero „cervorum comparatur Christus, quia dupliciter „constet salus credentium, per agnitionem fi„dei, & operum perfectionem, ratio fidei, „quæ pro intuitu contemplationis capreæ „comparatur, primus habeatur salutis gradus: „secundo vero in loco operum perfectio, quæ „cervi formam tenet vincentis, & perimentis „venena serpentium, id est, artes diabolicas, „memoretur. Si autem sponsa similem dicit „esse fraternum suum capreæ, vel hinnulo cer„vorum in montibus Bethel, id est, in mon„tibus Dei, possunt legis, & Prophetarum, „sed

,ſed & Evangelica, & Apoſtolica accipi vo-
,lumina, in quibus & fides Dei perficitur, &
,contemplatur, & operum perfectio dicitur,
,& adimpletur.

13. „*Ecce hic ſtetit poſt parietem noſtrum in-
,cumbens ſuper feneſtras, proſpiciens per retia.
,Cant.* 2. *v.* 9. Adveniens Chriſtus ſtetit pau-
,lulum poſt parietem veteris teſtamenti, cum
,non manifeſtaretur ad populum; ubi vero
,adfuit tempus, & cæpit per feneſtras legis,
,ac Prophetarum, per ea ſcilicet, quæ de eo
,prædicata fuerant, apparere, & oſtendere ſe
,Eccleſiæ intra domum, id eſt, intra legis
,litteram ſedenti, provocat eam, inde exire,
,& venire foras ad ſe; niſi enim exeat, &
,progrediatur a littera ad ſpiritum, non poteſt
,ſponſo ſuo conjungi, neque Chriſto ſociari.
,Vocat ergo eam, & invitat a carnalibus ad
,ſpiritualia, ad viſibilibus ad inviſibilia, a le-
,ge venire ad Evangelia: vocat autem pro-
,ſpiciens per retia, oſtendens ei, quod non
,per otium, & delicias, ſed per retia tribula-
,tionum, & tentationum veniendum ſibi eſſet
,ad Chriſtum.

Relicta lege veniendum ad Evangelium.

LIBER IV.

„*Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea,
„columba mea. Cant.* 2. *v.* 10. Non ta-
,liter diceret animam Verbum Dei proximam
,ſibi, niſi conjungeret ſe ei, & fieret cum eo
,unus ſpiritus: nec diceret eam ſpecioſam,
,niſi videret imaginem ejus renovari de die in

Pulchritudo animæ Deo adhærentis.

 „diem;

„diem; & nisi videret eam capacem Spiritus „sancti, qui in specie columbæ descendit su-„per Jesum, non ei diceret: *Columba mea.* „Conceperat enim amorem Verbi Dei, & „cupiebat ad ipsum volatu celeri pervenire. „*Ps.* 55. *v.* 9. . . . Quod sit autem tempus „opportunum, consequenter inseruit: *Quia ec-„ce hyems*, inquit, *transiit, pluvia abiit.* Non „enim ante anima Verbo Dei jungitur, nisi „omnis ex ea hyems perturbationum, ac vi-„tiorum procella discesserit, & ultra jam non „circumferantur omni vento doctrinæ. Ubi „vero haec ex anima discesserint, tunc inci-„pient in ea *flores apparere* virtutum, & *tem-„pus putationis adveniet*, & siquid superfluum, „& minus utile fuerit in ejus sensibus, vel „intellectibus, resecabitur. Tunc etiam *vo-„cem turturis audiet*, illius sine dubio sapien-„tiae, quam Dispensator Verbi loquitur inter „perfectos, quæque abscondita est in mysterio. „Tunc *ficus producit germina sua*, scilicet gau-„dium, charitatem, pacem; & *vites florentes „dant odorem suum*, quoniam Christi bonus „odor sumus in omni loco. 2. *Cor.* 2. *v.* 15... „Hæc eadem loquitur Christus ad Ecclesiam, „& dicit, hyems, quae submersit incredulos, „abiit: sed & pluvia pertransiit, id est, jam „non mandabo nubibus, Prophetis scilicet, „ut pluant pluviam Verbi super terras, sed „ipsa vox turturis, hoc est, ipsa Dei sapien-„tia loquetur in terris. Flores quoque cre-„dentium populorum, & orientalium Eccle-„siarum apparuerunt in terra. Sed & puta-„tionis tempus per fidem meae passionis, &

„resur-

„resurrectionis advenit; amputantur enim ab „hominibus peccata, cum in Baptismo do„natur remissio peccatorum. *Ficulnea* etiam „germinat in fructibus S. Spiritus, qui nunc „primum aperiuntur Ecclesiæ, sed & vites „florere dicuntur, scilicet Ecclesiæ per or„bem, & per religionem operum suorum de„disse odorem suum: *suum* ait, ut ostenderet „inesse cuique animæ arbitrii libertatem, quia „possit agere omne, quod bonum est. Sed „quia hoc naturæ bonum prævaricationis oc„casione decerptum fuerat, ubi per gratiam „reparatur, reddit odorem suum.„ Eodem modo hæc omnia de Ecclesia post resurrectionem gloriosa explicari possunt. *Libertas originale peccatum.*

2. „*Surge, & veni proxima mea, columba „mea in velaminibus petræ juxta promurale: „ostende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi „vocem tuam, quoniam vox tua suavis est, & „facies tua speciosa. Cant.* 2. *v.* 13. Secundo „jam sponsus vocat sponsam ad locum sub „velamento saxi in promurali, ut ibi rejecto „velo ostendat faciem suam, & auditam fa„ciat vocem suam, cum per totam hyemem „intra domus claustra resederit. Hæc quo„ad historiam: secundum vero spiritalem in„telligentiam intellige mihi animæ hyemem, „cum adhuc passionum fluctibus jactatur, & „vitiorum procellis, ac duris malignorum spi„rituum flatibus verberatur. In his positam „non hortatur eam sermo Dei foras exire, „sed intra semetipsam colligi, & undique con„tegi contra pernitiosos malignorum spirituum „flatus. *Animæ facies, & vox quæ.*

„flatus. Nulli tunc in divinis litteris studio„rum flores nec profundioris sapientiæ secreta „quasi per vocem turturis resonant; sed neque „odoratus ejus gratiæ aliquid quasi ex vineæ „floribus recipit, neque visus ejus tamquam in „ficulneæ germine delectatur: sed sufficit, ut in „tempestatibus tentationum a lapsu peccati tu„ta permaneat. Quodsi vero illæsa perduret, „hyems ei transit, & venit ei ver, cum quies „animo datur, tranquillitas menti. Tunc ad „eam venit Verbum Dei, vocat eam ad se ex„tra civitatem, seu quidquid corporeum, & „visibile continetur in mundo: ostenditur ei „iter sub velamine petræ, id est, Christi, qui „petra dicitur. 1.*Cor.*10. *v*.4. Doctrina, & fide „agendum, & pervenit ad promuralem locum, „id est, ad contemplandum incorporalia, & „æterna: & ibi dicit ad eam: *Ostende mihi fa„ciem tuam*, ut videat, si non aliquid in vultu „ejus veteris adhuc velaminis habeat, sed pos„sit intrepidis obtutibus gloriam Domini spe„culari. Sed & cum digna fuerit, ut de ipsa „dicatur sicut de Moysi, quia Moyses loque„batur, & Dominus respondebat ei, tunc com„pletur in ea: *Auditam fac mihi vocem tuam.* „Ingens vero laus ejus ostenditur in eo, quod „dicitur: *Vox tua suavis*, cum Verbum Dei, „quod loquitur, cum fide, & dogmatibus ve„ritatis exponit. *Sed & facies*, inquit, *tua spe„ciosa:* quæ quotidie renovatur ad imaginem „ejus, qui creavit eam, quæ non habet ma„culam, aut rugam, sed sit sancta, & imma„culata. Eodem fere modo dicta hactenus de „Ecclesia exponit.

3. „Ca-

3. „*Capite nobis vulpes pusillas exterminan-„tes vineas, & vineæ nostræ florebunt. Cant. 2. „v.* 15. Secundum dramatis ordinem mutata „est persona; non enim jam ad sponsam, sed „ad sodales loquitur sponsus, & ipsis dicit, ut „capiant vulpes pusillas, quæ insidiantur vi-„neis, ubi primum germen ostenderint, nec „sinunt eas pervenire ad florem. Sed hæc, „ut cæpimus, spiritali expositione discutienda „sunt: & puto, quod, si de anima, quæ se „Verbo Dei conjungit, hæc advertas, vulpes „nequitiæ dæmonum intelligi debeant, per „cogitationes pravas, & intelligentiam perver-„sam exterminantes in anima virtutum florem, „& fructum fidei perimentes. Provisio ergo „Verbi Dei mandat Angelis suis, ut capiant „ex unaquaque anima hujusmodi cogitationes „a dæmonibus immissas, cum suggerunt men-„ti, non esse eas a Deo, sed a maligno spiri-„tu, & dant animæ discretionem spirituum, „ut intelligat, quæ sit cogitatio a Deo, & quæ „sit ex diabolo. . . . Competenter sane, cum „adhuc pusillæ sunt, capi eas mandat; dum „enim cogitatio mala in initiis est, facile po-„test abjici a corde; nam si frequenter itere-„tur, & diu permaneat, adducit animam sine „dubio ad consensum, & post consensum intra „cor suum confirmatum certum est, quia ad „peccati tendat affectum. Dum ergo in initiis „est, & pusilla est, capi debet, & abjici, ne „si adulta fuerit, & inveterata, jam non possit „expelli. . . . Si vero hæc de Christo, & „Ecclesia intelligamus, sermo videbitur ad „Ecclesiæ Doctores dirigi, & mandari eis, de „captio-

Malarum cogitationum initiis resistendum.

„captione vulpium exterminantium vineas,
„id est, perversorum doctorum haereticorum
„dogmatum, qui per argumentorum callidi-
„tatem seducunt corda innocentium, & vi-
„neam Domini exterminant, ne floreat in
„fide recta. Datur ergo praeceptum Doctori-
„bus Catholicis, ut, dum adhuc pusillae sunt
„istae vulpes, & nondum plures animas de-
„ceperunt, refraenare eos festinent, & verbo
„veritatis contradicentes revincere, & capere
„eos assertionibus veris; si enim permanse-
„rint in principiis, & indulserint, sermo eo-
„rum erit sicut cancer, & fiet insanabilis,
„ut multi inveniantur, qui decepti ab eis in-
„cipiant defendere suscepti erroris auctores.„
Id quod Origenes exemplo Samsonis vulpes
cum incensis lampadibus in messes Allophy-
lorum immitentis illustrat, & demum ita
concludit: „Videtur ergo in Cantico Canti-
„corum praeceptum dari a sponso amicis sibi
„virtutibus, ut capiant, & arguant contra-
„rias potestates, quae insidiantur animabus
„hominum, ne exterminent eorum initia fi-
„dei, floremque virtutum sub specie secreti
„alicujus, & occultae sapientiae, quae quasi
„vulpes in foveis delitescunt: & ut facilius
„confutari possint, dum initia pessimae persua-
„sionis habent, capi jubentur, ne, si forte cre-
„verint, jam nequeant ab amicis sponsi, sed a
„solo sponso capi possint. Sed & sancti quique
„Doctores sicut acceperunt potestatem calcan-
„di super serpentes, & scorpiones, ita accipiunt
„potestatem etiam capiendi vulpes. Potest
„autem & ita accipi; *capite nobis vulpes*: &

„post

„post distinctionem: *pusillas exterminantes vi-*
„*neas*, ut videantur parvæ quæque animæ,
„& initia habentes, non vero firmæ, & ro-
„bustæ lædi posse a contrariis potestatibus...
„Simili quoque exemplo potest videri, quod
„pusilla quæque vinea, incipiens videlicet ani-
„ma possit a vulpibus, id est, malignis cogi-
„tationibus, vel pravis doctoribus lædi, per-
„fecta vero, & valida non possit: sed si ca-
„piantur a bonis doctoribus vulpes istæ, &
„abjiciantur ex anima, tunc proficiet in vir-
„tutibus, & florebit in fide. Amen.



ORIGENIS EXEGETICA IN ISAIAM PROPHETAM.

§. I.

Monitum.

Origenes Isaiam Prophetam, tomis, scholiis, & homiliis explicavit. De tomis, & scholiis nihil amplius superest, nisi pauca fragmenta in Apologia Pamphili pro Origene relata. Præter hosce tomos ætate S. Hieronymi viginti quinque homiliæ erant, e quibus nonnisi novem latine tantummodo ad nos pervenerunt, quas S. Hieronymus interpretatus est. Nona imperfecta est, eique perperam insertus est finis homiliæ nonæ in Jeremiam. Quo tempore pronuntiatæ fuerint, incertum est. Illud certum est ab Origene

jam

jam Presbytero, adeoque post annum 21. prolatas fuisse.

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

Visio Domini sedentis super solium. Is. 6.

Quinam videant Deum super thronum excelsum. n. 1.

1. „Quamdiu Ozias rex vixit, non potuit „visionem videre Isaias Propheta; erat „enim Ozias peccator, ingressus est Sancta „Sanctorum, & ob hoc lepra perfusus in fronte est. Talem igitur principem animae oportet mori, ut visionem Dei videre possimus; „neque enim frustra scriptum est: *Et factum „est in anno, quo mortuus est Ozias rex, vidi „Dominum.* Is. 6. v. 1. Quae est autem visio? „*Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & elevatum.* Non omnis, qui videt „Deum, videt eum sedentem super thronum „excelsum, & elevatum. . . . Si enim video Deum in his, quae hic sunt, regnantem, non eum video super thronum excelsum, & elevatum; si vero video eum regnantem coelestibus virtutibus, video eum „sedentem super thronum excelsum, & elevatum. Quid est, quod dicit, coelestibus virtutibus? Throni, Dominationes, Potestates, „Virtutes coelestes sunt: & si video eum, quomodo eis regnet in verbo, *vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & elevatum, „& plena erat domus gloria ejus.* Plenitudinem

„a[...]

„autem gloriæ Dei non invenies in præsenti, „sed siquis ædificaverit templum Deo, videbi-„tur gloria Dei, & si servat hoc, quod dictum „est, plena domus videtur gloria Dei; nam in „Levitico legitur, quia præcepit Dominus quæ-„dam fieri, ut videatur Domini gloria.

2. „*Et Seraphim duo stabant in circuitu ejus*, *SS. Trinitatis tri-„sex alæ uni, & sex alæ alteri, & duabus qui-„dem velabant faciem* (Dei) *& duabus pedes* (Dei) *stagium. n. 2.* „*& duabus volabant, & clamabant alter ad alte-„rum* (sola cognitione) *Sanctus, Sanctus, San-„ctus. v.* 2. Propter hoc servant mysterium „Trinitatis, quia & ipsa sancta sunt.... Quæ „autem sunt ista duo Seraphim? Dominus „meus Jesus, & Spiritus sanctus.„ Ubi S. Hieronymus addit: nec putes Trinitatis dissi-dere naturam, si nominum servantur officia. „Operiebant faciem Dei; exordium enim Dei „ignotum est: sed & pedes; novissimum enim, „quod in Deo nostro est, non comprehenditur; „sola enim media videntur. Ante ista, quæ fue-„rint, nescio; ex iis, quæ sunt, intelligo „Deum: post ista, quæ futura sunt, juxta „quod futura sunt, nescio: *quis pronuntiavit ei?* „dixit Ecclesiastes. Seraphim ergo nudave-„runt quamdam partem Dei, id est, medieta-„tem ejus, & dicunt: *Sanctus, Sanctus, San-„ctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis ter-„ra gloria ejus. v.* 3. Domini mei Jesu Christi „nuntiatur adventus, nunc itaque plena est „omnis terra gloria ejus; aut certe necdum „plena est, sed futurum ut impleatur; in his „enim, qui peccant, necdum regnat, sed quan-

„do ei data eſt & horum poteſtas, cum ei ſub-
„dita fuerint omnia, tunc complebitur pote-
„ſtas; quidam autem necdum volunt ſubjici ei,
n. 3. „verum adhuc inimicis ejus ſubjiciuntur. *Et*
„*elevatum eſt ſuperliminare a voce, qua clamabant.*
„*v.* 4. voce Jeſu Chriſti, & voce Spiritus S.
„Hanc vocem ſi aliquis e nobis clamantium
„audierit, elevatur ſuperliminare, & altius fit,
„quam eo tempore, cum dictum eſt: *Attollite*
„*portas principes veſtras &c. Pſ.* 23. *v.* 7.

Cunctæ Perſonæ divinæ peccata dimittunt.

3. „*Et domus impleta eſt fumo. Iſ.* 6. *v.* 4.
„*Et dixi: o miſer ego, quoniam compunctus ſum,*
„*quia cum ſim homo, & immunda labia habeam.*
„*v.* 5. Iſaiæ labia mundantur ab uno ex Se-
„raphim, qui miſſus eſt ad auferenda ejus pec-
n. 4. „cata: unus autem ex Seraphim Dominus
„meus Jeſus Chriſtus eſt, qui ad auferenda
„peccata noſtra a Patre miſſus eſt, & dicit:
„*Ecce abſtuli iniquitates tuas. v.* 7. Nec putes
„contumeliam, ſi Filius a Patre mittitur. De-
„nique ut unitatem Deitatis in Trinitate cog-
„noſcas, ſolus Chriſtus in præſenti lectione
„nunc peccata dimittit, & tamen certum eſt,
„a Trinitate peccata dimitti; qui enim in uno
„crediderit, credit in omnibus. . . . Porro
„Seraphim mundavit labia Prophetæ, non
„mundavit autem labia populi; confeſſus eſt
„enim ipſe immunda labia ſe habere, & in
„medio populi immunda labia habentis habi-
„tare: ſed Seraphim non judicavit, dignos eſſe
„de populo, ut & eorum labia emundaret, &
„idcirco adhuc impie agunt, idcirco adhuc
„Domino meo Jeſu Chriſto repugnant, adhuc
„ei maledicunt immundis labiis.

4. „*Et*

4. „*Et Regem Dominum Sabaoth vidit oculis* *Isaias cur*
„*meis*. Tradunt verosimiliter, sed non vere *sectus.*
„Judæi, Isaiam esse sectum a populo, quasi *n.* 5.
„extra Scripturas hæc annuntiantem; Scriptu-
„ra enim dicit: *nemo videbit faciem meam. Exod.*
„33. *v.* 20. Sed non sciebant, quia duabus
„alis velaverunt faciem Dei Seraphim. *Vidi* *Moyses*
„*Dominum*, sed faciem non vidit Isaias, nec *faciem Dei*
„Moyses vidit: posteriora vidit Moyses. Ve- *non vidit.*
„rumtamen vidit Dominum, etsi faciem ejus
„non vidit, & hic ergo vidit, licet faciem ejus
„non viderit. . . . *Et missus est ad me unus*
„*de Seraphim. v.* 6. non unus est Domini mei
„Jesu Christi adventus, quo descendit ad ter-
„ras; & ad Isaiam, Moysen, populum, &
„unumquemque Prophetarum venit (*sine unio-*
ne tamen hypostatica. vid. Huet. Orig. l. 2. *q.* 3.
n. 2.) „neque tu timeas, etiam si jam cœlo re-
„ceptus est, iterum veniet . . . & nunc mittitur
„Jesus Christus. Non mentitur: *Vobiscum sum*,
„ait, *omnes dies usque ad consummationem sæculi.*
„*Matth.* 28. *v.* 20. Non mentitur: *Ubi duo*,
„*vel tres collecti sunt in nomine meo*, *&* *ego sum*
„*in medio eorum. Matth.* 18. *v.* 19. Quoniam
„ergo præsto est, & assistit Jesus Christus, &
„paratus est, & præcinctus summus Sacerdos
„offerre Patri interpellationes nostras, surgen-
„tes per ipsum, Sacrificia Patri offeramus;
„ipse enim propitiatio est pro peccatis nostris,
„cui est gloria, & imperium in sæcula sæcu-
„lorum. Amen.



Homilia II.

De eo: Ecce Virgo in utero concipiet. Is. 7.

Christus signum Achaz datur. n. 1.

1. „Jubetur Achaz, ut petat signum non sim„pliciter tantum, sed sibi ipsi: *Pete tibi „signum a Domino Deo tuo in profundum, aut in „excelsum. Is. 7. v. 11.* Propositum est signum „Dominus meus Jesus Christus; in profundum „quidem, quia, qui descendit, ipse est: in „excelsum vero, quia, qui ascendit super om„nes cœlos, ipse est. . . . *Et dixit Achaz, „non petam:* incredulus fuit; dixit enim: *pete „tibi ipsi.* Populus autem usque hodie non pe„tit signum: quia non recipit Dominum meum „Jesum Christum. Deinde sequitur alia quæ„stio; isto enim dicente: *Non petam, & non „tentabo Dominum:* ait: *Audite nunc domus Da„vid, numquid vobis modicum est, præstare cer„tamen hominibus, & quomodo Domino præstabi„tis certamen.* Non præstat certamen Domino, „qui confugit ad salutem: qui vero Domino „certante, ut salvet hominem, fugit a salute, „& procul recedit a Domino, præstat Domino „certamen. *Ideo Dominus ipse dabit vobis sig„num: ergo Virgo in utero accipiet, & pariet Fi„lium, & vocabis nomen ejus Emmanuel.* In „Matthæo porro scimus lectitari *c.* 1. *v.* 23. *Et „vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Sed Prophe„ta manifeste habet: *vocabis;* nobis enim, non „domui David ista dicuntur, & prophetatur, „quia, siquis est domus David, vocabit nomen „ejus Emmanuel; in adventu enim Christi so„la Ecclesia nostra de Christo dicit: *Nobiscum „Deus.*

2. Bu-

2. „*Butyrum, & mel manducabit.* v. 15. Iste, „qui natus est ex Virgine Emmanuel butyrum, „& mel manducat, & quærit ab unoquoque „nostrum butyrum manducare. Scilicet opera „nostra dulcia, sermones nostri suavissimi, & „utiles mella sunt, quæ manducat Emma-„nuel: si vero sermones nostri amaritudine „pleni sunt, ira, animositate, molestia, tur-„piloquio, vitiis, contentione, dedit in os „meum fel, & non comedit ab his sermonibus „Salvator. . . . Comedens autem de nostris „bonis fermonibus, operibus, & intellectu, „repascit nos suis escis spiritualibus, & divi-„nis, & melioribus. Propterea quia beatum „est, suscipere Salvatorem, apertis ostiis prin-„cipalis cordis nostri, præparemus ei mella, „& omnem cœnam ejus, ut ipse nos ducat ad „magnam cœnam Patris in regno cœlorum, „quæ est in Christo Jesu, cui est gloria, & „imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia III.

De septem mulieribus. cap. 4.

1. „Septem mulieres patiuntur opprobrium, „& circumeunt quærentes eum reci-„pere, qui possit auferre opprobrium earum... „Cujus ergo sint septem mulieres, & quod sit „opprobrium earum, dignum est considerare. „Septem mulieres una sunt; spiritus enim Dei „sunt, scilicet spiritus sapientiæ, & intellectus, „spiritus consilii, & virtutis, spiritus scientiæ, „& pietatis, spiritus timoris Domini. Ista sa-„pientia patitur opprobrium a multis sapientiis

Dona Spiritus S. ab oppositis vitiis opprobrium patiuntur. n. 1.

„insurgentibus in se: iste intellectus ab intelle-„ctibus falsis, istud consilium a consiliis non „bonis, ista virtus a non virtute, ista scientia „a falsa scientia, ista pietas ab impietate, iste „timor a falso timore. Vide sapientiam sæculi „hujus, & principum mundi hujus, quomodo „exprobrant sapientiam Christi mei? & ob hoc „quæritur homo, qui cum istis septem spiri-„tibus sit, velut mulieribus, ut auferat earum „opprobrium. Proprie unus est homo, qui „auferat earum opprobrium, scilicet Jesus, su-„per quem requiescent septem mulieres, Spi-„ritus Domini, spiritus sapientiæ, & intelle-„ctus requiescet super eum. *Is.* 11. *v.* 1. Spi-„ritus enim sapientiæ non requievit in Moyse, „nec in Jesu Nave, nec in singulis Propheta-„rum, in Isaia, & Hieremia.

In solo Christo Spiritus S. requievit. n. 2.

2. „In nullo ergo horum requievit spiritus, „non quod ad nullum eorum venerit, sed quod „in nullo requieverit. Venit super Moysen, „& non credidit Moyses post spiritum sapien-„tiæ, qui venit ad eum. *Num.* 20. *v.* 10. Ve-„nit super omnes justos, non autem requievit: „tribulatur, ad quemcunque venerit hominem; „peccat enim omnis homo, nec est justus su-„per terram, qui faciat bonum, & non pec-„cet; igitur super nullum requiescit. Unum vi-„dit Joannes solum, in quo permansit, & sig-„num hoc erat: *Super quem videris spiritum de-„scendentem, & manentem in eo, iste est Filius „Dei. Joan.* 1. *v.* 33. . . . Super hunc ergo „requievit spiritus Dei, spiritus sapientiæ, & „intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis,

„spi-

„ſpiritus ſapientiæ, & pietatis, & implevit „eum ſpiritus timoris Domini. *Iſ.* 11. *v.* 2.

3. „Mulieres ergo quærentes, quem aſſumant, „*apprehendent ſeptem unum hominem. Iſ.* 4. *v.* 1. „Scilicet Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, „juxta quod natus eſt, juxta quod intelligitur „homo, juxta quod natus eſt, juxta quod „corpus aſſumpſit: multi ambulant homines, „& nullum apprehendunt mulieres. Unum ſo„lum repererunt, quem apprehenderunt, ut „dicant ei: *Panem noſtrum manducabimus, & „veſtimentis noſtris operiemur.* Eſt quidam ci„bus ſapientiæ, eſt quidam cibus intellectus, „& reliquorum ſpirituum. Quis eſt iſte cibus? „forte ut meus cibus ſermo Dei, qui ait: *Ego „ſum panis vivus. Joan.* 6. *v.* 51. Sic ſapientiæ „cibus ipſe Pater: propter hoc dicit: *meus ci„bus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui me miſit. „Joan.* 4. *v.* 34. Nec putandum eſt, ſapien„tiam, cæterosque ſpiritus, quia alium cibum „habent, cum totius diſpenſationis unus ſit „cibus natura Dei. *Veſtimentis* etiam *noſtris „operiemur.* Eſt quidam ornatus ſapientiæ, „quo decoratur: ornata eſt ſermone ſapientia: „ſingulæ harum mulierum habent ornamenta. „*Verumtamen nomen tuum invocetur ſuper nos, „aufer opprobrium noſtrum.* Quod eſt nomen „ſapientiæ? Jeſus. Quid eſt, *invocetur nomen „tuum ſuper nos?* Ego ſum ſapientia, volo, ut „ego ſapientia dicar Jeſus, ut intellectus, & „conſilium magnum, & fortitudo, & ſcientia, „& pietas, & timor Dei nominetur Jeſus, ut „omnia in omnibus nomen tuum fiat: *aufer*

Christus omnibus donis Spiritus repletus. n. 3.

„*opprobrium nostrum.* Reyera abstulit oppro-
„brium Jesus. Idcirco surgentes oremus Deum,
„qui hunc misit hominem, ut septem mulie-
„rum spiritus in eo requiescceret, ut & nobis
„iste homo tribuat communionem harum mu-
„lierum, ut assumentes eas fiamus sapientes,
„intelligentes in Deo, & hominibus, virtuti-
„bus adornantes animam nostram in Christo Je-
„su, cui est gloria, & imperium in sæcula
„sæculorum. Amen.

Homilia IV.

De visione Dei, & Seraphim. If. 6.

Omnia ad gloriam Dei facienda. n. 2.

1. Origenes hic ea repetit, quæ de visione Dei jam homilia prima dixerat, nonnulla tamen moralia hic addit: scilicet „*If.* 6. „*v.* 3. *Plena est omnis terra gloria ejus.* Gloria „Deo, qui misit Filium suum, ut omnis terra „plena fieret gloria sua. Sed quid tibi prodest, „si terra plena sit propter Ecclesiam Beatorum „gloria Dei, tu autem non sis particeps glo„riæ plenitudinis Dei? Et tu ergo labora, ut „sis gloriam Dei quærens, ut fias etiam tu glo„ria ejus; nam si quæ facio, quæ loquor, in glo„riam Dei fiant, plenus sermo meus, & actus „fit gloria Dei. Si & processus, & ingressus „meus in gloriam Dei est, si cibus, si potus „meus, si omnia, quæ facio, in gloriam Dei „fiant, & ego particeps sum istius dicti: *Plena* „*est terra gloria ejus.*

Compunctionis, &

2. „*Et dixi: o miser ego, quoniam compun*„*ctus sum.* Incipio nosse me, quia miser sum,

„quan-

,quando video visionem. . . . Et nos ex cor- *confessio-*
,de dicamus: *miser ego sum.* Unusquisque re- *nis fru-*
,cordetur causas miseriarum suarum, & de- *ctus.*
,licta, & dicamus surgentes ad orationem, *n. 3.*
,memores quidem quasi confitentes, obliti au-
,tem quasi jam non facientes, & dicamus:
,*miser ego, quoniam compunctus sum.* Siquis si-
,ne sensu est juxta interiorem hominem, cum
,peccator sit, non compungitur: siquis autem
,vult salvari, & audit sermones arguentis se,
,& statim dicit, *quia compunctus sum.* Utinam
,amplius compungamur! quanto enim plus
,compungimur, tanto plus nobis peccatorum
,vincula laxantur.

3. „*Et Regem Dominum vidi oculis meis.* *Confessio*
,Si quando de Deo cogitaverimus, cum ad- *peccata*
,huc sumus peccatores, & nos dicamus, quæ *delet.*
,nunc dicit Propheta: *Et missus est ad me unus* *n. 4.*
,*de Seraphim.* Quam bonus Deus! quia au-
,dio confitentem Isaiam; dixit enim: *o miser*
,*ego:* quoniam audio pœnitentem; ait quippe,
,*compunctus sum.* Quia propria delicta pronun-
,tiavit, dicens: *quia cum sim homo, & immun-*
,*da labia habeo:* & ego adhuc loquente eo di-
,co, ecce adsum: *Et missus est ad me unus de*
,*Seraphim, & in manu sua habebat carbonem.*
,Carbo defertur ad Prophetam, ut per ignis
,ustionem purgentur labia ejus, quæ aliquan-
,do peccaverant. Quis est iste unus de Sera-
,phim? Dominus meus Jesus Christus: iste
,juxta dispensationem carnis missus est habens
,in manu sua carbonem, & dicens: *ignem ve-*
,*ni mittere super terram, & utinam jam ardeat,*

n. 5. „*Luc.* 12. *v.* 49. Non autem quocunque Pro-
„pheta igne purgatur, sed quem Seraphim
„*acceperat forcipe de altari.* Si purgatus non
„fueris altaris igne, residet tibi *æternus*, *qui*
„*præparatus est Zabulo*, & *angelis ejus*. *Matth.*
„25. *v.* 41. Non est talis ignis de altari. . . .
„Tangat ergo labia mentis, & animæ nostræ
„sermo corripiens, ut & nos dicamus: & *te-*
„*tigit os meum.* Si mundavero os meum, ut
„nihil otiosum, nihil turpe, nihil eorum, quæ
„interdicta sunt, loquar, tunc possum dicere:
„*tetigit os meum.* Porro quamdiu immunda la-
„bia habeo, & immundas res gero, propter
„verba peccati non tangit os meum ignis de
„altari, neque mittitur ad me unus de Sera-
n. 6. „phim. *Et dixit*, *ecce tetigi labia tua*, & *abstu-*
„*li iniquitates tuas*, & *peccata tua circumpurgavi.*
„Mordeat nos sermo divinus, exurat animas
„nostras, dicamus audientes: *nonne cor nostrum*
„*ardens erat in nobis?* *Luc.* 24. *v.* 32. Ut aufe-
„rantur iniquitates nostræ, atque peccata, &
„mundi effecti, mundo ore, mundoque corde.
„& munda tota conscientia gratias agamus
„omnipotenti Deo, in Christo Jesu, cui est
„gloria, & imperium in sæcula sæculorum.
„Amen.

HOMILIA V.

De eadem visione aliter. Is. 6.

Christus animata justitia. n. 1.

1. In hac Homilia Origenes inprimis explicat illud Is. 41. v. 2. „*Quis surgere fecit ab* „*oriente justitiam*, & *vocavit ad pedes suos?* & „ait: Vocavit justitiam: manifestum est, ani„matam eam esse, si ambulet vocata. Voca-

„vit

„vit autem Christum Pater, quo ob nostram „salutem descenderet de cœlo ad nos. Voca„vit eum de Oriente lucis veræ. Pater voca„vit Filium, imo ut vere dicamus, Deus ho„minem vocavit justitiam ad pedes suos, id „est, incarnationem Filii sui, ideo & *adoramus* „*scabellum pedum ejus, quia sanctum est.* Caro siquidem Domini honorem Deitatis assumit.

Sub rege impio & regnante peccato Deus non videtur. n. 3.

2. His & precibus præmissis, ut se & suos auditores adinstar Isaiæ mundare Deus dignetur, Origenes versum primum Isaiæ cap. 1. jam homilia prima breviter expositum fusius denuo exponit, & ait: „*Factum est in anno,* „*quo mortuus est Osias rex, vidi Dominum seden*„*tem super thronum excelsum.* Intendite, quan„do oborta est visio. Cum mortuus est Osias „rex, qui leprosus factus est propter prævari„cationem legis. 2. *Paral.* 26. Quamdiu ergo „vixit iniquus, non potuit Isaias Dominum „Sabaoth videre, & immunda labia habuit; „sub iniquo quippe rege erat. . . . Vivit rex „malignus in pectore nostro, quamdiu vivit „Zabulus; tunc iniquitatis opera prima faci„mus: cum autem mortuus fuerit, tunc su„spiramus ad Dominum. Idcirco oremus Do„minum, ut regnum peccati, quod est in mor„tali nostro corpore, moriatur. Et reliqua; „non enim videtur hæc homilia esse integra, „sed nonnulla desunt.



HOMI-

Homilia VI.

De eo, quod scriptum est; quem mittam &c. *Is.* 6.

Moyses Isaia modestior. n. 1.

1. „Videns Isaias Dominum Sabaoth purgatis labiis suis ait, se audisse vocem „Domini, non imperantis, sed excitantis, at„que dicentis: *Quem mittam, & quis ibit ad „populum istum?* deinde se respondisse Domino: „*Ecce sum ego, mitte me. Is.* 6. *v.* 8. *sqq.* Ve„recundius Moyses fecit, quam Isaias: Moy„ses quippe magnitudinem considerabat, præ„esse populo ad educendum eum de terra „Ægypti, & repugnare Ægyptiorum malefi„cis, ait: *Provide alium, quem mittas. Exod.* 4. „*v.* 13. Iste autem non expectans audire, quid „ei juberetur, ut diceret, ac si electus fuisset, „*Ecce*, inquit, *sum ego, mitte me.* Unde quia „ignorans, quid ei juberetur, ut diceret, ac „si electus fuisset, ait: *Ecce ego sum, mitte me*: „hæc jubetur, ut dicat, quæ erant inoptata „dicenti. Annon enim erat inoptabile statim „jussum prophetizare, & a maledictionibus „incipere dicentem: *Aure audietis, & non in„telligetis &c. v.* 9. *sqq.* Forte ergo (si tamen „audenter expedit dicere) temeritatis & au„daciæ mercedem consecutus est, ut ea ju„beatur dicere, quæ prophetizare nolebat....

Dignitates Ecclesiæ non ambiendæ.

„Bonum igitur est, non prosilire ad eas, quæ „a Deo sunt, dignitates, & Principatus, & mi„nisteria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, & di„cere cum eo: *Provide alium, quem mittas*: „neque enim ad principatum Ecclesiæ venit, „qui salvari vult, etsi præest, sed ad servitu„tem

„tem Eccleſiæ vocatur. *Luc.* 22. *v.* 25. Si vis
„credere de ſcripturis, quia in Eccleſia ſervus
„ſit omnium, qui præeſt, ſuadeat tibi ipſe
„Salvator & Dominus, qui talis tantusque
„factus eſt in medio diſcipulorum, non quaſi
„discumbens, ſed quaſi miniſtrans; lavit enim
„pedes diſcipulorum, & docens, quales opor-
„teat eſſe principes tanquam ſervos, ait: *Si*
„*ergo dominus & magiſter veſter lavi vobis pedes,*
„*& vos debetis alterutrum lavare pedes. Joan.* 13.
„In ſervitutem igitur vocatur Eccleſiæ prin-
„ceps, ut poſſit ex ſervitute iſta ire ad ſolium
„cœleſte, ſicut ſcriptum eſt: *Sedebitis ſuper*
„*thronos duodecim &c. Matth.* 19. *v.* 28. . . .
„Imitatores ergo nos eſſe expedit ipſius Do-
„mini ſermonum atque factorum, & facere,
„quod factum eſt a Moyſe, ut etiam ſi voca-
„tur aliquis ad principatum, dicat: *Provide*
„*alium, quem mittas. . . Exilis vocis ſum,* &
„quia hoc dixit Deo humiliter, audit a Deo:
„*Quis dedit os homini? . . . nonne ego Dominus*
„*Deus? Exod.* 4. *v.* 11. Crede Deo, conſerva
„te ei: licet tardæ linguæ ſis, trade te ſer-
„moni Dei: dices poſtea: *os meum aperui, &*
„*attraxi ſpiritum. Pſ.* 118. *v.* 131. Faciamus n. 2.
„autem ex parte & cum Iſaia, qui non pro-
„pter priorem conſcientiam auſus fuit dicere:
„*Ecce ego, mitte me,* ſed ubi audierat: *Ecce,*
„*abſtuli iniquitates tuas.* Igitur quia Sancti
„compunguntur, & quæritur inter Moyſen &
„Iſaiam, ſatisfaciamus pro Moyſe, & etiam
„pro Iſaia. Moyſes non accepit remiſſionem
„peccatorum, ut diceret quaſi jam conſcius,
„ſe mundatum, *mitte me:* habebat enim in
„con-

„conſcientia interfectionem Ægyptii, forte au-
„tem ut homo ſciebat, ſe & quædam alia ha-
„bere peccata, propterea recuſat. Iſaias vero
„non quaſi natura juſtus poſtulat miniſterium,
„ſed quaſi gratiam conſecutus. Habet ergo
„aliquid rationis & Moyſes recuſans, & Iſaias
„dicens: *Ecce ego ſum, mitte me.*

Quinam videntes non videant &c. n. 3.

2. „Sed videamus ea, quæ præcipit Do-
„minus, ut populo diceret: *Vade, & dic po-*
„*pulo, aure audietis, & non intelligetis. v. 9.*
„Prophetizat de his, quæ in adventu Christi
„futura erant: ſiquidem cum audirent Domi-
„num meum Jeſum Chriſtum, vocem tantum
„dictorum audiere, non ſenſum & hoc ex eo
„manifeſtum eſt; quia foris ad populum in
„parabolis loquebatur, diſcipulis autem ſecre-
„to diſſolvebat eas. . . . Videamus etiam,
„quid ſit hoc: *Et videntes videbitis, & non ſcie-*
„*tis.* Non ſiquis vidit ea, quæ Salvator facie-
„bat, ſtatim videns potuit intelligere, quæ
„facta ſunt. Velut exemplum aſſumamus:

Lotio pedum quid ſignificet.

„Chriſtus lavit pedes diſcipulorum, & vide-
„bant quidem bene, quod fiebat, non etiam,
„cur fiebat. . . . Sed ſi intelligas ea, quæ
„ſcripta ſunt, qui vere beati ſunt Epiſcopi
„ſervientes Eccleſiæ, mittunt aquam de Scri-
„pturis in pelvim animæ, & tentant pedum
„diſcipulorum ſordes lavare, & eluere, & pro-
„jicere: & ſic cuſtodiunt Epiſcopi mandatum,
„imitantes Jeſum: ſic & presbyteri. . . . Quo-
„niam ergo ſiquid fiebat a Salvatore, ab his
„quidem, qui non intelligebant, videbatur
„juxta corpus, non videbatur juxta rationem;
„ab

„ab his vero, qui intelligebant, videbatur „quidem juxta oculos, videbatur autem & „juxta intellectum, ita ut non compleretur „super beate videntes, hoc quod dictum est: „*Videntes videbitis, & non scietis*: sed super „peccatores. Sed & cuncta Evangeliorum ore„mus videntes dupliciter videre, quomodo „facta sunt juxta corpus, quando Salvator no„ster venit ad terras.

Nota. Origenes num. 4. hic negat verum esse secundum litteram, quod Apostoli & discipuli Jesu Christi majora, quam ipse fecerint, licet illis Christus hoc promiserit, quam opinionem refellit D. de la Rue *in præf. ad Tom. 2. Orig. pag. 9.*

3. „Quæ autem causa est, audientem non „intelligere, & videntem non videre? *Incrassatum est*, inquit, *cor populi hujus*: intelligo ex eo esse incrassatum cor, quia nihil sit in eo præter humanas & carnales sollicitudines; quomodo enim materia corporis pinguis est, eodem modo etiam corporei intellectus & cogitationes. Ex quo cum duo posita sint, incrassari cor ex sæcularibus curis, & attenuari ex sollicitudine spiritali, deponamus & nos crassitudinem, & assumamus eam, quæ dicta est, tenuitatem, ut & nos dicamus cum Propheta: *in Sancto apparui tibi. Ps. 62. v. 2.* Non quasi sanctus fuerim naturaliter, sed si „carnis prudentia tabescit & extabuerit, tunc in Sancto apparebo ei. *Cor incrassatum quale. n. 5. Non sumus sancti naturaliter.*

4. „Sequitur autem: *& auribus suis graviter audierunt.* Quæ est ista gravitudo, quæ est in auditionem animæ? Peccatum secun„dum *Peccatorum aures aggravatæ.*

„dum Scripturas grave est. *Ps.* 37. *v.* 5. Si „ergo peccaverimus, graviter audiemus.. Au„ribus igitur suis peccatores graviter audie„runt. Omnes quidem Judæi, qui tunc au„dierunt Salvatorem, graviter eum audie„runt: ideo non crediderunt. Usque hodie „autem quotquot audientes scripturas non au„diunt sermonem spiritaliter, graviter au„diunt. Atque ita dupliciter auditur Scri„ptura: ab eo, qui non intelligit, quæ dicun„tur, graviter auditur; ab eo vero, qui in„telligit eam, non solum auditur non gravi„ter, sed potius acute: unde & qui fit intel„ligens, fit auditor.

Cæcitas spiritalis voluntaria pessima.

5. „Est & aliud, quod prophetatur de „populo Judæorum, & de omnibus nobis, si „peccaverimus. *Et oculos suos clauserunt, ne „quando videant oculis, & auribus audiant, & „corde intelligant.* Eorum, qui non vident, „quidam cæci sunt, quidam in tenebris sunt: „alii claudunt oculos, & non vident. Et sc „has differentias, quæ principales cordis no„stri sunt, Scriptura divina. *Is.* 49. *v.* 9. Qui „vero ad comparationem cœcorum, & eo„rum, qui in tenebris sunt, multo pejores „sunt, ii sunt, qui ideo non vident, quia ocu„los sponte clauserant. *Joan.* 9. *v.* 41. . . „Proinde siquando videris ingeniosam ad in„telligendum animam, non meditantem ea, „quia Dei, cognosce, quia ideo non videt ea, „quæ continentur in Scriptura, quia clausit „oculos; unde Scriptura accusat eos, qui „oculos claudant, ne videant. . . . Si tamen

„sunt

„futurum est, ut aperiens oculos animæ au„diam turpiloquia, melius est claudere audi„tus, quam audire, quæ noceant. Quando „ergo claudam? quando mala dicuntur, ut „neque intelligam ea. Quando videnda sunt „eloquia Dei? quando convertimur, & sanat „nos Deus, mittens Verbum, quod sanat eos, „qui volunt curari in Christo Jesu, cui est glo„ria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VII.

De eo, quod scriptum est: Ecce ego & pueri. Is. 8.

1. „Apostolus recordans hujus dicti: *Ecce Deus* „*ego & pueri mei, quos Deus dedit mihi.* „*Is.* 3. *v.* 18. infert: *quia ergo pueri communica*„*verunt sanguini & carni, & ipse proxime eos* „*factus est, qui participantur eorum. Hebr.* 2. *v.* „14. *sqq.* id est, etiam Salvator noster carnem „& sanguinem assumpsit. Ego autem dicam, „quia pueri non possunt fortiores audire ser„mones, Salvator noster quasi parvulis lo„quens, loquitur non ineffabilia, sed quæcun„que capere possunt parvuli: parvuli autem „omnes homines sunt, si eos comparas ad „perfectionem Verbi.

Deus nobis in scripturis ut parvulis loquitur. n. 1.

2. „Deinde prophetat Salvator in Prophe„ta, quod, cum acceperit pueros, *erunt signa* „*& prodigia in Israel a Domino Sabaoth, qui* „*habitat in monte Sion. Is.* 8. *v.* 18. Qui enim in „omni anima poteſt conspicere veritatem, iste „facit signa & prodigia per Salvatorem, sive „jux-

Prædicatores veritatis, non erroris audiendi. n. 2.

„juxta ſpiritalem curationem, ſive ſenſibiliter
„exhortando eos, qui veniunt ad fidem. . . .
n. 3. „*Si quis autem*, ait, *pueris, qui in me credunt,*
„*dixerit: Quærite ventriloquos, & eos, qui de*
„*terra clamant, qui inania loquuntur, qui de ven-*
„*tre clamant:* id eſt, quærite dæmonia, ſive
„divinationem, vel qui repromittunt, nec ta-
„men habent veritatem ventri ſuo ſervientes,
„vel hæreticos, vel Eccleſiaſticos, qui pro ſa-
„turitate ventris cuncta gerunt, ut non oren-
„tur, & accipiant munera, quæ in Eccleſia
„deferuntur; tunc hæc eis reſpondete: *Non*
n. 4. „*gens ad Deum ſuum exquiritur. v.* 19. Unaquæ-
„que gens, ſi quærit v. g. Jovem, ad proprium
„Deum refert, quod quæſivit: vos autem
„Iſraelitæ habentes Deum verum, qui eſt ſu-
„per omnia, cum quæritis, nolite ventriloquos
„quærere, neque de terra clamantes, neque
„vaniloquos; ſed proprium Deum. Nolite er-
„go *quærere de viventibus mortuos*, id eſt, dæ-
„mones vera vita privatos: legem enim ſuſce-
„piſtis, in qua ſcribitur, *non ſequaris idola,*
„& juxta legem facientes non attendatis ven-
„triloquis, neque his, qui de terra clamant:
„*legem enim in adjutorium dedit, ut dicant, non*
„*eſt ſicut verbum iſtud, pro quo non eſt munera*
„*dare. v.* 20. Nullum enim verbum poſt ver-
„bum Moyſi, poſt verbum Prophetarum,
„multo autem amplius poſt verbum Jeſu Chri-
„ſti, & Apoſtolorum ejus. Dicant ergo, qui
„acceperunt legem in adjutorium; non eſt ut
„verbum iſtud, quod locutus eſt Moyſes in
„lege. lata per angelos in manu Mediatoris.
„Multo autem dignius poteſt hoc dicere Ec-
„cle-

„clesia: non est sicut Verbum istud, quod caro „factum est, quod habitavit in nobis, cujus „videmus gloriam, non sicut Moyses velami„ne obtectam, sed gloriam tamquam unigeniti „a Patre pleni gratiæ & veritatis. Non est „sicut verbum istud, quod suscepit Ecclesia, „in quo credit, per quod & salvabitur: Ver„bum, quod in principio erat apud Deum, „Deus Verbum, cui gloria, & imperium in „sæcula sæculorum. Amen.

Homilia VIII.

De eo, quod scriptum est: Ululate sculptilia &c. Is. 10.

1. „Olim quidem quando peccavit populus „prior, sculptilia fabricatus est Judas „in Hierusalem, & Israel in Samaria. Si au„tem & nunc aliquis consideret ex multitudi„ne eorum, qui colliguntur, peccatorum, non „pigebit eum dicere, quod unusquisque Deum „faciens, quod existimat esse bonum, & ser„viens peccato maledictus est faciens sculptile, „ponens illud in absconso. In absconso quip„pe cordis multa facimus idola, si peccemus. „Et si quidem nos peccemus, qui esse de Ec„clesia cupimus, in Hierusalem facimus scul„ptilia: si vero ii, qui extra Ecclesiam consti„tuti sunt, quo modo hæretici, peccaverint, „faciunt idola in Samaria. Verumtamen om„nes omnipotens Deus juxta suam bonitatem „ad pœnitentiam provocat, dicens: *Ululate „sculptilia in Hierusalem, & in Samaria. Is.* 10. „*v.* 10. Quemadmodum enim feci Samariæ & „ma-

Peccator idola in corde sibi facit. n. 1.

„manufactis ejus, ita faciam Hierusalem &
„idolis ejus. *Cum autem consummaverit Deus*
„*omnia faciens in monte Sion, inducet super sen-*
„*sum magnum principem Assyriorum*, scilicet
„diabolum, qui sensu suo abutitur ad instruen-
„dos sapientes mundi istius, *& super altitudi-*
„*nem gloriæ oculorum ejus. v.* 12. quo dicit:
„*Viribus faciam, & sapientiam intellectus aufe-*
n. 2. „*ram, fines gentium. v.* 13. Pervenit enim ad
„omnes gentes operatio ejus: sed Salvator in
„omnes gentes mittens sermones suos eruit
„eos, qui in cunctis gentibus captivi teneban-
„tur a Zabulo. *Et vires eorum depascar. Et*
„*commovebo civitates, quæ inhabitantur. v.* 14.
„Et hoc Zabulus comminatur: inhabitari cer-
„nit civitates, Ecclesias Dei in Christo Domi-
„no constructas; has commoturum se perso-
„nat: & frequenter quidem concussit persecu-
„tionibus, & scandalis. Sed nos tentemus,
„fundamentum habentes super petram tales
„fieri, ut nos movere non valeat per procel-
„las suas, neque per spiritus adversos. Ve-
„rum ad omnia, quæ acciderint, stabiles per-
„severemus, utpote habentes ædificium super
„petram Jesum Christum, cui est gloria, &
„imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia IX.

Hæc Homilia ex dictis imperfecta est, & illi perperam insertus est finis Homiliæ nonæ in Jeremiam; de cætero vero ea solum repetit, quæ Homilia sexta Origenes disseruit.

ORI-

ORIGENIS EXEGETICA IN JEREMIAM.

§. I.

Monitum.

Num Origenes Jeremiam aliter, quam Homiliis explicaverit, incertum est. Cassiodorus Homilias 45. enumerat tempore Rabani Mauri adhuc existentes ipsomet teste *præf. in Jerem.* Fragmentum trigesimæ nonæ exhibet Philocalia. Quatuordecim confuso ordine latine a se versas testatur S. Hieronymus *præf. in Ezech.* Novendecim in codice Scorialensi græce reperit, & latine edidit Antverpiæ an. 1548. Corderius sub nomine S. Cyrilli Alexandrini, quas Origeni invicte vindicat Huetius, qui etiam in sua editione quatuordecim Homilias a S. Hieronymo versas juxta contextum Jeremiæ collocavit. His D. de la Rue in sua novissima editione residuas, & duas latine solum repertas addidit, ita ut 21. Homiliæ modo habeantur, quibus fragmentum citatum Homiliæ trigesimæ nonæ & Philocalia subjunxit, hasque Homilias pacis tempore post annum 245. pronuntiatas esse ex Homilia quarta colligit. Præterea commentarios in Jeremiæ Lamentationes Origenem Alexandriæ elaborasse ante an. 231. testatur Eusebius *hist. l.* 6. *c.* 24. Verum horum nihil hodie superest, nisi forte inde excerpta sint loca sub Origenis nomine in Catena P. P. Chislerii ci-

tata, quæ etiam *in tom.* 3. *Op. Orig. Ed.* D. de la Rue habentur.

§. II.

ANALYSIS.

Homilia I.

Verbum Dei, quod factum est ad Jeremiam, &c.

Deus promptior ad benefaciendum, quam puniendum.

1. „Deus ad benefaciendum promptus est, „ad puniendum autem eos, qui pœ„na digni sunt, dissimulator; sed etsi condem„naverit, dicit, ut liberentur a condemnatio„ne, qui condemnati fuerant per delictum.... „Horum quoddam exemplum invenimus in
n. 1. „Jeremia scriptum esse; est enim annotatum
n. 2. „tempus Prophetiæ ejus, quando cæpit pro„phetare, & quousque. Cæpit quippe pro„phetare in diebus Josiæ filii Amos regis Ju„da usque ad annum tertium decimum regni „ejus: deinde prophetavit in diebus Joachim „filii Josiæ regis Juda, usque ad consumma„tionem undecimi anni Sedeciæ filii Josiæ „regis Juda, usque ad captivitatem Hierusa„lem in mense quinto. Quid ergo docemur
n. 3. „per hæc? condemnaverat Deus Hierusalem „propter peccata, quæ fecerat, ut captivitati „relinqueretur: verumtamen cum hominum „sit amator, antequam depopulationis tempus „instaret, misit hunc Prophetam, ut per ser„mones ejus ad pœnitentiam converterentur, „qui prophetavit usque ad captivitatem Hie„rusalem, usque ad quintum mensem. Jam „ho-

„hoſtium vincula reſtrinxerant manus, & ni-„hilominus hæc quodammodo dicebat Deus: „Ecce captivi facti eſtis, agite licet ſero pœ-„nitentiam, rogate me, & parcam vobis.... „Hæc autem & de nobis poſſumus intelligere: „ſi peccaverimus, & nos captivi futuri ſumus, „& tradimur ſpiritali Nabuchodonoſor, ſeu Sa- *n.* 4. „tanæ captivanti animas eorum, qui relin-„quuntur a Deo. Hoc autem adjacente ſermo-„nes Prophetarum, ſermones legis, ſermones „Apoſtolorum, ſermones etiam Domini, & „Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti hortantur ad „pœnitentiam, provocant ad ſalutem: ſi au-„tem audierimus, credimus ei, qui dixit: *Et* „*ego pœnitentiam agam de omnibus malis, quæ* „*locutus ſum, facere eis. Jer.* 18. *v.* 8.

2. „Poſt procemium ita ſcriptum eſt; *factus* „*eſt ſermo Domini ad eum* (Jeremiam). *Prius-*„*quam te plaſmarem in utero, novi te, & prius-*„*quam exires de vulva, ſanctificavi te. Jer.* 1. *v.* 5. *Quis gentes, & regna eradicet.* „Hoc numquam ad ullum Prophetarum di- *n.* 5. „ctum invenimus. . . . Neque vero ignora- *n.* 6. „mus, qui iſta referant ſuper Domino noſtro, „& Salvatore Jeſu Chriſto, & dicunt, quæ „minora ſunt, non conveniunt Salvatori, ſed „Jeremiæ, alia vero, quæ in contextu majora „ſunt, non Jeremiæ, ſed Chriſto. Nos vero „cuncta ad Jeremiam referre tentabimus, & „inprimis illud: *Conſtitui te hodie ſuper gentes,* *n.* 7. „*& regna, eradicare, & diſperdere. v.* 10. Qui-„cunque enim a Deo accepit verba cœleſtis „eloquii; idcirco ea accipit, ut gentes, regna-„que eradicet, atque ſubvertat, ſcilicet ani-

„mas hominum regnatas a peccatis, quae evel-
„léntur, atque suffodientur a sermonibus Dei,
„qui dati sunt sive Jeremiae, sive caeteris San-
„ctis.

Jeremias in utero sanctificatus.

3. Deinde de Jeremia explicari etiam po-
„test illud: „*Priusquam te plasmarem in utero,*
„*novi te, & priusquam exires de vulva matris tuae,*
n. 11. „*sanctificavi te.* Deus ipse sanctificat sibi ali-
„quos: istum non exspectat genitum, sed prius
„sanctificat, quam de vulva egrediatur. . . .
n. 12. „*Prophetam in gentibus posui te.* Quippe Jere-
„mias jubetur prophetare super omnes gentes
„Elam, Damasci, Moab. . . . Et dixi: *Qui*
n. 13. „*es Dominator Domine? ecce nescio loqui: quia*
„*juvenis ego sum.* Saepe diximus, solere ali-
„quem esse puerum juxta eum, qui intus est,
„hominem, licet etiam senili corporis sit aeta-
„te; & econtrario frequenter inveniri parvu-
„lum secundum eum hominem, qui extrinse-
„cus est, & esse interius perfectum virum. Ta-
„lis erat Jeremias habens jam sibi concessam a
„Deo gratiam in aetate corporis adhuc puerili,
„propter quod ait ei Dominus: *Noli dicere,*
„*quia juvenis sum,* signumque hujus rei, quia
„non sit juvenis, sed vir consummatus, osten-
„dit dicens: *Quoniam ad omnes, ad quoscunque*
„*mittam te, ibis, & juxtà quaecunque mando tibi,*
„*loqueris, nec timeas a facie eorum.* Scit enim
„Deus mittens Prophetam, quanta discrimina
„perpessurus sit, ideo exhortatur eum dicens:
„*Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum,*
„*ut eruam te.* Quaecunque Jeremias passus est,
„scripta sunt. In lacum missus est luti, alia-
„que

,que multa, quæ pertulit, in libro ejus con-,tinentur. Et necesse est eos, qui religiose ,volunt vivere in Christo, omni genere a con-,trariis virtutibus persecutionem pati.

4. „*Et extendit manum suam ad me Dominus,* ,*& tetigit os meum.* Ad Isaiam non extendit ,manum suam Dominus, neque unus ex Se-,raphim manu sua labia ejus tetigit, sed for-,cipe solum tangens ait: *ecce abstuli iniquitates* ,*tuas.* Jeremiæ autem, quia sanctificatus fue-,rat in vulva, non forceps mittitur, neque ,de altari carbo succensus; nihil quippe habe-,bat igne dignum, sed ipsa manus Domini te-,tigit eum, & dixit: *Ecce dedi sermones meos* ,*in os tuum, ecce constitui te super gentes, &* ,*regna eradicare. v.* 10. Quis sic beatus est, ,ut regna dæmonum, regna peccati eradicet ,his, qui ei dati sunt a Deo, sermonibus?... ,Nec aliquis existimet, triste quiddam Jere-,miam recepisse, quia constitutus sit ad eradi-,cationem regnorum, & gentium. Bonitatis ,Dei est istud indicium, eradicare vitia per ,sermones, inimica cœlestis regni regna de-,struere, & bellantes cum sua gente evertere ,nationes, eradicare, & subvertere... Opor-,tet autem penitus interire malitiam, lapides ,quoque ipsi conterendi, ne ad aliquam ædi-,ficationem, quam diabolus concinnare po-,test, assumi valeant.

Jeremias ad extirpanda vitia mittitur. *n.* 14. *n.* 15.

5. „Verum non tantum in hoc stat sermo ,divinus, ut eradicet, & destruat, & disper-,dat; quid enim mihi prodest, si non pro eis, „era-

Extirpatis vitiis quæ bona implantanda.

n. 16. „eradicata sunt, meliora in me plantentur, & „ædificentur? Propterea Dei verba primum „faciunt, quod necesse est, eradicant, de„struunt, perdunt, & post hæc ædificant, at„que plantant. Observavimus semper in Scri„pturis sanctis primum ea, quæ videntur, tri„stia nominari, deinde ea, quæ hilariora „sunt, secundo dici. . . . Sic etiam in præ„senti Dominus ait: *Constitui te hodie super gen„tes, & regna, eradicare, & suffodere, & di„sperdere, & ædificare, & plantare.* Verum„tamen primum est, ut mala auferantur a no„bis: oportet malitiam ex imis sedibus eradi„cari, ut postea sermones ædificent, atque „plantent. Sermones eradicant nationes, ser„mones regna suffodiunt, sed regna ista car„nis, & sæculi digna destruentibus, digna era„dicantibus verbis. Putas, in his, quæ dici„mus modo, non est virtus, quam Dominus „tribuit, secundum quod scriptum est: *Domi„nus dabit verba evangelizantibus virtute multa* „*Ps.* 67. 12. Virtus eradicans, & suffodiens „siqua infidelitas, siquod mendacium, siqua „luxuria, siqua discordia non est suffossa. Si„cubi idolum in corde constructum est, illo „deposito ædificetur templum Dei, & inveni„tur gloria ejus in eo, & fiat non infertilis, „sive lucus exurgens, sed plantatio paradisi, „ut templum Dei sit in Christo Jesu, cui est „gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.



Hom-

HOMILIA II.

De eo: Quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena &c. Jer. 2.

„Omnia bona in nobis, & propter nos „condidit Deus, sed nosmet ipsi malitiam, atque peccata propria in nobis attraximus voluntate: unde & in præsenti lectione per Prophetam nunc queritur Deus, & quodammodo dubius inquirit, quomodo in quibusdam amara sit anima, quam dulcem ipse condiderat, & ait; *Quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena? Jer. 2. v. 21.* . . . Itaque non solum primi hominis anima, sed & universorum ad imaginem, & similitudinem Dei facta est: & antiquior est hæc imago, quæ Dei est, imagine Zabuli, quam postea nobis inducimus ob pecatum. Unde debemus magnopere laborare, ut, quomodo delinquentes portavimus imaginem terrestris, ita ad pœnitentiam conversi portemus imaginem cœlestis, ad quam & universa primum condita creatura est, ob cujus in malum conversionem nunc peccantes sermo corripiens ait: *Quomodo conversa es, in amaritudinem vitis aliena? Ego autem plantavi eam fructiferam universam veram:* quia Deus bonam plantavit hominis animam, sed ipsa vitio suo adversus conditoris depravata est voluntatem. *Anima propria voluntate per peccatum se deformat. n. 1.*

2. „Post hæc sequitur: *Si ablutus fueris nitro, & multiplicaveris tibi herbam poam, maculata es in conspectu meo in iniquitatibus tuis. Jer. 2. v. 22.* Pro vitiis, & passionibus ani- *Diversa peccata diversis mediis curanda.*

„mæ

n. 2. „mæ remedia quidem habet ſermo Dei in ſa-
„cris Voluminibus: eſt in eo nitrum, eſt poa,
„quibus ſordes abluantur; non tamen omne
„peccatum nitro ſermonis & poa poteſt emun-
„dari, ſed ſunt aliqua delicta, quæ non indi-
„geant facili curatione, nec ad nitrum, &
„poam tantum abluta diſcedant. . . . Idcirco
„ſciens differentias peccatorum per Iſaiam
„Dominus dicit: *Lavabit Dominus ſordes filio-
„rum Sion in ſanguine: emundabit de medio eo-
„rum ſpiritu judicii, & ſpiritu combuſtionis ſor-
„des, & ſanguinem. Iſ.* 4. *v.* 4. Sordes ſpiritu
„judicii, ſanguinem ſpiritu combuſtionis. Si
„ergo mortale peccatum eſt, non poſſumus
„nitro, poaque mundari, ſed ſpiritu judicii,
„ſpiritu combuſtionis, & pœnæ. . . . Siquis
n. 3. „igitur ſervaverit lavacrum Spiritus ſancti,
„iſte in reſurrectionis primæ parte communi-
„cat. Siquis vero in ſecunda reſurrectione
„ſervatur, iſte peccator eſt, qui ignis indiget
„Baptiſmo, qui combuſtione purgatur, ut,
„quidquid habuerit lignorum, fœni, & ſtipu-
„læ, ignis conſumat. Quamobrem cum ta-
„lia poſt mortem nobis reſidere videamus,
„Scripturas diligenter ſimul recitantes, repo-
„namus eas in cordibus noſtris, & juxta ea-
„rum vivere præcepta nitamur, ut ante ex-
„ceſſionis diem, ſi fieri poteſt, peccatorum
„ſordibus emundati cum Sanctis valeamus
„aſſumi in Chriſto Jeſu, cui eſt gloria, &
„imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.



HOMI-

Homilia III.

In istud: numquid solitudo factus sum domui Israel. Is. 2. v. 31.

„Nemini Deus est solitudo, *qui solem suum* „*oriri facit super bonos, & malos*, nemini terra aggrestis, *qui pluit super justos, & injustos. Matth.* 5. *v.* 45. Quomodo sit solitudo, qui diem profert, & noctem ad quietem dat? Quomodo solitudo, qui frugiferam facit terram? Quomodo solitudo, qui cujusque animum regit, ut rationis particeps sit, ut scientiam comparet? Nemini igitur est solitudo quoad generalem rationem Deus. *Deus nemini solitudo.*

2. „Quantum vero ad singularem rationem attinet, ad res Israel venio, & ajo, neque solitudo, neque terra agrestis erat, quando in Ægypto faciebat signa, & prodigia populo: siquod autem fuit tempus, cum erant derelicti, quodammodo illis solitudo, idque non frustra, factus est. Quando ergo non erat Israeli Deus solitudo, neque terra agrestis, tunc gentibus secundum justam rationem solitudo, ac terra agrestis erat: quando autem aversatus est Israelem, & ipsi solitudo, & terra agrestis factus est, tunc effusa est gratia in gentes, & factus est in nobis Jesus non solitudo, sed plenitudo, non terra agrestis, sed frugifera, quia *multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habet virum. Is.* 34. Et minatur illis, quibus non est factus solitudo, neque terra agrestis, dicens: *Quando Israel Deus factus solitudo.*

„Ego

„Ego quidem vobis non factus sum solitudo,
„neque terra agrestis, vos autem dixistis:
„*Non subdemur dominio, neque veniemus ad te*
„*ultra. Jer.* 21. *v.* 31. Itaque filii Israel dixe-
„xerunt insipienter, ut littera sonat, *non sub-*
„*demur dominio.*

HOMILIA IV.

De eo: Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ &c. Jer. 3.

Vocatio gentium ex peccato Israel orta n. 1.

1. Postquam hic Origenes divisionem regni Judaici sub Roboamo ex libris Regum narravit, ad explicationem capitis tertii Jeremiæ progreditur, & verba illius a versu 6. & sqq. ponit, scilicet: „*Et dixit Dominus ad me*
„*in diebus Regis Josiæ: vidisti, quid fecit mihi*
n. 2. „*habitatio domus Israel &c. Jer.* 3. *v.* 6. [illegible]
„Vocatio gentium ex peccato Israel habuit
„exordium, *Act.* 13. *v.* 46. & multa peccata
„illius populi fecerunt eum a Domino dereliqui,
„qui, & nos ad spem salutis venire, qui alieni eramus testamentorum, & repromissionis.
„*Dimisi*, ait Deus, *eam*, & *dedi ei libellum repudii. Jer.* 3. *v.* 8. Ubi enim jam apud Judæos Prophetæ? Ubi signa virtutum? Ubi
„manifestatio Dei? Non templum, non victimæ, non alius quilibet cultus voluminibus
„legis expressus: ejecti sunt de regionibus suis,
„atque ita dedit Dominus libellum repudii
„Israel. Post eos nos, qui in Scripturis Judæi
„vocamur, propter tribum Juda, ex cujus Salvator stirpe descendit, conversi sumus ad Dominum, & novissima nostra, quæ utinam
„fa-

ſaltem in hoc tempore non complerentur, ſi-
nilia futura ſunt peccatis Juda, imo pejora.

2. „Et ut credas in conſummatione ſæculi *Chriſtia-*
leteriora nobis eventura, quam Judæis: au- *norum te-*
li Salvatorem: *Cum multiplicatæ fuerint ini-* *por tem-*
uitates, refrigeſcet charitas multorum. Matth. *pore pacis*
24. *v.* 12. Tanta enim incredulitas in uni- *n.* 3.
erſo humano genere futura eſt, ut Salvator
oſter loqueretur: *Putas, veniens Filius homi-*
is inveniet fidem ſuper terram. Luc. 18. *v.* 8.
ere quippe videmus nunc in tanto numero
Eccleſiarum fidem difficile reperiri. Tunc
rant vere fideles, quando Martyrum victi-
næ feriebantur, quando cruentas exequias
roſecuti triſtes ad Eccleſiam revertebantur.
unc erant pauci quidem, ſed vere fideles,
nguſtam, & arctam ingredientes viam, quæ
ucit ad vitam: nunc autem, quando facti
ımus plures, quia difficile eſt plures eſſe bo-
os. *Matth.* 20. *v.* 16. ex tantis fidem chri-
ianam pollicentibus pauci ſane reperiuntur,
ui habeant fidem, & veritatem, & beatitu-
ine digni ſint.

3. „Si itaque dicit: propter peccata dimiſi *Pœna te-*
rael, & reliqui eum in commigrationem: *pidorum*
ıda autem audiens ea, quæ acciderant *Chriſtia-*
rael, noluit ad me converti; de noſtris lo- *norum.*
ıitur peccatis, qui hæc legentes non time- *n.* 4.
us, neque dicimus: ſi naturalibus ramis
on pepercit, quanto magis nec nobis parcet
eus, ſi ſimilia fecerimus? . . . Nunc vero
ıia Deus & benignus eſt propter pœniten-
„tiam,

„tiam, & ſeverus propter delicta, loquitur ad
„nos per Prophetam dicens: *Vidiſti, quid fe-*
„*cit mihi habitatio domus Iſrael: abiit ſuper*
„*omnem montem excelſum, & ſubiit usque ad*
„*lignum nemoroſum. Jer.* 3. *v.* 6. Si conſideres
„Phariſæum aſcendentem templum cum ſu-
„perbia. *Luc.* 18. Vides, quomodo aſcendit
„ſuper omnem montem excelſum. . . . Si
„conſideres hæreticos, qui orationem ſuam
„verborum decore componunt, non ut con-
„vertant audientes a vitiis, ſed ut delectent;
„hic, qui ejusmodi ſeductione perſuaſus eſt,
„abiit ſubtus omne lignum nemoroſum, &
n. 5. „infrugiferum. . . . Item ſi obſervaveris, quod
„dictum eſt: *Fornicata eſt illic &c. v.* 7. de
„nobis dici intellige, qui derelinquentes pa-
„ctum, quod cum Deo fecimus, non ſerva-
„mus. . . . Et nos igitur, qui credidimus
„in Chriſtum, legamus Scripturas, videamus,
„quis juſtificatus ſit, quis offenderit Deum,
„& cum obſervatione nitamur ea facere, quæ
„juſtos legimus feciſſe, & caveamus in hæc
„incidere, in quæ inciderunt hi, qui traditi
n. 6. „ſunt captivitati, & ejecti de hæreditate Dei.
„Legamus etiam Pauli Apoſtoli epiſtolas u-
„verſas, & ſcribamus in cordibus noſtris,
„viventes juxta præcepta cœleſtia, ut non
„tradatur & nobis libellus repudii, ſed co-
„hæredes efficiamur cum Chriſto Jeſu, cui
„eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculo-
„rum. Amen.



Hom-

Homilia V.

In istud: Revertimini filii revertentes. Jer. 3. v. 21.

1. „Cum primum dictum esset de Israel, & „audissent filii Israel: *Quoniam injuste egerunt in vitiis suis, & obliti sunt Dei Sancti sui*: deinceps Spiritus S. transfert sermonem „ad nos, qui sumus ex gentibus, & ait: *Revertimini filii revertentes, & sanabo contritiones vestras*. Jer. 3. v. 22. Nos enim sumus re„pleti contritionibus. . . . Verum adverte, „quo pacto nos Deus revertentes perfecte re„verti adhortetur, spondens, si nos reverten„tes reversi fuerimus ad eum, nostras se per „Jesum Christum sanaturum contritiones: nos „vero sine mora respondentes dicimus: *Ecce „servi nos erimus tibi*. Jer. 3. v. 22. . . . Obe„dientes igitur, & dicentes: *Tui erimus*: me„minerimus, quid Deo spopondimus, ne al„terius ditionem subeamus, non spiritus iræ, „non spiritus tristitiæ, non spiritus concupi„scentiæ, non ipsius diaboli: sed ostendamus „operibus, qui sumus polliciti, nos ejus fore, „nulli alteri, quam ipsi nosmetipsos addixisse, „& dicere, *quia tu Domine Deus noster es*. Nul„lum enim Deum nos confitemur, non ven„trem, sicuti gulosi: Phil. 3. v. 19. non ar„gentum, ut amatores pecuniæ, non avari„tiam: neque aliud quidquam pro Deo ha„bemus, sed nobis, qui super omnes, qui „per omnia, qui in omnibus, Deus est, & „charitate, quæ est ad Deum, pendemus; „charitas enim nos cum Deo conglutinat.

Vocati à Deo illi obediant. n. 1.

n. 2.

Peccata commissa detestanda, & confitenda *n.* 4. 2. „Deinceps cum nos priorum malorum „pœnituerit, & idola inania fuisse cognoverimus, „revertentes dicimus: *Vere in mendacium erant* „*colles, & fortitudo montium. Jer.* 3. *v.* 23. . . . „Deinde nos, qui sumus ex gentibus, scimus „delicto Israelis viam nos salutis cepisse: sci- „mus item, postquam plenitudo gentium in- „traverit, tunc omnem Israel salvum futurum, „ideoque addimus: *Verunitamen per Dominum*
n. 5. „*Deum nostrum salus Israel.* . . . Deinde con- „fitentes peccata, in quibus & patres nostri „fuerunt, nosque ipsi idola colentes, dicimus: „*Confusio autem consumpsit labores patrum nostro-* „*rum.* Itaque si pravus labor consumendus „est, confusionem nasci necesse est; ante con- „fusionem enim non consumitur labor patrum „nostrorum; qui enim peccant, & non con- „funduntur, nec erubescunt de peccatis suis, „istiusmodi sunt, qui desperantes semetipsos „tradiderunt omni impudicitiæ. Vides enim „gentiles, quo pacto quasi egregia facinora in- „terdum narrent suas fornicationes, neque pu- „deat confiteri. Principium bonorum est, pu- „dore affici ob ea, quorum non pudebat. . . .
n. 6. „Consumendi etiam sunt per confusionem *oves* „Patrum nostrorum, & *vituli*, id est, motus
n. 7. „irrationales: item *filii eorum*, & *filiæ*, scili- „cet cogitationes pravæ, si auctores earum, „& peccatorum puduerit.

Peccata ignominia nos cooperiunt. *n.* 8. 3. „Post hæc ajunt, qui confitentur: *Dor-* „*mivimus in confusione nostra, & cooperuit nos* „*ignominia nostra. Jer,* 3. *v.* 25. Dum ignomi- „niæ operibus incumbimus, velamen in corde „nostro

„noſtro poſitum habemus: ſi volumus hoc ve-
„lamen deponere, ad honoris opera contenda-
„mus. . . . Si converſus fueris ad Dominum, *n.* 9.
„tunc auferes velamen, v. g. ſi in anima no-
„ſtra ira adverſus quempiam inſederit, impo-
„ſitum eſt velamen ſuper faciem noſtram: ſi
„iram depoſuerimus, ſimul & velamen aufe-
„remus: ſimiliter, ſi omnes animi affectiones:
„donec autem hæ ſunt in mente, & cogita-
„tione noſtra, principi animæ facultati impo-
„ſitum eſt velamen, & ignominia, ne ſplen-
„dentem Dei gloriam videamus. Non eſt
„Deus, qui gloriam ſuam a nobis abſcondit,
„ſed nos, qui velamen malitiæ menti imponi-
„mus. *Quia coram Deo noſtro peccavimus, nos* *n.* 10.
„*& Patres noſtri. v.* 25. Utinam & nos dicere-
„mus: *peccavimus*, non vero peccamus. Qui
„enim adhuc in peccato eſt, ne dicat, pecca-
„vimus: qui vero antea peccavit, & diligen-
„tem pœnitentiam egit, is dicat, peccavimus.
„Et nos igitur confiteamur peccata, utinam *Peccata*
„non heſterno die, non ante heſternum com- *omnia*
„miſſa, ſed peccata ante annos decem & quin- *confitenda*
„que patrata, nulla ex eo tempore iniquitate
„admiſſa. Sin autem heri peccavimus, de
„iniquitatibus noſtris confitentes nondum fide
„digni ſumus, neque locum habet horum ve-
„nia peccatorum, *quoniam peccavimus nos, &*
„*Patres noſtri ab adoleſcentia noſtra usque in diem*
„*hanc*: illa quidem alias dicta ſint ad traden-
„dum optimæ confeſſionis modum; hæc au-
„tem ſunt diuturnæ peccandi aſſiduitatis accu-
„ſatio. . . . Deinde reſipiſcentes, & initium
„converſionis habentes ajunt: *& non obedivi-*

„*mus;* neque enim ſimul ac obedire volumus, „continuo obedimus; etenim tempore opus „eſt ſicut in vulneribus ad curationem, ſic „& in converſione, ut perfecte, ac pure ad „Deum converſio fiat.

Pœnitentia, & vera converſio. n. 11.

4. „Poſt hæc de Iſraele dicit Deus: *Si con„verſus fuerit Iſrael ad me, dicit Dominus, etiam „convertetur.* Hoc eſt, ſi perfecte converſus „fuerit: *& ſi abſtulerit abominationes de ore ſuo,* „auferendo detractiones, verba inania, otioſa, „ex quibus futurum eſt, ut in die judicii rei „ſimus. Item *ſi a facie mea reveritus fuerit:* „hoc eſt, ſi cum ſcientia revereatur, eoquod „ſemper intueatur, & in ſemetipſo ad vivum „exprimat faciem Dei, quæ eſt ſuper facien„tes mala, ut perdat de terra memoriam il„lorum. Item *ſi juraverit, vivit Deus, in ve„ritate, & in judicio, & in juſtitia.* In juran„do primum quæro non falſum, ſed verum, „ut cum veritate juret, nos autem miſeri „etiam pejeramus. Sed eſto cum veritate, „nondum recte juramentum fit, ſed in judi„cio, ita ut juramenta noſtra non conſuetu„dine, ſed judicio fiant: & in juſtitia, hoc „eſt, non injuſte. Tunc *benedicent in eo gen„tes, & in eo laudem dicent Deo in Jeruſalem.*

Juramentum quomodo præſtandum.

Verbum Dei bono corde excipiendum n. 13.

5. „*Hæc* igitur *dicit Dominus viris Juda, „& habitantibus Jeruſalem: novate vobis nova„lia, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Jer. 4. v. 3.* „Præcipue ad Doctores ſpectat hic ſermo, ne „prius auditoribus verba credant de Patre, „Filio, Spiritu S, &c., niſi prius adhibito

„ara-

„aratro novalia fecerint in terra bona, & „fœcunda in animabus nempe auditorum. „Sed & tu auditor! novale fac agrum tuum, „vide, ubi ſunt ſpinæ, & divitiarum amor, „& invento rationabili aratro e Scripturis, „conducens boves, & operarios, aratro ſubi„ge, & innova terram, exuens veterem „hominem; & induens novum: a Doctoribus, „Lege, Prophetis, Evangelicis, & Apoſtoli„cis Scripturis accipe ſemina, & ea in ani„mam jacito memoriæ mandans, & medita„tione excolens. Pullulare hæc ſua ſponte „videbuntur, revera tamen Deus ipſis incre„mentum dat. 1. *Cor.* 3. *v.* 6. Si autem prius„quam purgaveris animam tuam ſpinis, pe„tas inſtitutiones, ac ſemina ſpiritalia, vio„las mandatum: *Nolite ſerere ſuper ſpinas.*

6. „Deinde dicitur: *Circumcidimini Deo ve-* *Circumciſio ſpiritalis quæ.*
„*ſtro, & circumcidite præputium cordis veſtri.* „*Jer.* 4. *v.* 4. Ubi additur: *Deo veſtro;* nam „& Ægyptiorum Sacerdotes circumciduntur, *n.* 14.
„ſed iſta circumciſio idolis, & minime fit „Deo. . . . Item circumcidunt & mores, & „cor, & ad modeſtiam componunt Philoſo„phi, nec non hæretici; ſed iſta circumciſio „Deo non eſt: quando vero ſecundum Eccle„ſiæ regulas, & ſanæ doctrinæ propoſitum „particeps communionis es, circumciſus es „Deo. Deinde etiam præputium cordis cir„cumcidendum eſt, ſcilicet peccatum, in quo „nati ſumus. . . . Item perverſa dogmata, „pravæ cogitationes. Siquis autem præpu- *n.* 15.
„tium cordis ſui non depoſuerit, ſermo illi

„comminatur: *Ne quando egrediatur ut ignis „indignatio mea, & succendetur, & non erit, qui „extinguat. Jer.* 4. *v.* 4.

Sermo prædicationis tubæ comparatur. n. 16. 7. „*Significate tuba super terram. v.* 5. Sermo „sublimis, excitans auditorem ad bellum con„tra passiones, contra assultus virtutum adver„sariarum, præparans ipsum ad festa cœlestia „tuba est, & vocat nos, *ut ingrediamur civita„tes muratas*, id est, Ecclesiam Dei viventis „veritate Verbi munitam: *Fugite*, ait, *in Sion*, „*festinate, nolite stare, quia ego mala adduco ab* „*aquilone. v.* 6. Siquis enim se ad urbes mu„ratas, seu Ecclesias Dei non receperit, cap„tus ab hostibus neci tradetur; nam *ascendit* „*leo de cubili suo, exterminans gentes levavit se.*

v. 17. „*v.* 7. Scilicet diabolus 1. *Pet.* 5. *v.* 8. *exivit* „*de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem.* „*Jer.* 4. *v.* 7. ut semina Verbi in corde tuo ja„cta conculcet. Quare *accingite vos ciliciis*, ut „in os ejus non incidatis. *Quemadmodum enim* „*cum extrahit pastor de ore leonis duo crura, aut* „*extremum auriculæ. Amos* 3. *v.* 12. Ita hic leo „quærit auribus te arripere, ut per curiosita„tem tuam sermonibus te fallacibus inescans „abducat a veritate. Vult a veritate pedes „tuos rapere, & devorare. Sed tu accingere „ciliciis, & plange imminentem hostem con„spiciens, ut avertatur furor iræ Domini a te, „& averso furore in securitate constitutus, leo„ne non amplius te invadente, eoquod in ci„vitatem muratam ingressus sis, glorificare „possis liberantem te Deum in Christo Jesu, „cui est honor, & imperium in sæcula sæculo„rum. Amen.

Homilia VI.

In istud: Domine oculi tui ad fidem &c. Jer. 5. v. 3.

1. „*Domine*, inquit, *oculi tui ad fidem. Jer. 5. „v. 3.* Sicut oculi Domini super ju„stos; nam ab iniquis avertit eos, sic oculi „Domini ad fidem; ab infidelitate enim aver„tit illos. . . . Sicut autem oculi Domini ad „fidem, sic oculi Domini ad fidem, sic oculi „Domini ad spem, charitatem, & ad omnes „virtutes sunt oculi Domini. Si igitur & tu „volueris radios spiritualium Dei oculorum ad „te pertingere, virtutes tibi compara, & si „istiusmodi sis, ut oculi Domini illuceant ti„bi, dices: *Signatum est super nos lumen vultus „tui Domine. Ps. 4. v. 7.* *Oculi Domini ad omnes virtutes. n. 1.*

2. „Deinde de peccatoribus videamus, „quod dictum est: *Flagellasti eos, & non dolue„runt. Jer. 5. v. 3.* Sensibilia flagella vivis „corporibus illata, velint, nolint vapulantes, „dolore eos afficiunt: at Dei flagella ejusmodi „sunt, ut vapulantium quidam doleant, qui„dam non doleant. Expendamus, quid sit „dolere a flagellis Dei, & quid non dolere; „ostendamus infelices non dolere, beatos au„tem dolere a flagellis Dei. . . . Flagella Dei „cogitationem flagellant; sermo enim, qui „animam pungit, & ipsam in conscientiam „peccatorum adducit, flagellat: flagellat au„tem dolentem a flagellis; quæ enim dicuntur, „ipsum feriunt, & reprehensorem non spernit. „Quando autem quis sensus expers repertus *Infelices, qui non dolent a flagellis Dei. n. 2.*

„fuerit, de illo dicetur: *Flagellasti eos, & non*
„*doluerunt: consummasti eos, & noluerunt susci-*
„*pere disciplinam.* Quando quæ sui muneris
„sunt, doctor facit, & peragit omnia, quæ
„ad tradendam scientiam spectant, auditor
„vero non audit, quæ dicuntur, de hoc ego
„præceptori dixerim: consummasti eum, &
„noluit recipere disciplinam. Quando igitur
„a Providentia in nos fiunt omnia, ut con-
„summemur, & perficiamur, nos vero non
„recipimus, quæ administrat Providentia ad
„perfectionem nos trahens, Deo ab intelli-
„gente dici posset: *Consummasti eos, & nolue-*
v. 3. „*runt recipere disciplinam:* imo *firmaverunt fa-*
„*cies suas supra petram:* scilicet crassiores pec-
„catores, qui rubore carent, nullaque vere-
„cundia afficiuntur ob ea, de quibus repre-
„henduntur, & in quibus peccaverunt. . . .
„Cujus causa est, quia inops est eorum ani-
„ma: *Fortasse inopes sunt*, ait, *quia non po-*
„*tuerunt, quia non cognoverunt viam Domini,*
„*& judicium Dei; ibo ad optimates, & loquar*
„*eis. Jer.* 5. *v.* 4. Quando enim quis magnas
„res aggreditur, & proponit sibi magnifica
„quæque, semperque cogitat ea, quæ decent,
„quomodo ex recta ratione vitam instituat,
„nihil humile, nihil parvum cupiens, hic
„optimum, sublimemque habet animum. Hi
„itaque, quos priores sermo reprehendit, non
„audierunt, quia inopes erant: ibo ergo ad
„optimates, & magnos auditores, & loquar
„eis. Idcirco scientes non tantum damnum
„esse dicentibus, quantum audientibus, si
„non susceperint, quæ dicuntur, precibus a
„Deo

Deo petamus, ut crescente in nobis ratione, vim, & magnitudinem consequamur in Christo Jesu, ut sacros, sanctosque sermones intelligere valeamus, cui honor, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

In istud: Non percutiam vos in consummationem. Jer. 5. v. 18.

„Qui puniendos sensim judicat Deus, dat „locum pœnitentiæ, & non simul, ac peccatum est, puniens, totam pœnam infert peccatori: quamobrem paulatim punit, & reperies Deum pœnas parce admetiri, ut qui velit ad conversionem adducere peccatorem, & non omnia confertim retribuere. Hæc itaque quantum ad litteram illi populo contigerunt, & ubi minatus est illis sermo, quid passuri essent, ait: *Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non percutiam vos in consummationem. Jer.* 5. *v.* 18. Hæc maxime spectant etiam ad futura supplicia. *Deus paulatim punit.* n. 1.

2. „Filii igitur Israel idola Damasci colebant, aliaque gentium idola in terram sanctam intrudebant, quibus receptis dignos se præstabant, ut in idolorum terram ejicerentur: ait ergo illis sermo: *Pro eo, quod dereliquistis me, & serviistis diis alienis in terra vestra, ita servietis diis alienis in terra non vestra. Jer.* 5. *v.* 19. Omnis, qui quidpiam Deum facit, servit diis alienis. Esculenta & poculenta, ut Deum colis? Deus tuus *Pœna peccatorum deos alienos colentium.* n. 3.

„venter eſt. Pecuniam ceu magnum bonum „æſtimas? Deus tuus Mamonas eſt. . . . Si- „quis autem in terra Dei, Eccleſia nempe, deos „alienos veneratus fuerit, ejicietur in terram „alienam, & adoret deos, quos cum intus „eſſet, adoraverat. . . . Porro nos nunc in „terra aliena ſumus, & contrarium, ac filii „Iſrael in terra ſancta fecerunt, agere cupi- „mus; illi enim aliena in terra ſancta fece- „runt, alienos adorarunt: nos autem in alie- „na terra alienum a terra adoramus Deum, „alienum a negotiis terrenis, dominatur nam- „que hic princeps hujus ſæculi, & ab illius „filiis alienus eſt Deus, alienus ab iniquita- „tibus, alienus a peccatis præſentibus. Ve- „rum quærimus locum, in quo Dominum „Deum noſtrum in terra aliena adoremus. „Quis igitur hic locus? Inveni ipſum. Venit „ad hanc terram gerens corpus fructiferum, „qui aſſumpſit corpus peccati in ſimilitudinem „carnis peccati, ut in hoc ipſo loco per eum, „qui advenit Jeſum Chriſtum, qui & delevit „principem hujus ſæculi, & abolevit pecca- „tum, poſſim hic Deum adorare, poſtmodum „adoraturus in terra ſancta: ſi enim quis ado- „ratis in terra ſancta idolis, in terram abiit „alienam, utique qui adoraverit Deum in „terra aliena, abibit in terram ſanctam in „Chriſto Jeſu, cui eſt honor, & imperium in „ſæcula. Amen.



HOMI-

HOMILIA VIII.

De eo: qui fecit terram in fortitudine sua. Jer. 10. v. 12.

„Tres quodammodo virtutes assumens „Propheta, fortitudinem, sapien- ‚tiam, atque prudentiam unicuique earum ‚propria opera distribuit, fortitudini terram, ‚sapientiæ orbem terrarum, prudentiæ cœ- ‚lum, dicens: *Dominus, qui fecit terram in ‚fortitudine sua, & erexit orbem in sapientia sua, ‚& in sua prudentia extendit cælum. Jer.* 10. ‚Et nos igitur in terra nostra necessariam ha- ‚bemus fortitudinem Dei, quia absque ea ‚impossibile est nobis exequi, quod carni re- ‚pugnet: cum autem mortificata fuerint ‚membra super terram, tunc parent Spiritus ‚voluntati. . . . Veniam vero ad orbem ter- ‚rarum, qui græce οἰκουμένη vocatur, id est, ‚inhabitatus. Scio animam meam inhabita- ‚tam; scio animam meam desertam: si enim ‚non habet Deum Patrem, si non habet Fi- ‚lium, si non habet Spiritum S. anima de- ‚serta est: habitata autem est, quando plena ‚est Deo, quando habet Christum, & Spiri- ‚tum S. . . . habitatus est orbis terrarum, in ‚sapientia Dei fabricatus est. Et nos igitur ‚quantum possumus laborare nitamur, ut ha- ‚bitata anima nostra a sapientia Dei erigatur, ‚cecidit quippe habitata anima nostra, post- ‚quam peccavimus, & post ruinam indiget „erectione. . . . Omnes corruimus per pecca- „tum in orbe terrarum; in Adam omnes mo- „rimur, atque ita corruit orbis terrarum, & „indi-

Dei fortitudine & sapientia opus nobis est.

n. 1.

Peccatum originale.

„indiget erectione, ut in Christo omnes vivi„ficemur.

Prudentia ad cœlum ducit. n. 2.

2. „*Et in sua prudentia extendit cœlum.* Est „ergo aliqua prudentia Dei, quam nolo, ut „extra Christum requiras. . . . Est autem „prudentia ejus doctrina & demonstratio bo„narum ac malarum rerum, sive neutrarum: „atque in hunc modum extendisse nunc dici„tur cœlum, id est, eos, qui cœlestem ho„minem portant, quos prudentia & virtutum „gesta ad propinquas sibi cœlorum regiones „provehunt.

Christus sapientiam mundi infatuavit. n. 7. v. 9.

3. „*Infatuatus est homo ab scientia. Jer.* 10. „*v.* 14. Scilicet scientia nostra comparata ad „illam cœlestem scientiam, ad illum consum„matum lectionis intellectum, stultitia repu„tatur . . . & ad mundi sapientiam stultifi„candam non est opus sapientiam Dei descen„dere, & cum ea colluctari, quæ deorsum est „sapientia, sed sufficit fatuum Dei, seu Incar„nationis Sacramentum, quoniam fatuum Dei „sapientius est hominibus, 1. *Cor.* 1. *v.* 25., „Et omnia contraria Salvator meus & Domi„nus assumpsit, ut contrariis dissolvat contra„ria, & nos confirmemur ab infirmitate Jesu, „& sapientes efficiamur a fatuo ejus, & in „hoc introducti possimus ascendere ad sapien„tiam & virtutem Dei Jesum Christum D. N. „cui est gloria, & imperium in sæcula sæcu„lorum. Amen.



Homi-

HOMILIA IX.

De eo: *Audi verba Testamenti hujus.* *Jer.* II. *v.* 1.

1. „Juxta historiæ veritatem non negamus „præsentiam D. N. Jesu Christi corporaliter factam, & toti mundo illuxisse, quando Verbum caro factum est. Oportet autem „nosse, quoniam & antequam corpus assumeret, ad Sanctos quoque descendit, & post „præsentiam corporalem ad cœlos victor „ascendit, rursus ad nos veniet. Si vis hujus rei capere argumentum, ausculta, quod „dicitur: *Sermo, qui factus est super Jeremiam „a Domino. Jer.* II. *v.* 1. Quis enim est hic „sermo? Ego nescio aliud Verbum præter ipsum, de quo dicit Evangelista: *In principio „erat Verbum &c.* . . . Erat ergo cum Moyse, „cum Isaia, cum omnibus Sanctis; quomodo „enim poterunt effari sermonem sine Dei ipsius adventu? . . . Quid ergo dicat, audiamus: *Audite verba testamenti hujus, & loquimini ad viros Juda, & inhabitantes Hierusalem.* „Viri Juda nos sumus propter Christum ex „Juda ortum. Fit quoque sermo & ad inhabitantes Hierusalem, scilicet ad eos, qui in „Ecclesia habitant: hæc est civitas magni regis, hæc est visio pacis. Pax quippe in nobis, si tamen filii pacis sumus, multiplicatur, „& cernitur. *Verbum divinum locutum est. n. 1.*

2. „*Hæc dicit Dominus: maledictus homo, „qui non audierit verba testamenti hujus, quod „mandavi patribus vestris. Jer.* II. *v.* 3. Quis „ma- *Christiani sunt veri credentes. n. 2.*

„magis audit verba teſtamenti hujus, nos qui
„in Chriſto credimus, an illi, qui nec Moyſi
„crediderunt, dum in Chriſto non credunt?
„*Joan.* 5. *v.* 46. Itaque nos credentes in Chri-
„ſto, credimus Teſtamento, quod traditum
„eſt per Moyſen, & ad nos dicitur, ne male-
„dicti ſiamus: ergo illi maledicti ſunt; neque
„enim audierunt teſtamentum, quod manda-
„vit Deus patribus *die, qua eduxit eos de terra*
„*Ægypti, de fornace ferrea. v.* 4. Quodſi & tu
„ſis egrediens ex terra Ægypti ſpiritualis, de
„fornace ferrea, & feceris juxta præcepta
n. 3. „omnia, repromittit tibi Deus: *Eritis mihi in*
„*populum, & ego ero vobis in Deum. v.* 4. ...
„Nos igitur in populum Dei facti ſumus. ...
„Non enim eſt omnium Deus, ſed eorum tan-
„tum, quibus ſe largitus eſt, uti Abraham,
„Iſaac, & Jacob. *Exod.* 3. *v.* 6. Item *Deus non*
„*eſt mortuorum, ſed vivorum. Luc.* 20. *v.* 38.
„Quis eſt mortuus? utique peccator, qui non
„habet dicentem: *Ego ſum vita:* qui habet
„mortua opera, qui necdum pœnitentiam egit
„ab operibus mortuis. Si ergo volumus, ut
„& Deus noſter ſit, renuntiemus operibus
„mortuis, ut pollicitationem ſuam in nobis
„compleat, dicens: *Statuam juramentum, quod*
„*juravi patribus veſtris, dare illis terram fluentem*
„*lac & mel. v.* 5. Hæc enim non eſt terra,
„quam pollicitus eſt Deus, terra fluens lac &
„mel; ſed iſta eſt terra, de qua Salvator do-
„cuit, dicens: *Beati mites, quoniam ipſi poſſi-*
„*debunt terram.*

3. „De-

3. „Deinde ad hæc, quæ dixerat Deus, Propheta respondit: *Fiat Domine. Et dixit Dominus ad me: lege verba ista in civitate Juda, & extra Hierusalem. v. 6. . . . Inventa est colligatio in viris Juda, & in habitantibus in Hierusalem. v. 9.* Cum in Ecclesia Dei tales sunt, in quibus reperiatur laqueus iniquitatis, & vincula peccati, *conversi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum.* Duplices habemus patres, & una species est pessimorum patrum: siquidem antequam crederemus, diabolus pater noster fuit: *Joan. 8. v. 44.* cum autem credidimus, facti sumus filii Dei. Si ergo post hæc peccaverimus, convertimur ad iniquitates patrum non simpliciter, sed patrum priorum. . . Dicebamus Zabulum patrem nostrum fuisse, antequam Deus factus sit pater, si tamen nunc non habemus etiam Zabulum patrem; nam *omnis, qui peccatum facit, ex Zabulo natus est. 1. Joan. 3. v. 8.* Toties ex Zabulo nascimur, quoties peccamus. Infelix iste, qui semper generatur a Zabulo: rursum multum beatus, qui semper ex Deo nascitur; nam per singula virtutis opera semper justus nascitur ex Deo, . . . Sicut enim Salvator semper nascitur, & idcirco dicit: *ante omnes colles generat me,* non ut quidam male legunt, *generavit.* Sicut semper ex Patre nascitur Dominus; sic tu in similitudinem ejus tantum adoptionis Spiritum habens, semper generaris a Deo per singulos intellectus, per singula opera, & ficeris filius Dei, in Christo Jesu, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Peccata vincula sunt. n. 4.

Filii æternitas.

Homi-

Homilia X.

De eo: Notum fac mihi Domine, & cognoscam. Jer. 11. *v.* 18.

Deus nos divina docet. *n.* 1.

1. „Si Dei eloquia sunt in lege & Prophetis, „Evangeliis, & Apostolis, oportet di-„scipulum Dei divinorum sermonum Magi-„strum Deum ascribere, *qui enim docet homi-„nem scientiam, Ps.* 93. *v.* 10. Deus est ... „Pater ergo, qui est in cœlis, erudiet homi-„nes, sive per se, sive per Filium, sive per „Spiritum S. & ut ad minora veniamus, eru-„dit per Paulum, per Petrum; per alium „quemlibet Sanctorum. Tantum Dei sermo de-„scendat, & doceat. Cur hæc diximus? vi-„delicet, quia Propheta, *notum fac mihi*, ait, „*Domine, & cognoscam. Jer.* 11. *v.* 18. ... „Deinde videamus, quid Salvator loquitur in „Propheta: *Ego ut agnus innocens ductus ad „immolandum, & nesciebam. v.* 19. Pronuntiat „hic de se ipse Christus, nec addit, quæ non „cognoverit; non enim dixit: non cognovi „mala, non cognovi bona, verum simpliciter; „non cognovi, scilicet *cum peccatum non cogno-„visset, pro nobis peccatum fecit.* 2. *Cor.* 5. *v.* 21. „Peccatum quippe nosse peccatum est, ut ju-„stitiam nosse, juste est agere.

Passio Christi sermones ejus perfecit. *n.* 2.

2. „*Adversum me cogitaverunt consilium di-„centes: Venite, mittamus lignum in panem ejus.* „Panis Jesu, quo nutrimur, sermo ejus inter-„pretatur. Quia igitur docente eo voluerunt „quidam scandalum ponere doctrinæ ejus, „crucifigentes eum, dixerunt: venite, mit-

„tamus

„tamus lignum in panem ejus. Verum lignum „missum in panem ejus panem fecit meliorem, „sicut lignum a Moyse missum in amaram „aquam fecit dulcem, sic lignum passionis „Christi missum in doctrinam ejus, fecit pa„nem illius dulciorem, ita ut in universum „orbem passionis ejus disseminatus sit sermo, „& cum sermo Salvatoris mei descenderit in „legem, tunc dulcoratur intellecta pariter, & „lecta lex Moysi. . . . Etiam hoc addunt: *Et „conteramus eum a terra viventium, & nomen „ejus non memoretur amplius.* Sic enim illum „interfecerunt, quasi nomen ejus penitus era„dicarent. Sed mors Jesu spica frumenti fa„cta est septuplum, & multo amplius resti„tuens, quam fuerat seminatum. Si autem „mors Jesu tantas attulit fruges, resurrectio „cujus futura est ubertatis? *n. 3.*

Prophetæ & doctores apud Judæos cessarunt. n. 4.

3. „*Domine virtutum . . . videam, quæ ex te „est, vindictam de eis. Jer.* 11. *v.* 20. Circum„data est quippe ab exercitu Hierusalem, & „appropinquavit subversio ejus. *Propterea hæc „dicit Dominus in viros, qui sunt in Anathoth, „qui quærunt animam meam*, scilicet Christi, „*qui dicunt, non prophetabis in nomine Domini.* „Legimus & hic a Judæis prohibitum, ne „doceret Christus. . . . *Ecce ego visitabo in „eis . . . filii eorum, & filiæ morientur fame;* „scilicet fame audiendi Verbum Dei: ista fa„mes est prophetiæ cessantis in eis: sed neque „magistri, neque doctores in Judæa aliqui re„manserunt, & licet sint innumerabiles, qui „sibi sapientiam vendicent, non est jam sermo „Dei in eis.

Angelus terræ præpositus. *n.* 6.

4. „*Justus es Domine. . . . Quid est, quod „via peccatorum prosperatur, abundaverunt om„nes, qui spreverunt contemnentes. Jer.* 12. *v.* 1. „scilicet conditorem. . . . *Quousque lugebit ter„ra, & fœnum agri arescet a malitia habitantium „in terra. v.* 4. Scilicet angelus terris præpo„situs; nam omnes ii angeli, cum quibus „versamur in terra, gaudent, quando juste „agimus, quando peccavimus, lugent: unde „nunc terra appellatur is angelus, qui præ„positus est terræ.

Christus in mortem se tradidit. *n.* 7.

5. „*Dereliqui domum meam, dimisi hæredi„tatem meam. Jer.* 12. *v.* 7. Vide mihi eum, „qui in forma Dei consistebat in cœlis; vide „domum ejus, thronos, & excelsas quasque „virtutes, qui reliquit domum suam Patrem „Deum, & hæreditatem suam possessiones an„gelicas, *& dedit dilectam animam suam in ma„nus inimicorum suorum*, Judæorum interficien-

n. 8. „tium eum, & ait: *Facta est hæreditas mea „mihi sicut leo in sylva.* Scilicet Judæi usque „ad præsentem diem anathematizantes Domi„num Jesum, & insidiantes credentibus no„mini ejus . . . & quia tales sunt, imperat „angelis: *Ite, congregate bestias agri, & man„ducent eos. v.* 9. Si Judæis Deus non pepercit, „quanto magis nobis non parcet? Si non fe„cerimus legem ejus, si sermonem Evangelii „neglexerimus. Sed nos confidamus in Do„mino, & in oratione dicamus: *ne tradas be„stiis animam confitentem tibi. Ps.* 73. *v.* 19. „Agamus pœnitentiam super peccatis nostris, „confiteamur delicta, quæ fecimus, & be-

„stiis

„ſtiis non trademur. Quin potius angeli ve„nient, qui nos in ſinu ſuo geſtantes de ter„renis locis ad cœleſtia transferant, & de „præſenti ſæculo in perpetuam collocent æter„nitatem in Chriſto Jeſu, cui eſt gloria, & „imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA XI.

De eo: Exterminata eſt exterminio omnis terra. Jer. 12. *v.* 13.

1. „Quis eſt iſte, qui dicit: *Propter me exter„minata eſt exterminio omnis terra? Jer.* „12. Chriſtus hæc loquitur; nam, quando „populus Iſræl complevit menſuram peccato„rum Patrum ſuorum, & addiderunt ad occi„ſionem Prophetarum, perſecutionemque ju„ſtorum, & Salvatoris interfectionem, tunc „completum eſt: *Exterminio exterminata eſt om„nis terra.* Quodſi ſubtilius volueris intelligere, „conſidera eam, quæ in te eſt, quomodo ex„terminata ſit terra, & tunc videbis poſt ad„ventum Jeſu Chriſti, impleta eſſe, quæ dicta „ſunt, mortificatis membris noſtris ſuper ter„ram, cum jam non operetur terra opera ſua: „non fiant apud juſtum ea, quibus antea caro „fovebatur, non fornicatio, non immunditia „&c.

Ob Chriſticidium terra Judæorum exterminata. n. 1. n. 2.

2. „Dicitur autem peccatoribus: *Seminatis „triticum, & ſpinas metitis. Jer.* 12. *v.* 13. Qui „enim neque juxta voluntatem Scripturarum, „neque juxta fidei veritatem profert eloquia „Dei, ſeminat triticum, & metit ſpinas. Hoc „hære-

Clerici ſine laudabili vita in malo ſtatu ſunt. n. 3.

„hæretici faciunt, qui legunt Scripturas, & „ſpinas non de libris ſanctis, ſed de propriis „ſenſibus metunt. *Cleri eorum non proderunt* „*eis*. Nos putamur aliquid eſſe, id eſt, qui „in Clericatus vobis ordine præſidemus. . . . „Noſſe tamen debetis, non ſtatim in eo eſſe „ſalvandos, quia Clerici ſumus; multi enim „& Presbyteri pereunt, & laici beatiſſimi re„periuntur: ſed ſi ordinem Clericatus & me„reamur pariter, & habeamus. Quia igitur „ſunt quidam Clerici non ita viventes, ut & „ipſi ex ordine capiant fructum, idcirco dici„tur: *Cleri eorum non proderunt eis*; utilitas „quippe Clericatus non eſt in eo, ſi aliquis in „agmine ſedeat Presbyterorum, ſed ſi juxta „locum ſuum, & juxta præceptum Domini „dignus incedat. Verum nolite putare, hoc „tantum de nobis eſſe dictum: & nos, & vos „commonet divina Majeſtas, ut juxta Scriptu„rarum præcepta vivamus. Plus a me exigi„tur, quam a Diacono, plus a Diacono, quam „a laico: qui vero totius Eccleſiæ arcem ob„tinet, pro omni Eccleſia reddet rationem.

Vana gloriatio vitanda. *n. 4.*

3. „Videamus autem & in reliquis neceſſa„riam correptionem, ſcilicet: *Confundimini a* „*gloriatione veſtra, ab opprobrio in conſpectu Do*„*mini. Jer.* 12. *v.* 13. Multa ſunt, in quibus „gloriantes inſipientiam noſtram oſtendimus, „v. g. ſiqui in multis poſſeſſionibus, in generis „nobilitate, in pretioſiſſimis veſtibus, in domo „multis exornata divitiis gloriantur, dicitur „ad eos: *Confundimini a gloriatione veſtra*. Ve„rum hoc parum eſt; nam ſermo divinus etiam „jubet

„Jubet, *ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua.*
„*Jer.* 9. *v.* 23. Vis gloriari, & gloriabundus
„non audire: confundimini a gloriatione ve-
„ſtra; gloriare ut Apoſtolus Paulus, & dic:
„*Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini mei Je-*
„*ſu Chriſti. Gal.* 6. Item: *Libenter gloriabor in*
„*infirmitatibus meis.* 2. *Cor.* 12. *v.* 9. Audi,
„quæ ſint gloriæ, in quibus ſe vir efferat: *In*
„*laboribus abundanter, in carceribus ſupra modum*
„*&c.* 2. *Cor.* 11. *v.* 23.

4. „Poſt hæc audi, quid de cinctorio præ- *Juſtus cincto-rium Dei.*
„ceptum ſit: *Accipe tibi cinctorium lineum, &*
„*circumda lumbos tuos, & per aquam non trans-*
„*ibis . . . & vade ad Euphratem, & abſconde* n. 5.
„*illud in caverna petræ. . . . Sicut enim cincto-*
„*ctorium adhæret circa lumbos hominis, ſic adglu-*
„*tinavi ad me domum Iſrael . . . & non obau-*
„*dierunt me. Jer.* 13. *v.* 1. *ſqq.* Quodammodo
„cinctorium Dei homo juſtus efficitur, qui po-
„pulus Dei eſt, & ab eo circumdatur.... Sed n. 6.
„ſi peccaverimus, ut cinctorium illud Prophe-
„ta depoſuit, & abjecit in Euphratem fluvium,
„ut ibidem computreſceret; ſic & nos abjicit
„Deus a lumbis ſuis, & abjectos relinquet ad
„Euphratem, ubi Aſſyrii inimici noſtri habi-
„tant, & ibi putreſcemus. . . . Cinctorium
„autem hoc lineum eſt, linum autem aqua lo-
„tum fit candidum, ut & nos efficiamur linum
„candidum, purumque aqua: & ita cum digni
„fuerimus ſocietate Dei, in cinctorium ejus
„plicamur, neque ab eo aliquando deponimur,
„ſi tamen candorem, quem nobis conceſſerat,
„ſemper habeamus. Cum itaque Judæi in-

„digni extiterint Deo, & projecti sint ab eo,
„nobis pro illis accinctus est; statim enim ut
„illos projecit, alios sibi contexuit. Hoc cin-
„ctorium Ecclesia est de gentibus congregata,
„quæ scire debet, quod, si prioribus non pe-
„percit Deus, nec sibi parcet, si eum dereli-
„querit: si non fuerit digna lumbo ejus, si non
„adhærens Domino unus spiritus fuerit in
„Christo Jesu, cui est gloria, & imperium in
„sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XII.

De eo: Omnis uter implebitur vino. Jer. 13. *v.* 12.

Boni bono, mali malo vino replentur. *n.* 1.

1. „Dominus dicit: *Omnis uter implebitur vi-*
„*no. Jer.* 18. *v.* 12. Sive enim quis
„bonus est, ut ita loquar, inter utres uter,
„implebitur vino bonitatis suæ, sive malus,
„juxta quod malus est, malo vino implebitur;
„est enim in Scripturis malum vinum de So-
„mis, *Deut.* 32. *v.* 32. & est, quod miscuit sa-
„pientia. *Prov.* 9. *v.* 5. Et hæc quidem intel-
„lecta sint secundum nequitiam, atque virtu-
„tem. Si autem nequitia, seu virtutibus im-
„pleantur utres, consequens est, ut suppliciis
„impleantur ob nequitiam, benedictionibus ob
„virtutem. Exhibeant sacræ litteræ testimo-
„nium, quo pacto tormenta, seu repromissio-
„nes vinum nuncupantur. *Calix in manu Do-*
„*mini vini meri plenus mixto . . . bibent ex eo*
„*omnes peccatores terræ. Ps.* 74. 9. Si vis ad be-
„nedictionis calicem respicere, licet sufficiat
„sapientiæ testimonium *Prov.* 9. tamen vide
„Sal-

Vinum benedictionis, & maledictionis. *n.* 2.

„Salvatorem in ultima cœna discipulis calicem „propinantem, & dicentem: *Accipite, & bibite, hic est sanguis meus &c. Matth.* 26. *v.* 27. „*sqq.* . . . Omnis igitur uter sive bonus, sive „malus implebitur vino qualitatis suæ.

2. „Deinde docet propter eos, qui peccaverunt in Hierusalem, & in Judæa illo tempore morabantur, quali vino istiusmodi utres „implendi sunt; sequitur enim: *Ecce ego im-* „*pleo omnes inhabitantes terram istam, & reges,* „*& filios David, qui sedent super sedem ejus, &* „*Sacerdotes ebrietate. Jer.* 13. *v.* 13. Nulli par„cit, qui puniturus est peccatores: non quia „Prophetes, non quia Sacerdos quis vocatus „est, a suppliciis liberabitur. Siquis ergo „& in his Sacerdotibus, in nobis, dico, Pres„byteris, sive in his, qui circumstant popu„lum, Levitis, id est, Diaconibus peccave„rit, sustinebit supplicium, *& dispergetur vir a* „*fratre suo, & patres a filiis. v.* 14. Justi quip„pe in civitate cœlestis Hierusalem congrega„buntur, peccatores autem dividentur ab in„vicem, ut etiam in hoc excruciatione pariter „torqueantur; nam quodammodo levius fit „supplicium, si plures in eodem loco constituti „mutuis se consolentur alloquiis. Deinde ma„li, cum simul fuerint, ea, quæ mala sunt, „cogitant, & augent peccata peccatis; quo„modo econtrario boni, si simul fuerint, de „honestis sermocinantur. Dissolvitur ergo ne„quam cogitatio, cum non habuerit allocutio„nem alterius nequioris; idcirco per dispensa„tionem Dei providetur, pessimos a pessimis „sepa-

Nulli peccatori pœna emanet n. 3.

Cur mali a se disjungantur n. 4.

„separari, ut a pristinis sceleribus ipsa solitu„dine, & penuria consortii aliquando desistant.

Deus juste non parcit peccatori. 3. „His sermonibus hæretici assurgunt di„centes: videsne, qualis sit error Propheta„rum, & legis Deus quid loquatur? *Non par-*
n. 5. „*cam, & non miserebor ab interitu eorum.* Quo„modo potest iste bonus esse? Accipiam ergo „exemplum judicis boni pro utilitate communi „quibusdam v. g. latroni non miserentis, ut „perspicere possimus, quomodo multis par„cens, uni non parcat Deus; si enim miserans „noluerit peccatorem punire pro scelere, quis „malorum, qui nunc saltem propter supplicia „terrentur, non invadet tempus, ut expleat, „quæcunque voluerit, & præceps feratur in „vitia? Hæc autem in Ecclesia sæpe acciden„tia possumus considerare. Peccavit quispiam, „& post peccatum postulet communionem, si „ei conceditur, quod rogat, laxatis frænis „sceleribus panditur via: sin vero cum ratio„nabili deliberatione Judex consideraverit dam„num in unius venia, haud dubium est, quin „faciat unum ejici de Ecclesia, ut multos sal„vet incolumes. Eodem modo medicus, si „ad ulcus sector accesserit, uni membro non „parcit, ut membris omnibus parcat. Ita & „Deus non unum hominem, sed universum „curat orbem, ne unius utilitas omnium dam„no sit; nam & ignis æternus non tam ob „eum, qui puniendus est, quam propter uni„versos homines constitutus est. Unde etiam
n. 6. „Salomon dicit: *Pestilente flagellato imprudens* „*callidior erit. Prov.* 19.

4. „Se-

4. „Sequitur: *Audite, & auribus percipite,* **Superbia**
„*& nolite extolli, quoniam Dominus locutus est.* **fugienda.**
„*Jer.* 13. *v.* 15. Docet nos, ne extollamur; **n. 7.**
„nam, cum multis vitiis genus vexetur huma-
„num, hoc peccato vel maxime premitur: nec
„unus est modus superbiæ. Alius irrationabili-
„ter in iis effertur, quæ magis pudore digna
„sunt: aut certe modum elationis excedit.
„Alius quasi veri simulatione seductus super iis
„elevatur, quæ sibi digna gloria putat, cum
„& in talibus periculosum sit gloriari. Sic
„sunt quidam in eo se jactantes, quod filii re- **n. 8.**
„gum sunt, & nobili familia nati. Istiusmodi
„homines ne umbram quidem elationis suæ
„possunt ostendere. Sunt alii, qui de eo sub-
„levantur, quia potestatem habent, occidendi
„homines. Horum gloria in confusione sua
„est. Alii super divitiis sibi applaudunt, su-
„per domo splendida, super possessionibus mul-
„tis, in quibus universis non est penitus glo-
„riandum. Quod autem dignum judicatur,
„ut quidam putant, gloriandum est, cum ali-
„quis ob suam sapientiam elevatur, aut con-
„scius sibi est, quia ab infantia castus perman-
„serit, vel vincula pro Christo portaverit. Re-
„cta quidem videntur hæc omnia: sed ne in
„his quidem rationabiliter quis effertur: quia
„nec in rebus bonis gloriandum est sine discri-
„mine. Paulus habuit materiam elationis, vi-
„siones, revelationes, signa, labores pro Chri-
„sto. Sed quia ne in talibus quidem sine pe-
„riculo est sublevari, benignus Pater ad tuitio-
„nem bonorum suorum tradidit Paulum Sata-
„næ, ut eum colaphizet. 2. *Cor.* 12. Super
„nullo igitur gloriandum est. 5. „Vi-

Deus glorificandus nunc, & quomodo. 5. „Videamus autem & cætera: *Date Do-*
„*mino Deo nostro gloriam, priusquam obscuret*
„*&c. Jer.* 13. *v.* 16. Quamdiu lux Christus
„tibi oritur, clarifica Deum, sciens; quia fu-
n. 9. 10. „turæ sunt tenebræ maxime post consumma-
„tionem mundi propter supplicia, quæ futura
n. 11. „sunt. . . . Danda est autem Deo nostro
„gloria non verbis, & vocibus tantum; sed
„glorifica eum in castitate, & justitia, & be-
„neficentia, cæterisque virtutibus; nam glo-
„rificat Deum justus, contumeliis afficit, qui-
n. 12. „cunque peccator est. . . . Date ergo glo-
„riam Deo, *antequam tenebrescat, & antequam*
„*offendant pedes vestri in montes tenebrosos*, id
n. 13. „est, Zabulum, & angelos ejus. Et *ponan-*
„*tur in tenebras: & nisi audieritis occulte*, my-
„steria legis intelligendo, *plorabit anima ve-*
„*stra a facie contumeliæ. v.* 17. Quia contritus
„est grex Domini, scilicet Judæi. Si autem
„grex ille contritus est, nos oleaster, qui con-
„tra naturam inserti sumus in bonam olivam
„Patriarcharum, provideamus attentius, ut
„per singulos iste grex Domini melioretur,
„convalescat, & integer perseveret, ut omni
„contritione ab animabus nostris recedente
„efficiamur grex Domini in Christo Jesu, cui
„est gloria, & imperium in sæcula sæculo-
„rum. Amen.



Homi-

Homilia XIII.

...n istud: Quis parcet super te Hierusalem. *Jer.* 15. *v.* 5.

„Si hostis quispiam, ac perduellis contra „Imperatorem hujus terræ judicatus est, ab hoc omnis misericordia aufertur, scilicet ne dum damnato quis miseretur, incipiat offendere condemnantem. Si intellexisti, considera mihi propter peccata multa a Deo condemnatum peccatorem, & vide, quomodo innumerabilibus angelis humano generi præsidentibus, ne ab uno quidem misericordia dignus judicetur: quia Deus Deus est, qui condemnavit, & tale est peccatum, ut misericors quodammodo necessitatem passus sit, super eum sententiam promere, ideo non miserentur, non revertuntur, ut rogent pro eo pacem. Hierusalem igitur, quia ad priora scelera etiam hoc adjecit, ut crucifigeret Dominum meum Jesum, ideo dimissa est, & usque ad præsens tempus destituta; Angeli quippe, qui semper auxiliabantur ei, deseruerunt eam, & dixerunt: *Quis parcet super te Hierusalem.* *Jer.* 15. *v.* 5. . . . Porro unusquisque nostrum quandoque peccat, maximeque cum „peccat ingentia, in Jesum peccat. Si autem „& recesserit a fide, hæc facit spiritaliter „Christo, quæ corporaliter fecit Hierusalem; „nam *Filium Dei conculcat, & sanguinem te*„*stamenti pollutum ducit. Heb.* 10. *v.* 29. Si au„tem conculcasti Jesum Filium Dei, quis par„cet super te? Quis contristabitur super te? „Quis

Angeli peccatoris a Deo damnati non miserentur. *n.* 1.

„Quis revertetur rogare ea, quæ in pacem
„sunt tibi? Ipsum Jesum, qui rogabat pari-
„ter, & præstabat ea, quæ erant in pacem,
„perdidit anima peccatrix, quis potest ultra
„rogare? Omni ergo labore nitamur, ne &
„de nobis dicatur: *Quis parcet super te Hie-*
„*rusalem?*

Peccator retro ambulat.
n. 3.

2. „Ad reliquam autem interpretationem,
„quod sequitur, convenit: *Tu aversata es me,*
„*dicit Dominus, retro ambulabis. Jer.* 15. *v.* 6.
„Hierusalem, seu Judæi, quia aversata est
„Christum, retro ambulat conversa corde in
„Ægyptum. Justus enim eorum, quæ retro
„sunt, obliviscens in priora extenditur, pecca-
„tor posteriorum meminit priora non appetens;
„qui autem posteriorum meminit, prævarica-
„tur in legem Jesu dicentis: *Ne convertatur re-*
„*trorsus, tollere vestimentum suum. Marc.* 13.
„*v.* 16. . . *Ne*, inquit, *respexeris retro*, re-
„perimus Angelos ad Loth egredientem de So-
„domis dixisse. *Gen.* 19. *v.* 16. Dimisisti vitia
„& peccata, ne regrediaris ad ea: *ne steteris in*
„*tota regione;* non enim expedit incipienti pro-
„ficere, ut stet in regionibus Sodomorum.
„& si Sodomam transcendisti, & a Satanæ re-
„gione discedens incipis liber esse suppliciis,
„expedit, ut salveris in monte, *ne forte com-*
„*prehendaris.* Si ergo vis a Sodomorum rui-
„na non comprehendi, ne convertaris re-
„tro, ne steteris in regione eorum, ne ad alia
„pergas loca, sed cum inde discesseris, ascen-
„de in montem, in quo solo salus est, nomen
„Jesu Christi, cui est gloria, & imperium in
„sæcula sæculorum. Amen.

Ho

Homilia XIV.

De eo: Heu mihi! ego mater &c.
Jer. 15. *v.* 10.--19.

„Populus ægrotabat variis languoribus, & „misit illis medicos Prophetas Deus. Unus ex medicis & Jeremias fuit, corripiens peccatores, & convertere volens a vitiis ad virtutes. Illi vero cum deberent ea, quæ dicebantur, audire, econtrario accusabant Prophetam apud Judices similes sibi. Ex quo factum est, ut semper in calumniis, & tristitiis fuerit Jeremias, eorum perversitatis, quantum in se fuit, curam gerens. Videns ergo se maledictis semper insectari: *Heu mihi*, inquit, *mea mater*, *ut*, *quid me genuisti virum*, *qui judicer*, *& discernar omni terræ?* Et quia ægrotantes bene consulentem, & juxta disciplinam medicinæ audire neglexerunt: *Non profui*, inquit, *nec profuit mihi quisquam. Jer.* 15. *v.* 10. Id est, hanc utilitatem non sum consecutus, quam consequitur is, qui beatus efficitur, si auditores ejus proficiant. Deinde quicunque discipulis præcipit, si ingeniosos habeat auditores, quanto plus præcipit, tanto plus proficit, illis interrogantibus, quis sit sensus in dicto, qui ordo, quæ scripti voluntas. Unde econtrario ait: *Non profui*, *nec profuit mihi quisquam.* Ubi alia exemplaria habent: *Non debui*, *nec debuit mihi quisquam*, id est, officium meum, quod debui, exsolvi; fœnerari volui, & spiritales pecunias commodare, sed illi averterunt aures suas ab iis, quæ dicebantur, ne mihi debe„rent,

Prædicator merito conqueritur, si fructum non referat. n. 1. 2.

n. 3.

„rent, quæ audiebant: idcirco non debuit m-
„hi quisquam.

Christus de incredulis queritur. 2. „Quod ait: *Heu mihi mea mater, quam*
„*me genuisti virum, qui judicer, & discernar om-*
„*ni terra. Jer.* 15. *v.* 10. propter correptionem
„dum corrigere nitor habitantes super terram.
n. 5. „Poteſt & hoc ad Chriſtum referri, qui ad Pa-
n. 6. „trem loquitur dicens: *Quæ utilitas in sangui-*
„*meo, dum descendo in corruptionem?* Quid tan-
„topere hominibus profui, qui nec in ſanguine
„meo, quem fudi pro eorum ſalute, profece-
n. 7. „runt? . . . Si etiam conſideres Martyres con-
„demnatos, & de ſingulis Eccleſiis exhibitos
„ad tribunal, videbis, quomodo per ſingulos
„Martyres Jeſus condemnetur. Non ſolum au-
„tem apud judices ſæculi Chriſtus addicitur,
„ſed etiam, ſi calumniam Chriſtianus ab ali-
„quo patiatur, & provocetur ad litem, tunc
n. 8. „quoque juſtus dijudicatur injuſte. . . . Poſ-
„ſumus & aliter intelligere, quomodo Jeſus
„condemnetur, & dijudicetur in omni terra.
„Quis improborum non condemnat chriſtianam
„religionem? Quis gentilium ſaltem non tran-
„ſitorie excutit illam? Quis Judæorum non
„de Chriſtianis loquitur? Quis de Philoſophis?
„Quis de imperitis? Ubique Chriſtus condem-
„natur; ſi autem non condemnatur, excipie-
„tur; aperies ei oſtium, & ingredietur ad te.
„Credis in eum, veſcetur tecum: ſi vero de
„religione audiens chriſtiana non cæperis eam,
„condemnabis Jeſum ut mendacem. Quicun-
„que penitus ei non credunt, condemnant il-
„lum: qui autem credunt, & adhuc ambigunt,
„dijudicant illum. 3. „Vir-

3. „*Virtus mea defecit in his, qui maledicunt* *Christi*
„*mihi. Jer.* 15. *v.* 10. Christus suscepit infir- *exinanitiò*
„mitates peccatorum nostrorum, & portavit *n.* 9.
„nos, & venit ad eos, qui maledicebant sibi,
„& virtus ejus defecit ab eis, qui maledice-
„bant e cœlestibus descendentem. Verbum
„enim caro factum exinanivit se, & nunc quo-
„que loquitur: *Virtus mea defecit &c.* . . . Vi-
„deamus & alium sensum. Cum omnes ho-
„mines rationales sint, si videris animam vi-
„tiis plenam, & perturbationibus servientem,
„videbis, quomodo virtus Verbi deficiat in ea:
„si videris sanctam, & justam, videbis, quod
„per singulos dies virtus Dei proficiat, & cre-
„scat in ea. Siquis maledixerit Verbo, vir-
„tus Jesu deficit in eo, cum ratio minuitur.
„Siquis econtrario benedixerit, & receperit
„Jesum, virtus ejus diversa, quam est in ma-
„ledicentibus ei passa, perpetitur; ut enim in
„maledicentibus defecerat, sic in benedicenti-
„bus crescit.

4. „*Fiat Domine dirigentibus eis, si non ad-* *Deus Ju-*
stiti tibi in tempore malorum eorum. Jer. 15. *daeos im-*
v. 11. id est, his ipsis Domine dirigentibus, *pœnitentes*
qui mihi maledicebant, fiat in eis, cum ad *rejecit.*
pœnitentiam conversi sint, ut ambulent viam *n.* 11.
rectam: quia Christus adstitit Patri propitia-
tio pro peccatis eorum, & deprecatus est
eum in tempore malorum. . . . Respondit *n.* 12.
Deus: *Divitias tuas, & thesauros tuos in de-*
prædationem dabo gratis. v. 13. Scilicet propter
peccata eorum dedit nobis Deus thesauros
Judæorum, legis, & Prophetarum interpre-
„tatio-

n. 13. „tationem. . . . *Et dabo te in servitutem ini-*
„*micis tuis &c. v.* 14. Post hæc sequitur, & „continuatur prior oratio: *Tu cognovisti Domi-* „*ne, memor esto mei . . . innocentem me fac a* „*persequentibus me non in patientia. v.* 15. Et „Prophetes, & Salvator hoc dicere potest: ait „autem, *non in patientia*, hoc est, in patientia „longanimis fuisti huic populo delinquenti, „sed per hoc etiam adversum me erexit teme- „ritatem suam: noli esse longanimis.

Prophetæ quomodo imitandi.

n. 14. 5. „*Scito, quomodo propter te accepi oppro-* „*brium contemnentibus sermones tuos. v.* 15. Si- „quis ergo vult imitari vitas Prophetarum, „increpet peccatores, & statim odium merebi- „tur, statim ei detrahetur, statim patietur in- „sidias. Quod etiam in Ecclesiis sæpe vide- „mus accidere. Peccaverit quodlibet quis- „piam: is, qui præsidet populo, ejicit eum de „congregatione Sanctorum: ille circuit civita- „tem, laceratque eum, qui Ecclesiam vindi- „cavit. Verum nos his non præbeamus au- „rem: hoc tantum laborare convenit, ut pro „nulla alia re, nisi pro Christo sustineamus „contumeliam: id optemus, ut maledicta per- „pessi pro veritate nos maledici sciamus, qui „eam defendimus, & cum omni fiducia præ-
n. 15. „dicamus; nam sequitur: *Et erit sermo tuus* „*mihi in lætitiam. v.* 16. Scilicet post carceres, „exilia, contumelias, & labores, *quia invoca-* „*tum est nomen tuum super me, non sedi in conci-* „*lio ludentium. v.* 17. id est, eorum, qui dere- „liquerunt studium religionis, & vacaverunt
n. 16. „lusibus mundi istius. Unde *solus sedebam*,
„su-

„fugiens congregationem malorum; quando „enim vitam multitudinis imitamur, nec con„versatio nostra a populo melior est. Non „possumus dicere: *Solus sedebam;* quando au„tem vita nostra fuerit istiusmodi, ut nullus „nobis sensu, sermone, gestis coæquetur, „tunc possumus dicere: *Solus sedebam.* Licet „ei, qui non est Presbyter, aut Episcopus „bene viventi dicere, *solus sedebam*, *quia ama„ritudine plenus sum.* Si arcta, & angusta est „via, quæ ducit ad vitam, expedit tibi ab „omni dulcedine recedenti, ut amaritudine „in præsenti sæculo complearis.

6. „*Quare, qui me contristant, confortantur* „*in me. v.* 18. Multa passus est Jeremias ab „his, qui veritatem audire nolebant, & erant „illo in hoc sæculo fortiores, quoniam non „regnum Dei de sæculo isto, sed de alia qua„dam viventium regione. *Joan.* 18. *v.* 36. Et „quod justus debilior sit a persequentibus se, „vide Martyrum passiones; Christianus enim, „in quo Christus habitat, judicatur plenus „amaritudine, & ad mortem usque subjectus, „confortatis inimicis suis adversum se. Quare „pergit: *Plaga mea firma est*, quam mihi con„fortati super me inferunt, *unde sanabor?* ... „Dicit ergo Dominus: *Si conversus fueris, re„stituam te. v.* 19. Ad omnes hæc loquitur „Deus, si conversi fueritis, restituam vos in „Christo Jesu, cui est gloria, & imperium in „sæcula sæculorum. Amen.

Justus a mundo persecutionem patitur. n. 17.

Homilia XV.

In illud ipsum: Heu me mater &c. *Jer.* 15. *v.* 10. -- *Jer.* 17. *v.* 5.

Christi persecutio. n. 1. 1. „Ex multis colligere licet eximias virtutes „Prophetarum, illorum libertatem, „constantiam, vigilantiam, alacritatem. Quamvis autem undique hoc liceat comprobare, „ex Jeremia tamen id videamus. Plurimos „increparat; etenim tempore peccatorum natus est: cumque plurimos increpasset, a plurimis in judicium vocatus quædam istiusmodi profert: *Heu me mater! quare genuisti me „virum, qui judicer, & discernar in omni terra?* „*Jer.* 15. *v.* 10. Quod quomodo in Propheta „hoc, & aliis Prophetis impletum sit, quid attinet dicere? alium enim populi lapidarunt, „alium secuerunt, alium occiderunt inter templum, & altare, hunc, cum increparentur, „in lacum cœni projecerunt. At vero præ omnibus id egit Salvator, atque excellentius, „utpote qui Prophetarum Dominus erat; etenim ipse flagellis cæsus, & in crucem actus, „& a Judæis, sive eorum magistris, principeque populi traditus vere, & non hyperbolice „dicere potuit uti Propheta: *Heu me mater!* „quod dicit non ut Deus, sed ut homo, *quæ „utilitas in sanguine meo &c. Ps.* 29. *v.* 10. Sed

n. 4. „de nobis non dicat: *Heu me . . . qui judicer, „& discernar in omni terra.* Disceptat enim Salvator cum omni terra, & judicio contendit, „& ad singulos dicturus est: Ego hæc, & illa „feci, œconomia mea hæc, & ista egit, & „pro salute tua passus sum. Dicente hæc Sal-

„vatore

„vatore quid agemus? futurum enim eſt, ut
„cum univerſa terra diſceptet.

2. „Videamus etiam, quod ſequitur: *Non* *Chriſtus debita noſtra ſuſtulit.* n. 5.
„*debui*: revera Salvator noſter nihil debuit,
„unusquisque autem noſtrum debitor eſt pec-
„catis, & debitor eſt habens chirographum,
„qui autem peccatum non fecit Chriſtus, non
„fecit chirographum: *Nec debuit mihi quisquam*;
„omnibus enim debita ipſorum dimiſit.

3. „Poſt hæc multi interjecti ſunt ſermo- *In homine ſpes non ponenda.* n. 6.
„nes, quibus ob temporis anguſtias omiſſis diſ-
„feramus de eo: *Maledictus homo, qui ſpem ha-*
„*bet in homine.* *Jer.* 17. *v.* 5. Ego dixerim,
„me non habere ſpem in homine, cum ſpem
„in Jeſum Chriſtum fixerim. Ego hominem
„non novi, non ſolum hominem non novi, ſed
„ſapientiam novi, ipſam per ſe juſtitiam, ho-
„minem, per quem condita ſunt univerſa. *Col.*
„1. *v.* 16. . . . *Maledictus igitur homo, qui*
„*ſpem habet in homine, & firmat carnem brachii*
„*ſui;* qui nimirum ea, quæ carnis ſunt, robo-
„rat, qui robur corporeum cum obtinuerit,
„etiam militat ſecundum carnem. Verum non
„ita Sanctus ſe habet; ſemper enim mortificat
„membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, forni-
„cationem &c., quibus mortificatis non firmat
„carnem brachii ſui. *Maledictus, qui ſpem ha-*
„*bet in homine.* Hoc quidem in eos quadrat,
„qui ſpem habent in potentibus, & dignitate
„conſpicuis. Hic meus amicus eſt centurio:
„ille meus amicus eſt præfectus, & dives eſt,
„& dat mihi. Ad hunc pertinet illud: *Male-*

„dictus homo, qui spem habet in homine. In nul-
„lum hominem speramus, quantumvis nobis
„esse amici videantur; non enim in ipsos,
„sed in Dominum nostrum speramus, qui est
„Jesus Christus, cui est honor, & imperium
„in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XVI.

In illud: Ecce ego mitto piscatores multos. Jer. 16. v. 16.

Piscationis animarum præstantia n. 1.

1. „Si quis juxta historiam Evangelicam vocationem Petri, Andreæ, Jacobi, & Joannis piscatorum consideret, *Matth.* 4. v. 19. quos cum Christus ad ministerium Evangelii provocasset, piscatores hominum reddidit, videbit, quomodo non tunc tantum Salvator, sed & usque ad præsentem diem, mittat hominum piscatores, instituens eos, animas liberare de mari, & ex acerbissimis fluctibus ad auram producere liberiorem. Verum illi pisces, cum sagenis, retibus, atque hamis extracti de aqua fuerint, moriuntur: apud nos vero, cum aliquis fuerit sermonis rete comprehensus, & eductus de mari sæculi, moritur quidem & ipse, sed peccato, sed mundo, ut consurgens Christo vivat Deo. . . . Et tu igitur cum de sæculi istius fluctibus per discipulos Domini fueris extractus, muta corporis vitia, muta sensum animæ, & cum fueris a discipulis Jesu marinis fluctibus liberatus, noli quærere profundum: sed in montibus sit conversatio tua, ut jam non habeas opus pisca-

,ſcatoribus, qui te rurſus de fluctibus extra-
,hant; ſed aliis quibusdam, quos venatores
,Scriptura nuncupat: *Et poſt hæc mittam ve-*
,*natores multos, ut capiant eos ſupra omnem*
,*montem, & collem. Jer.* 16. *v.* 16.

2. „Si vis & tu ab his venatoribus capi, *Venatores*
,cave, ne verſeris in vallibus, quære colles, *anima-*
,quære montem, in quem aſcendit Dominus, *rum quæ-*
,& docuit diſcipulos ſuos, dicens: *Beati pau-* *rendi.*
„*peres ſpiritu &c. Matth.* 5. *v.* 3. Neque ve- n. 2.
,ro putes, licere his venatoribus, aliunde ho-
,mines, niſi de montibus, ac collibus quæ-
,rere, & quod ſequitur: *de cavernis petrarum,*
,ubi Moyſes conſpexit poſteriora Domini. *Ubinam*
,*Exod.* 33. *v.* 22. *ſqq.* Quod eſt foramen pe- *Deus vi-*
„træ? vide Dominum Jeſum apud Deum Pa- *deatur.*
„trem, Verbum Deum, videbis integram pe-
„tram: vide diſpenſationem aſſumpti corpo-
„ris, videbis foramen petræ, per quod poſte-
„riora Dei juxta poſſibilitatem imbecillitatis
„ſuæ humanus intuetur aſpectus. Præterea n. 3.
„aliæ cavernæ ſunt chorus Prophetarum, Apo-
„ſtolorum, & ſanctorum Angelorum, & dico,
„quia omnes imitatores Chriſti petræ ſunt,
„qui per ſermones ſuos viam pandunt ad in-
„telligendum Deum. Vide per Moyſen le-
„gem, per Iſaiam Prophetiam, per Jeremiam
„alia eloquia divina; ſin vero Angelus fue-
„rit, & loquatur in homine, per foramen
„ejus angelice video Deum. Quia ergo ne- n. 4.
„ſcis, quo tempore mittantur venatores, ca-
„ve, ne aliquando de monte deſcendas, nec
„de cavernis petrarum exeas; ſic enim ve-

„nientes venatores, & quærentes animalia de „montibus, & cavernis petrarum, etiam te „accipient, & venatione sublimi ad sublimiora „beatitudinis regna portabunt:, *Quia oculi mei*, „ait, *super omnes vias eorum*. *Jer.* 16. *v.* 17. qui „in montibus ambulant. *Non se absconderunt* „*a facie mea:* quia conscientia actuum suorum „habent fiduciam ad Deum.

Pœna peccatorum in altero sæculo.

n. 5. 3. „Ne vero suspicentur, quia non ex mi„sericordia, sed ex proprio merito ad montes „venerint, commonens illos sermo divinus „dicit: *Et retribuam illis primum duplices inju„stitias eorum &c. Jer.* 16. *v.* 18. Ut osten„datur, quia, etsi ex posterioribus factis digni „effecti sunt beatitudine Dei, attamen quia „aliquando peccaverunt, primum oportet eos „recipere sua delicta. Unde si post lavacrum, „& veniam delictorum rursus ad pristinas sor„des fuerimus reversi, aut certe in ipsa justitia „sint aliqua nata peccata, egredientes de præ„senti sæculo, & pro peccatis torquebimur, „& pro justitia recipiemus præmia, quæ mere„mur. Si enim post fundamentum Jesu Christi „non solum in tuo corde aurum, & argentum, „& lapidem pretiosum superædificaveris, ve„rum & lignum, fænum, & stipulam, quid „sequitur, nisi ut primum propter ligna ignis „tibi detur, qui consumat lignum, fœnum, „& stipulam? . . . Primum quippe propter „injustitias tormenta perpetimur, deinde prop„ter justitiam coronamur. . . . Omnes igitur,

Purgatorium.

n. 6. „quicunque materiam illius ignis habemus „in nobis, primum recipiemus nostra delicta.

„Quod

„Quod autem sequitur: *duplices injustitias eo-„rum*, ostendit, eos, qui gentes sunt, simpli-„cia recipere peccata, & nos duplicia: *quia „servus, qui scit voluntatem Domini sui, & non „facit eam, plagis vapulabit multis. Luc.* 12. *v.* 47.

4. „*Domine fortitudo mea . . . ad te gen-„tes venient ab extremo terræ*, id est, qui sunt „novissimi super terram, fatui, ignobiles, ab-„jecti, *& dicent: quoniam falsa possederunt pa-„tres nostri simulacra, nec est in illis utilitas. Jer.* „16. *v.* 19. Non quia vera sint idola, ad quo-„rum distinctionem nunc falsa dicantur: sed „idola, quæ falsa sunt per naturam, nulla est „in eis utilitas. *Si faciet sibi homo deos, & isti „non sunt dii. v.* 20. Non solum de corporeis „simulacris faciunt sibi homines deos, sed & „de corde confingunt. . . . Omnes Philoso-„phi, qui varia dogmata prodiderunt; omnes „hæretici, qui auctores ad aliter credendum „de Deo miseris mortalibus extiterunt, fece-„runt sibi idola, & animi voluptatem putave-„runt Deum, & conversi adoraverunt opus „manuum suarum: hos ergo corripit hic sermo „divinus dicens: *Propterea manifestabo illis in „tempore isto opus manuum mearum, ostendam il-„lis virtutem meam*, scilicet in tempore, quo „Salvator noster assumpsit corpus humanum: „*Et scient, quia ego sum Dominus. v.* 20.

Simulacrorum cultus vanus. *v.* 7. *v.* 9.

5. Deinde alia sequitur Prophetia, quam „nescio, quare apud septuaginta non invenien-„tes in cæteris editionibus, quæ cum Hebræa „consentiunt, sermone reperimus. Sic autem „sequitur: *Peccatum Juda conscriptum est stilo „ferreo in ungue adamantino, sculptum super pe-*

Peccati conscientia torquet. *v.* 10.

„*ctus cordis eorum. Jer.* 17. *v.* 1. Ubi Judæi, „qui exemplaria nonnulla falſarunt, pro *pec*„*cato Juda, peccatum eorum* poſuerunt. Igi„tur ſuper nos, qui credimus in Chriſtum de „tribu Juda naſcentem, & qui peccamus, iſta „conveniunt, quorum peccata in cordis con„ſcientia ſtilo ferreo exarata ſunt, ſculpta un„gue adamantino; antequam enim peccatum „faciam, nulla in corde meo peccati imago „verſatur. Cum autem conſcientia peccati ima„ginem ſumpſerit, ſemper ante oculos cordis „mei delicti pompa depingitur, non atramento „conſcripta, ſed in ſtilo ferreo, & in ungue „adamantino ſculpta ſuper pectus cordis mei, „ut mecum ad tribunal veniat; ubi nudabitur „pectoris mei conſcientia, & aperto corde vi„debuntur litteræ peccatorum, quas univerſa „ſpectantium multitudo leget. 1. *Cor.* 4. *v.* 5. „Cui manifeſtabuntur? his, qui cum illo ven„turi ſunt, & propter puritatem mentis, & „corporis agnum ſequentur, oſtendentur deli„cta in corde peccatoris expreſſa, ut reſurgant „juſti in gloriam, peccatores vero in confuſio„nem æternam, a quibus liberet nos Deus re„ſurgentes cum Chriſto Jeſu, cui eſt gloria, „& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XVII.

De eo: clamavit perdix &c. Jer. 17. *v.* 11.

Hæretici voce ſua multos ſeducunt. n. 1.

1. „Perdix eſt animal malignum, fraudu„lentum, callidum, multumque de„cipiens venatores. . . . Sed nequitiam ejus „vincit impuritas; nam maſculus etiam in

„ma-

„masculum consurgit, obliviscitur sexum libi-
„do præceps. Quæ de Zabulo interpretemur,
„& incipiamus ab eo, quod scriptum est: *Cla-
„mavit perdix, congregavit, quæ non peperit.* n. 2.
„*Jer.* 17. *v.* 11. Non proprias creaturas con-
„gregat Zabulus, non ea colligit, quæ ipse
„generavit; sed cum clamaverit, alienas con-
„gregans creaturas facit eas suas. Vox enim
„congregantis, quæ non peperit, perdicis in
„illis est, qui simplices quoque fidelium la-
„queo hæreticæ factionis impediunt, *& fa-
„ciunt divitias suas non cum judicio. . . . In me-* n. 3.
„*dio dierum ejus derelinquent eum. v.* 11. Scili-
„cet, nos dereliquimus eum, quia eruit nos
„ex instanti sæculo nequam Dominus Jesus. . . .
„*Et novissimum ejus erit insipiens. Siquis* enim
„*sibi videtur sapiens esse in isto sæculo, stultus fiat.*
„1. *Cor.* 3. *v.* 18.

2. „Principium vero capituli secundi istud *Christus sanctificatio nostra.*
„est: *Thronus gloriæ exaltatus ab initio locus,
„sanctificatio nostra. Jer.* 17. *v.* 12. Sive de
„Christo volueris ista intelligere, non pecca- n. 4.
„bis: sive de Patre, non impie senties; est
„enim thronus gloriæ excelsus, & a principio
„Salvator est: thronus gloriæ est, propter
„quod regnum ejus, & sanctificatio nostra
„Christus est, & *sustentatio Israel.* Nam sicut
„justitia & sanctificatio Christus, ita est susten-
„tatio, & non aliquid justum sine eo, neque
„patiens, quod in se non habet Christum. . . .
„*Domine omnes, qui te derelinquunt, confundan-
„tur discedentes. v.* 13. Unusquisque, quando
„peccat, Christum relinquit, relinquens au-

„tem Filium reliquit & Patrem, & quantum „Deum deserunt, confundentur discedentes, „*super terram scribentur*, non vero sicut Sancti „in cœlo. . . . Sibi ergo unusquisque causa „est, ut scribatur super terram, si non cœle„stia requirat in terra, si semper anima ejus „de istius mundi negotiis æstuet, quæ viden„tur sæculo bona. Sic finita est etiam secun„di capituli circumscriptio.

Salus nostra a Deo est.

v. 5. 3. „Sequens oratio est ista continens: *Sa„na me Domine, & sanabor. Jer.* 17. *v.* 14. *sqq.* „Ita dicendum ab eo, qui ægrotantem suam „animam vult salvari. *Salvum me fac, & sal„vus ero.* Et hoc ita gaudebo loqui, si omni „renuntians gloriæ sæculari potero dicere & „reliqua: *quoniam gloria mea tu es.* Beatus „sane, qui renuntiaverit omni gloriæ, quæ „deorsum est, veluti super nobili genere, su„per pulchritudine, & corporalibus bonis, su„per divitiis, & jactatione. *Ecce ipsi dicunt ad „me, ubi est sermo Domini? veniat: Ego autem „non laboravi subsequens post te. v.* 15. *sqq.* Si „semper Christum sequaris, quanto plus secu„tus fueris, tanto minus laborabis. Si labo„rantes venerimus ad Jesum, & eum fuerimus „secuti, tunc dicere poterimus: *Ego non labo„ravi subsequens post te, & diem hominis non con„cupivi.* Sed diem Domini, id est, resurrectio„nis, quam omnis Sanctus desiderat. . . . „Quapropter longæ vitæ amore deposito, & „desiderio humanæ diei, quæram illam diem „videre, in qua participes ejus beatitudinis, „quæ in Christo est, efficiamur, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMI-

Homilia XVIII.

In istud: Verbum, quod factum est a Domino. Jer. 18. *v.* 1. - 16.

1. „Duæ sequuntur Jeremiæ visiones, quarum prima continet ea, quæ pertinent ad vas luteum in manu figuli situm, „quod contritum refici potest: altera vero visio est de vase testaceo, quod confractum refici nequit. . . . Dum sumus in hac vita „fictilium more formamur, vel ad malitiam, „vel ad virtutem; verum sic formamur, ut „fieri possit, & malitiam nostram conteri, ut „fiat nova creatura præstantior; & progressus „nostros post formationem resolvi in luteum „vas. Cum autem transacto hoc sæculo ad „vitæ finem pervenerimus, & sive bona vasa „in salutem, sive mala in perditionem facti „fuerimus, structura nostra ad bonum statum „reduci non potest. *Visiones de vase luteo, & testaceo. n.* 1.

2. „Videamus autem ipsum textum: *Verbum, quod factum est a Domino ad Jeremiam „dicens: surge, & descende in domum figuli. Jer.* „18. *v.* 1. Sursum est Jeremias: lutea vasa „transcendit, deorsum sunt vasa lutea, & na„tura, quæ administrat vasa lutea, deorsum „est: ideo dicitur: *descende in domum figuli,* „*& ibi audies verba mea.* Cum enim doceo, „sermone descendo, ut inferiora videam: si „autem superiora disco, ascendo sermone ad „superiora, ut, quæ istic sunt, videam. . . . „Descendit itaque Propheta in domum figuli, „*& ecce ipse faciebat opus . . . & rursus fecit* *Jeremias in domum figuli descendit. n.* 2.

„*vas*

„*vas alterum.* *v.* 3. Quia sermo est de vasis „animatis, quæ sponte cadunt, ideo dictum „est: *cecidit vas de manibus ejus.* Attende igi„tur & tu tibimetipsi, ne dum in manu figuli „es, & fingeris, sponte tua e manibus ejus „excidas.

Pœna Judæorum, & Christianorum non pœnitentium. *v.* 5.

3. „*Et factum est verbum Domini ad me di„cens: si quomodo figulus iste non potero facere „vos domus Israel. v.* 5. *sqq.* Potest hic juxta „aliquos significari resurrectio: sed quia sequi„tur: *ad summam loquar super gentem & regnum „&c.* *v.* 6. *sqq.* de duabus gentibus priori Ju„daica, & posteriori post Christi adventum lo„quitur. Priori minatus est, & impleri vide„mus, quæ ei minatus est, *auferam illos &c.* „nam in captivitatem abducta est, urbs eorum „eversa, sanctuarium dirutum &c. dixerat „enim ei Deus, pœnitentiam agite, & non „egerunt. Postea dicit huic secundæ genti „Deus, quæ ad ejus reædificationem perti„nent; sed vide hanc etiam gentem homines „esse, qui iterum labi possint, ideo etiam „huic minatur, & ait: etsi prædixi, quæ ad „*ædificationem* & *plantationem* pertinent, quo„niam tamen hæc quoque gens peccatura est, „easdem subibit pœnas, nisi egerit pœniten-
v. 6. „tiam: nam Deus dicit; *pœnitentiam agam de „bonis, quæ locutus fueram facere eis.* Non „quasi Deus more hominum pœniteret, sed „velut infantes alloquens minatur, & non „præsefert omnium rerum, antequam fiant, „prænotionem, sed ut ita dicam, simulans „puerum, perinde agit, ac si futura non præ„sci-

„ſciret. . . . Et hoc ideo, ut admodum in„noteſcat tuum liberum arbitrium, & ne di„cas; ſi me periturum prænovit, omnino pe„riturus ſum: ſi prænovit me ſalvatum iri, „ſalvus omnino futurus ſum.

4. „Deinde priori populo Juda ait: *Ecce* **Impœnitentia peccatorum.** „*ego fingo ſuper vos mala. Jer.* 18. *v.* 11. Date „operam, ut e manu mea excidant, & faciam „bona. *Avertatur unusquisque a via ſua mala,* **n. 8.** „*& meliora facite ſtudia veſtra.* Quid igitur re„ſpondent: *Confortabimur, quia poſt averſiones* „*noſtras ibimus &c.* Et ait Dominus: *Quis au*„*divit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo* „*Iſraël? v.* 13. Conferamus enim vitam gen„tium cum vita eorum, qui Dominum gloriæ „occiderunt, & videbimus, illos horribilia „patraſſe. *Numquid deficient de petra ubera.* **n. 9.** „*v.* 14. id eſt, aquæ Jeſu: *vel nix de Libano,* „id eſt, aquæ Patris: aut *aqua violenter ſublata,* „id eſt, Spiritus S. *Quia obliti ſunt mei populus* „*meus, in vacuum adoleverunt. v.* 15. Nam in„juſti oratio eſt quidem incenſum, ſed quod „in vacuum adoletur.

5. „Prophetavit Jeremias, *& audivit Pa*- **Jeremias percuſſus figura Chriſti.** „*ſchor filius Emmer Sacerdos verba Prophetiæ,* „*& percuſſit eum. Jer.* 20. *v.* 1. *ſqq.* Ipſe meus „Dominus Jeſus Chriſtus etiam ait: *Dorſum* **n. 12.** „*meum dedi ad flagella &c. Iſ.* 50. *v.* 6. Hæc „ſimpliciores illo tantum tempore accidiſſe „opinantur, cum flagellavit eum Pilatus: ego „autem Jeſum video dorſum ſuum quotidie ad „flagella dantem. Ingredere in Judæorum „Sy-

„Synagogas, & vide Jesum ab ipsis ore maledico dilaniari. Vide gentiles congregatos „consilium ineuntes adversus Christianos, quo „pacto Jesum capiant, & ipse dorsum ad flagella præbet. Considera verbum Dei male„dictis lacessitum ab infidelibus. . . . Quis „eorum, qui doctrinam ejus contemnunt, us„que in hanc diem quodammodo non conspuit „Jesum hæc tolerantem?

Ad alta aspirandum. n. 13.

6. „*Percussit itaque Paschor Jeremiam Pro„phetam, & misit eum in cataractam, quæ erat „in porta Benjamin. Jer.* 20. *v.* 2. In superiore „contignatione Benjamin erat cataracta. . . . „Bonum est in superiori domus parte, id est, „sensu sublimi esse, si illuc cum Jesu ascende„ris, ut Pascha celebres: dat etiam tibi pa„nem benedictionis, Corpus suum, & sangui„nem tibi præbet. *Et in crastinum eduxit Pa„schor Jeremiam de cataracta. v.* 3. scilicet pœ„nitentia fera ductus; nam post hæc dicit ei „Jeremias, quid Paschor passurus sit: quippe „*migrantem* vocavit nomen ejus, quia futurum „est, ut pro peccatorum suorum meritis in „Babylonem ducatur hic Paschor cum amicis „suis, qui ejus dogmata receperunt: *& cadent „in gladio . . . & omnem Judam dabo in ma„nus regis Babylonis. v.* 4. Scilicet anagogice, „maligni; huic traditur peccator, qui simul „inimicus est & ultor: *& migrare facient eum „in Babylonem . . . & dabo fortitudinem omnem „civitatis hujus, & omnes labores. v.* 5. Si enim „post agones peractos peccaveris, omnes la„bores pro virtute exantlati arripiet rex Ba„bylo-

S. S. Eucharistia.

,bylonis; nam *non recordabor justitiarum ejus*, ,*quas fecit*, *ait Deus Ezech.* 18. *v.* 14.

7. „Jam absoluta est prior sectio, alteram ,modo auspicemur. Ait autem Propheta ad ,Deum: *decepisti me Domine*, *& deceptus sum* ,*&c. Jer.* 20. *v.* 7. *sqq.* Decipimus pueros ter-,rendo, ut dociles fiant. Omnes pueri sumus ,Deo, & educatione puerorum indigemus: ,ideo parcens nobis Deus decipit nos, (scilicet ,intentando) licet ante tempus deceptos nos ,non sentiamus, ne quasi e pueris excesseri-,mus, haud deceptione, sed rebus ipsis eru-,diamur. Aliter metus puero injicitur, ali-,ter illi, qui grandior est, & supra puerilem ,ætatem; non enim possum per deceptionem ,illum instruere, ut dicat decipiens Deus: ,*erudiam eos in auditu tribulationis eorum*. . . . ,Propheta ergo, qui audierat, timuerat, eru-,ditus fuerat, & postea perfectionis gradum ,adeptus erat, inducitur ut puer, dicens: *De-,cepisti me Domine*, *& deceptus sum.* Igitur tu ,quoque cum puer es, minas pertimesce, ne ,ea, quæ supra minas sunt, patiaris, pœnas ,æternas, ignem inextinguibilem, vel fortasse ,aliud majus, quod reservatum est illis, qui ,præter rectam rationem diutius vixerunt. ,Quorum omnium nihil unquam experiamur, ,sed in Christo Jesu perfectionem adepti justi-,ficemur, cui est honor, & imperium in sæ-,cula sæculorum. Amen.

Deus pœnas minitando nos terret. n. 15.



HOMI-

Homilia XIX.

In istud: Decepisti me Domine, & deceptus sum &c. Jer. 20. *v.* 7.-12.

Quomodo Deus decipere dicatur.

1. „Deus alio plane modo censendus est decipere, quam nos decipimus. Quaenam ergo est illa fraus, de qua Propheta ait: „*decepisti me Domine, & deceptus sum. Jer.* 20. „*v.* 7. Primum quidem traditione utar Hebraica a Judaeo converso accepta; scilicet „audiens Jeremias, se mitti ad omnes gentes, „ut porrigat illis calicem irae & suppliciorum, „minime suspicatus, Israelem quoque de hoc „calice poenarum bibiturum, deceptus sumpsit „calicem, ut potaret omnes gentes. Accepto „calice audivit; propinabis primum Jerusalem: „quoniam vero aliud expectaverat, & aliud „evenit, propterea ait: *decepisti me Domine,* „*& deceptus sum.* Ego vero etiam sic explicari „posse arbitror: sicut pater filium infantem „utiliter decipere vult perinde, ac si eum „odisset, minando, & terribilibus verbis eum „objurgando: aut sicut medicus decipere „aegrum conatur sub spongia secans ferrum „abscondendo; vel sub melle amarum pharmacum occultando, volens non nocere, sed „infirmum sanare. Idem proportione servata „ac Pater, & Medicus facit Deus. Sunt amara quaedam, quae etiam justissimum sanant; „omnis enim, qui peccaverit, pro peccato puniendus est. Hoc amarum pharmacum nisi „sub melle latens, qui bibere nequeunt, erit „aliquis, qui animo concidat; quis enim nostrum purus est ab omni peccato? Unde hoc

n. 2.

n. 3.

„my-

„myſterium abſcondendum eſt, ne vulgus ani-
„mum deſpondeat, ne cognita re mortem ex-
„ſpectet, non ut requiem, ſed ut pœnam....
„Periculum facere volo, & eorum afferre ex- *n.* 4.
„emplum, qui utiliter decepti ſunt. Sunt
„nonnulli, qui ideo caſtitatem ſervant, quia
„ſibi in animum induxerunt, perire eum, qui
„nuptialem coitum expertus fuerit; & ſunt
„aliqui, qui ad ſecundas convolare nuptias
„nolunt, quod eas damnabiles putent. Com-
„paremus inter ſe illos. Ei, quæ unicas
„nuptias contraxit, arbitror conducibilius eſſe,
„decipi, & putare, bigamam damnandam,
„ut ipſa puritati ſtudeat, quam rei veritatem
„agnoſcere, & bigamam fieri, & quidem ali-
„cujus ſalutis, non tamen tantæ beatitudinis,
„quantæ illa, quæ cum poſſet bis nubere,
„puritati ſtudet, participem eſſe. . . . Sed
„cur non dixit tantum: *Decepiſti me Domine:*
„ſed addidit: *deceptus ſum.* Quodcunque mihi
„ſerpens dixerit, ſeu verum dicat, ſeu de-
„cipere me velit, ejus verba mihi ſuſpecta
„ſunt; utpote cui perſuaſum eſt, eum mihi
„nocere, quia & veritas ejus noxia eſt. Quid-
„quid vero mihi dicat Deus, paratus ſum,
„meipſum dedere. Vera dicit? ſuſcipio. De-
„cipere me vult? lubens decipior, dummodo
„Deus me decipiat. . . . Quid porro ex eo
„ſequitur, quod Deus decipiat, & homo de-
„cipiatur? *Obtinuiſti, & potuiſti.* Tunc me ob-
„tinet, quando in principio adhuc infantem
„in Chriſto deceperit, & obtinendo poteſt.

Prædicatio acerba risum beatorum generat. *n. 6.* 2. „Post hæc ait: *Factus sum in derisum, tota die perseveravi subsannatus. Jer.* 20. *v.* 7. Et „nos, si quando loquentes risu excipimur, indignamur, cum tantus Propheta Jeremias dicat: *Factus sum in derisum.* Quid dico Jeremias? etiam meus Jesus subsannabatur. *Luc.* „16. *v.* 14. Sed Dominus subsannat omnes, „qui subsannant verba Dei . . . *quia amaro* „*verbo meo ridebo*, id est, si hic oratio mea „acerbior sit, acerbior autem, quoniam angor, auditores, qui redarguuntur, illam „ægre ferunt: sed cum dicentem moleste ferunt, scio amaro verbo meo finem fore risum, risum beatorum; unde nunc quidem „amaro verbo meo nondum rideo, sed ridebo.

Vana gaudia rejicienda *n. 7.* 3. „*Prævaricationem, & miseriam invocabo.* „*v.* 8. Consideranda sunt pacta, quae inimus, „& quomodo frangantur; nonnunquam enim „pacta male contrahuntur, quibus male initis „utinam prævaricationem invocemus. Ita „etiam si de lata, & spatiosa via transiero ad „angustam, etiam mala sustinens; si dissolvam „fœdera cum mundo inita, ut cœlestia recipiam, *miseriam invocabo*, ut possim cum Paulo dicere: *Infelix ego homo, quis me liberabit* „*de corpore mortis hujus. Rom.* 7. *v.* 24. Sic „Asceta eligens non abuti nubendi potestate, „sed affligi, & tolerare, jejuniis corpus domare, ipsum in servitutem redigere, nonne „miseriam invocavit, cum posset deliciis se dare, & miseriam non invocare? Siquis ergo „Prophetam imitari potest, prævaricationem, „& miseriam in piis exercitationibus invocet.

4. „*Quia*

4. „*Quia factus est sermo Domini in oppro- ,brium mihi. Jer.* 20. *v.* 8. Beatus Jeremias, ,cui non aliud est opprobrio, quam sermo Do- ,mini; nos autem miseri, quibus opprobrio ,est non Verbum Domini, sed peccata nostra. ,Pro vitiis nostris maledicta sustinemus. Ve- ,rum Salvator non hisce nos opprobriis vexa- ,ri vult, sed propter nomen suum. *Matth.* 5. ,*v.* 11. *sqq.* Considera deinde, quam sint Pro- ,phetæ candidi homines, non sicuti nos faci- ,mus, peccata propria occultantes, sed palam ,cunctis generationibus dicentes, siquid pec- ,carunt. Sic Jeremias suum peccatum scriptis „mandavit; peccatum enim erat, quod sub- „ditur: *Et dixi: non nominabo nomen Domini,* „*nec loquar ultra in nomine ipsius. v.* 9. Hoc „dicit humani aliquid passus, quod nobis „etiam usu venire solet, maxime vero, siquis „sibi conscius est, se ob doctrinam, & sermo- „nem aliquando male fuisse habitum, sæpe di- „cit: abeo, quid mihi & negotiis si propterea „odio sum, quod doceam, & proferam sermo- „nes? cur non potius in solitudinem, & quie- „tem me confero? Tale quidpiam & Propheta „passus est. Sed bonus Dominus voluit, ut „Propheta prævaricationem invocaret, & quod „dixerat, re non præstaret; nam *factus est,* „inquit, sermo Domini *in corde meo quasi ignis* „*ardens, urens in ossibus meis, & dissolutus sum* „*undique, & non possum ferre. v.* 9. simul ac „confessus est peccatum Jeremias, illud abje- „cit. Utinam & ego statim atque peccavi, „sentirem in corde meo ignem ardentem, uren- „tem in ossibus meis, ita ut ferre non possim.

Maledicta, & confusio propter peccata nostra toleranda. n. 8.

n. 9.

„Quis modo dignus eſt accipere iſtum ignem „in corde? volo deſcribere. Da mihi duos „homines in idem peccati genus, v. g. forni-„cationem lapſos, quorum alter nullo dolore „afficiatur, nulloque conſcientiæ morſu com-„pungatur; alter vero poſt lapſum ferre ne-„queat, ſed conſcientiæ pœnis vexetur, co-„medere, ac bibere nequeat, tota die triſtis „incedat, & habeat præ oculis peccatum „ſuum, quod ſe ſemper coram reprehendat. „Utrum horum dicis in Deo ſpem habere? „hunc utique poſteriorem manifeſtum eſt ſpe „niti meliore; quando enim amplius dolore „ignis uritur, tanto majorem miſericordiam „conſequitur, nec prorogatur ejus ſupplicium „ultra tempus, quod ei poſt fornicationem „conceditur, ut peccatum lugeat, *ne forte ab-„undantiori triſtitia abſorbeatur*. 2. *Cor*. 2. *v*. 7. „Unusquisque ergo noſtrum ſuam ipſe con-„ſcientiam diſcutiat, & videat, quid pecca-„verit: & quoniam pœnas luere neceſſe eſt, „oret Deum, ut hic ignis Jeremiæ veniat in „ipſum, & poſtea ille, quem Simon, & Cleo-„phas experti ſunt, *Luc*. 24. *v*. 32. ne alteri „igni reſervetur. . . . Excitati igitur opem a „Deo poſtulemus, ut in Chriſto Jeſu beatitudi-„nem conſequamur, cui eſt gloria in ſæcula „ſæculorum. Amen.



HOMI-

Homilia XX.

De eo: Quomodo confractus, & contritus est malleus universæ terræ. Jer. 50. v. 23.

„Quærendum primo, quis sit malleus universæ terræ. . . . Vide mihi Zabulum, si non ipse est malleus universæ terræ. Ego autem pronuntiabo confidens, esse aliquem, qui non magnopere curet de malleo universæ terræ, scilicet Sanctus, qui quasi murus adamantinus non curat neque de malleo, neque de incude: sed quanto plus cæsus fuerit, tanto plus ejus virtus splendescit. . . . Sicuti autem Zabulus, qui omnium tentationum operator est, malleus est, ita etiam qui ministrat, etiam malleator est. Quotiescunque ergo in tentationem incideris, scito malleum diabolum esse, & malleatorem eum, per quem te insequitur Zabulus. Omnia malleatoribus plena sunt; quotquot enim in actu suo Zabulum suscipiunt, & ministrant ei ad probandum justum, & injustum coarguendum, omnes malleatores sunt. *Diabolus tentans malleator. n. 1.*

2. „Post hæc quæro, quis sit iste, qui universæ terræ malleum confregerit, & contriverit. Jesus Christus confregit, atque contrivit malleum universæ terræ. Et quidem quando dixit ei Zabulus: *Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me. Matth.* 4. *v.* 9. Jesus tantum confregit malleum: cum vero recessit ab eo usque ad tempus, & tempore postea venit instante, tunc contritus est mal- *Christus hunc malleum contrivit, & quomodo nos conteramus. n. 2.*

„leus universæ terræ. Et ideo per unum„quemque nostrum confringitur quidem, quan„do introducimur in Ecclesiam, & proficimus „ad fidem: conteritur autem, quando ad pro„fectum venimus. Animalis est ille malleus, „fortasse nunc furit adversum nos, & quærit, „quia ista de eo pandimus, & conteritur a no„bis, confringere nos e contrario, & conte„rere. Verum nos confidentes in Deo, cre„dentes in Christum Dei non timeamus Zabu„lum: timor Dei facit nos non timentes Zabu„lum, nihilque ab eo perpeti; nam tunc *facta* „*est in exterminium Babylon. Jer.* 50. *v.* 23. „Quando nimirum exterminantur omnes con„fusiones de anima mea, neque ulterius me „confundit mors filii, aut uxoris: cum non „est, qui me irritet, & provocet ad tristitiam, „iram &c., quando maneo inconfusus, assu„mens rationem, quæ me roboret. . . . Fiunt „autem ista, cum *gentes superponuntur* malleo, „& Babyloni: cum Evangelium cunctis gen„tibus prædicatum est, tunc superpositi sunt „Pater, & Filius, & Spiritus S. Babyloni, & „malleo universæ terræ, & *capietur Babylon*, „ut nihil in nobis resideat confusionis.

Superstitiones vitandæ. *n.* 3.

3. „Deinde exordium alterius capituli: „*Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit* „*vasa iræ suæ &c. Jer.* 50. *v.* 25. *sqq.* Thesau„rum Domini ego confidens dicam esse Eccle„siam ejus, & in isto thesauro sæpe homines „latitare, qui sunt vasa iræ. Veniet igitur „tempus, quando aperiat Dominus thesaurum „Ecclesiæ; nunc enim vasa iræ cum vasis mi„seri-

„ſericordiæ eam inhabitant, quam cum ape-
„ruerit judicii tempore, proferet exinde vaſa
„iræ ſuæ. . . . *Opus Domino virtutum in terra* n. 4.
„*Chaldæorum. v.* 25. Chaldæorum terra, ſeu
„Chaldæi peccatorum cauſas, & virtutem eo-
„rum, quæ acciderunt nobis, ex aſtrorum mo-
„tibus aſſerunt fieri; omnis igitur, qui his cre-
„dit, in terra Chaldæorum eſt. Siquis ve-
„ſtrum mathematicorum deliramenta ſectatur,
„in terra Chaldæorum eſt. Siquis nativitatis *Horoſcopus vanus*
„diem ſupputat, & credit, quia ſtellæ taliter
„& taliter figuratæ faciunt homines luxurio-
„ſos, caſtos &c., in terra Chaldæorum eſt.
„Jam quidam exiſtimant ex aſtrorum curſibus
„Chriſtianos fieri; quotquot dictis iſtis credi-
„tis, in terra Chaldæorum eſtis. Comminans
„ergo Deus his, qui in terra Chaldæorum
„ſunt, his ſpiritualiter comminatur, quæ ſe-
„ipſos genealogiis, & fato conſecraverint.
„Nobis autem tribuat Deus de Chaldæorum
„terra exire, ut nullum alium absque eo eſſe
„credamus, qui diſpenſans univerſa, & regens
„vitam noſtram pro qualitatibus meritorum
„accidentium diverſa moderetur; neque enim
„micans aliquod ſydus Phaetontis, ut ajunt,
„vel corrupti Catamiri ſtella noſtrorum cauſam
„continet negotiorum.

4. „Poſt hæc rurſus alterius capituli con- *Catechumeni de Babylonis vitiis fugiant.*
„tinentia. *Vox fugientium, & reſalvatorum de*
„*terra Babylonis, ad annuntiandum Domino no-*
„*ſtro in Sion vindictam. Jer.* 50. *v.* 28. De his
„nunc prophetat, qui mores patrios relinquen- n. 6.
„tes, & leges gentium, & incredulitatem ve-

 „terem,

„terem, veniunt ad ſermonem Dei. Utinam „& veſtra Catechumeni vox fugientium eſſet „de Babylone, fugientium vitia, fugientium „peccata. Non ſufficit fugere de terra Ba- „bylonis, ſed & reſalvari ex terra Babylonis, „ut fugientes veniatis ad Sion ſpeculatorium „Eccleſiam Dei. Vindictam populi ejus de- „nuntiate in Babylone *multis;* multi enim „ſunt, qui in Babylone ſunt, in Jeruſalem „vero pauci: *Non ſit ex ea, qui ſalvetur. v.* 29. „*ſqq.* Quamdiu habes in te cogitationes ne- „quam reſiſtentes pietati, & fidei veræ, ha- „bes in te Babylonios. Sed fac vindictam, „& interfice omnes peccatores terræ, quæ „in te eſt, id eſt, omnes Babylonios, ut poſ- „ſis mundatus in Jeruſalem transgredi civi- „tatem Dei in Chriſto Jeſu, cui eſt gloria, „& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Homilia XXI.

De eo: Fugite de medio Babylonis. *Jer.* 51. *v.* 6.

Inæqualitas præmiorum, & pœnarum. *n.* 1.

1. „Quomodo corpus noſtrum in aliquo terræ „loco conſiſtit, eodem modo & anima „de aliquo nuncupativo terræ loco eſt. Sic in Ba- „bylone eſt, quando confunditur, quando turba- „tur, quando pace deſerta bella ſuſtinet paſſio- „num, & ad iſtam animam prophetalis ſermo di- „rigitur: *Fugite de medio Babylonis, & reſalvate* „*unusquisque animam ſuam. Jer.* 51. *v.* 6. Do- „nec enim quis in Babylone eſt, ſalvari non „poteſt: otioſa ibi ſunt organa hymnorum Dei. „*Pſ.* 136. *v.* 4. Si autem venerimus in Jeru- „ſalem,

„salem, organa assumimus in manibus, & „non est tempus, quando non laudemus „Deum. Sicut autem peccatores sunt in Ba„bylone, sic e contrario Justi in Judæa; verum„tamen juxta qualitatem vitæ, & fidei, & „in ipsa Judæa locis inter se variis separan„tur; & peccatores, qui in Babylone com„morantur, non æquales partes incolunt.

De medio Babylonis quis fugiat. n. 2.

2. „His ergo, qui in Babylone sunt, Dei „sermone præcipitur: *Fugite de medio Baby„lonis*, non pedetentim, sed cum velocitate „fugite; hoc est enim fugere. Quicunque er„go confusam habetis animam a variorum „passione vitiorum, fugite de medio Babylo„nis, ut medietatem Babylonis deserentes in „finibus ejus incipiatis esse. Nam qui valde „demersus est in vitiis, hic medius habitator „est; qui vero paulatim relinquens malum, „& naturam suam ad meliora convertens, „non tam cæperit virtutes possidere, quam „cupere, iste licet ex medio fugerit Babylo„nis, tamen necdum de Babylone discessit.

Anima quomodo resalvanda. n. 3.

3. „Secundo dicitur: *Resalvate unusquisque „animam suam.* Primum oportet fugere de „medio Babylonis, deinde singulos animas „suas resalvare, cum fugerint. Appositio syl„labæ resalvare significat Sacramentum, quia „quondam gustantes salutem, & de ea prop„ter peccata nostra corruentes, venerunt ad „Babylonem, cujus rei causa oportet resal„vare animam suam, ut incipiat recuperare, „quod perdidit.

 4. „Ter-

Pœniten-tia agen-da. 4. „Tertium mandatum eſt: *Et neque proji-*
„*ciamini in iniquitatem ejus. v.* 6. Cum enim
„quis fugerit injuſtitiam Babylonis, & non
n. 4. „egerit pœnitentiam, tunc conſequens eſt, ut
„projiciatur: aliud vero eſt projici, aliud abji-
„ci; nam quod in deſpectione eſt, & neglectu,
„hoc non projicitur, ſed abjicitur, quod vero
n. 5. „foris eſt a ſalute, hoc projicitur: *Quia tempus*
„*vindictæ ejus eſt a Domino.* Deus non punit
„peccatores iratus, ſed ſi ſic expedit loqui,
„magna ira eſt, a Deo tormenta non pati; qui
„enim punitur, ad hoc punitur, ut emendetur.
„Ideo cum peccantibus Chriſti filiis pœna pro-
„mittitur, miſericordia non denegatur: *Miſe-*
„*ricordiam meam non diſpergam ab eis. Pſ.* 88.
n. 6. „*v.* 34. Sequitur: *Retributionem ipſe retribuet*
„*ei. Jer.* 51. *v.* 6. Non omnibus Deus ipſe re-
„tribuit, quæ merentur, ſed ſunt quidam,
„quibus per alios reſtituit ſive puniens, ſive
„medicans per dolorem, ſcilicet per angelos
„peſſimos, *Pſ.* 77. *v.* 49. & aliis forſitan non
„per malos angelos reddit, ſed per bonos, ut
„in eis, qui pro ſceleribus puniuntur; multa
„enim ſimilia per Scripturas invenies.... Imo
„quando ſunt minora peccata, non reſtituit
„Deus ipſe peccantibus, ſed aliis utitur mini-
„ſtris inſtar medici leviora vulnera per diſcipu-
„lum ſuum ſanantis: quando vero per merita
„ſua ingens hominem ægritudo comprehendit,
„tunc ad retributionem Deus ipſe feſtinat.

Falſa dogmata in aureo 5. „Videamus & cætera: *Calix aureus Ba-*
„*bylon in manu Dei inebrians omnem terram. Jer.*
„51. *v.* 7. Animadverte peſſimorum dogma-
„tum

„tum verba mortifera, qualem habeant deco- *calice propinantur.*
„rem eloquentiæ; cognoſces, quomodo unus-
„quisque Poetarum calicem aureum tempera- n. 7.
„verit, & in eum injecerit venenum idololatriæ,
„venenum turpiloquii, quæ hominis animam
„interimunt. . . . Sed non ſemper calix au-
„reus Babylon; cum enim venerit ad vindi-
„ctam, & in manu Dei poſita fuerit, tunc om-
„nem terram inebriabit, cum cæperit ei Do-
„minus reſtituere, quod meretur. Quomodo
„autem omnem terram inebriabit, facile ſcies,
„ſi conſideraveris omnes homines ebrios: in-
„ebriamur ira, triſtitia, amore, vana gloria
„&c. Sed ſi forte te videris juſtum ebrium n. 9.
„non eſſe de calice peccatorum: audi, quia
„juſtus non ſit terra: omnem terram inebriat
„calix iſte aureus, juſtus vero, cum ſit ſuper
„terram, converſationem in cœlis habet, por-
„tatque imaginem cœleſtis, calix vero aureus
„omnes nos inebriat, quamdiu terra ſumus.

6. „*De vino ejus biberunt gentes, propter hoc* *Mali effectus vini Babylonis*
„*commotæ ſunt. Jer.* 51. *v.* 7. Sicut in his, qui
„bibunt iſtum uſualem vini liquorem, ſi ſuper
„ſitim, & menſuram biberint, videmus ebrii n. 10.
„corpus motum, vacillantes pedes, caput, ac
„tempora prægravata, hærentibus labiis verba
„præciſa: ſimiliter eſt videre eos, qui de cali-
„ce aureo biberunt Babylonis, quomodo mo-
„veantur, quomodo inſtabiles greſſu ſint, quo-
„modo debilitata mente, & fluctuante cogita-
„tu nihil firme teneant, ſed ſemper in turba-
„tionibus agantur incerti. . . . *Et ſubito ce-* n. 11
„*cidit Babylon, & contrita eſt.* Si conſiderave-
„ris

„ris adventum Domini mei Jesu Christi, & vi-
„deris, quomodo subverterit omnia gentium
„de idolis dogmata, intelliges, quia in tem-
„pore passionis ejus Babylon ex templo cor-
„ruit, & contrita est. Unusquisque nostrum
„consideret seipsum, & animadvertat Baby-
„lonem in suo pectore corruisse: si autem non
„cecidit, huic Christus necdum advenit; ve-
„niente quippe eo Babylon ruere consue-
„vit. Propter hoc ad orationum præsidia con-
„fugientes petite, ut veniat Jesus in corda
„vestra, & conterat Babylonem, & malitiam
„ejus, & reædificet in ipso principali cordis
„vestri Jerusalem civitatem sanctam Dei.

Peccata omnia remitti possunt, si peccator pœniteat. n. 12.

7. „*Plangite eam, & accipite resinam cor-*
„*reptionis ejus, si quo modo sanabitur.* v. 8.
„Ubi sunt hæretici? Ubi sunt, qui introdu-
„cunt naturam desperabilem, quæ peni-
„tus non recipiat salutem? Si est natura,
„quæ pereat, quæ alia talis erit ut Baby-
„lon? Attamen neque istam despicit Deus;
„præcipit enim medicis, ut accipiant resinam
„super Babylonem, si quo modo sanetur. Qui-
„dam ergo fecerunt, quod erat imperatum.
„Sed quia Babylon in pristina malitia perse-
„verans noluit curari, boni medici dicunt:
„*Curavimus Babylonem, & non est sanata. Re-*
„*linquamus eam.* v. 9. Vide autem homo, ne
„quando idem dicant Angeli ad curandam
„animam tuam a Deo missi, si consiliis eo-
„rum non acquiescas. . . . Cave, ne quan-
„do relinquat te medicus, sive Angelus Dei,
„sive quicunque hominum, cui credita est
„cura

„cura sermonum ad salutis medicinam defe-„rendam; si enim te dereliquerint, manife-„stum est, quia abscessio eorum condemna-„tio tua sit ut irremediabilis, nolentisque cu-„rari. Cum autem te deseruerint, quid tibi „aliud eventurum est, nisi quod solet his ac-„cidere, qui a medicis desperantur, ut ad „pejora demergantur. . . . Et Angeli dicant: „non est malagma imponere, neque oleum, „neque alligaturas, *quia appropinquat in cæ-„lum judicium ejus, & elevatum est usque ad „astra. v.* 9. Qui enim crescit in scelere, cre-„scit & in judicio, simulque cum vitiis au-„getur & pœna: & quia in tantum deliquit, „ut judicium ejus usque ad cœlestia subleve-„tur, & per impietatem suam resistens Deo „ad superiora conscendat, profert Deus judi-„cium suum in humiliationem ejus judicii, „quod celatum est a peccatore, & proferens „judicium suum humiliat quidem peccatorem, „retribuit autem justo digna vitæ ejus in Chri-„sto Jesu Domino nostro, cui est gloria, & „imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Nullus apex in S. Scriptura superfluus

His Homiliis D. de la Rue tom. 3. Orig. fragmentum aliquod Homiliæ trigesimæ nonæ ex Philocalia desumptum subjungit, in quo Origenes specialiter notat: „Neque unum „jota esse, aut unum apicem in Scriptura, „qui opus suum non perficiat in iis, qui vir-„tute litterarum uti sciunt. Quare etiam mo-„net, ut, qui sacræ Scripturæ lectioni se de-„dere cogitant, nullam non discussam, & dili-„genter pervestigatam litteram prætermittant.

ORI-

ORIGENIS EXEGETICA
IN
EZECHIELEM PROPHETAM.

§. I.
Monitum.

Origenes Cæsareæ Palæstinæ commorans sub Gordiano Imperatore suos in Ezechielem commentarios adorsus est, quos Athenis absolvit teste Eusebio *hist. Eccl. l.* 6. *c.* 6. Hi in viginti quinque tomos distincti erant, de quibus modo nihil nisi fragmentum aliquod tomi vigesimi in Philocalia relatum superest. Præterea Homilias in eundem Prophetam Cæsareæ in Palæstina pronuntiavit, e quibus quatuordecim ex versione S. Hieronymi ad nos pervenerunt, licet forte plures Origenes ediderit. Selecta quædam, sed dubiæ fidei in Ezechielem exhibet Tomus III. *op. Orig.*

Homilia I.
De prima visione Ezechielis.

Justi pro solatio peccatorum cum eis captivantur. n. 1.

1. „Non omnis, qui captivus est, propter „peccata sustinet captivitatem. Nam „cum omnis multitudo Judæorum causa pec„cati derelicta fuerit a Deo, & captivitatem „sustinens comprehensa sit a Nabuchodonosor, „& in Babyloniam perducta, pauci tamen ju„sti, qui erant in populo, non ob culpam suam „sustinuerunt captivitatem, sed ob id, ne pec„catores jugo captivitatis oppressi omnino sub„sidium

„ſidium non haberent. Diſpoſuit igitur benig„nus hominum amator Deus inter ſupplicia, „quibus peccatores punit, etiam viſitationis „ſuæ miſcere pietatem, nec immoderata pœna „miſeros premere. . . . Sic Daniel non pec- n. 2.
„cavit, Ananias, Azarias, Miſael a peccato „immunes fuerunt, & tamen captivi effecti „ſunt; ut ibi poſiti captivum populum conſo„larentur, & per exhortationem vocis ſuæ „pœnitentes in Jeruſalem reſtituerent caſtiga„tos pro tempore. Verum non ſolum ii qua„tuor in captivitate Prophetæ extiterunt, ſed „& Ezechiel unus ex eis fuit. . . . Hic in n. 3.
„captivitate conſtitutus, cerne, quæ videat, „ne dolores ſentiat captivitatis: deorſum videt „labores, ſed ſurſum elevans oculos apertos „ſuſpicit cœlos, videt ſimilitudinem gloriæ „Dei, videt quatuor animalia, cernit aurigam „& rotas ſe invicem continentes. Auriga non „eſt totus igneus, ſed pubetenus a pedibus, & „exinde usque ad ſummum electri fulgore ru„tilat; non enim ſolum tormenta habet Deus, „ſunt in eo etiam refrigeria. . . . Igneus eſt „a renibus usque deorſum Dominus: libidinis „opera gehennæ ſuppliciis corripiuntur. Su„periora ejus electrum ſunt auro, & argento „pretioſius.

Chriſtus verus homo.

2. „Si ergo vis audire Ezechielem filium „hominis in captivitate prædicantem, & iſte „typus erat Chriſti. Ideo *factum eſt*, inquit, „*in trigeſimo anno, in quarto menſe, in quinta* n. 4.
„*menſis &c. Ezech.* 1. *v.* 1. Secus fluvium ergo „Chobar Ezechiel, cum triginta eſſet anno„rum,

„rum, apertos vidit cœlos. Et Dominus Jesus „Christus incipiens erat quasi triginta annorum „secus fluvium Jordanem, & aperti sunt cœli. „Et per omnem Prophetiam Ezechieli dici-„tur: *Fili hominis*. Quis autem Filius homi-„nis, ut Dominus meus Jesus Christus? Re-„spondeant mihi hæretici, qui nativitatem „ejus ut phantasma eludunt, quare Christus „Filius hominis appelletur? Ego affirmo, Fi-„lium hominis eum fuisse. Nam qui passio-„nes assumpsit humanas, necesse est, ut ante „passionem susceperit nativitatem, & conse-„quens erat, nativitatem ejus auferentes, au-„ferre etiam passionem, & simpliciter dicere: „non est crucifixus Jesus. Nunc vero cru-„cem confiteris, & non erubescis Judæis scan-„dalum prædicans crucifixum, & gentibus „stultitiam. Sed minus scandali est, Jesum „natum fuisse, quam mortuum; aut si scan-„dalum christiana fides non veretur, cur ti-„mes dicere minora, qui majora confiteris? „Præsertim cum nativitas ejus non ex semi-„ne viri, & mulieris somno convenientis esse „credatur, sed juxta Prophetæ eloquium: „*Ecce Virgo in utero concipiet &c. Is.* 7. *v.* 14.

Christus ad captivos venit. 3. „*Et ego eram in medio captivitatis.* Quasi „dicat Propheta: & ego, qui non tenebar pec-„catis populi, eram in medio captivitatis: „juxta allegoriam autem Christus: & ego ve-„ni in locum captivitatis, ubi servi, ubi cap-„tivi detinebantur. *Secus fluvium Chobar*, quod „interpretatur *gravitudo;* gravis enim est hujus „sæculi fluvius. *Et aperti sunt cœli:* scilicet

n. 5. *n.* 6.

„ad

„ad adventum Christi, ut reseratis illis veniret
„super eum Spiritus S. in specie columbæ;
„neque enim poterat ad nos commeare, nisi
„primum ad suæ naturæ consortem descendis-
„set. Aperiuntur autem plurimi cœli, ut de- n. 7.
„scendant ab omnibus Angeli ad eos, qui sal-
„vandi sunt. Tu heri sub dæmonio eras, ho-
„die ab Angelo. Obsequuntur saluti tuæ An-
„geli, concessi sunt ad ministerium Filii Dei,
„& dicunt inter se: si ille descendit in corpus,
„& sustinuit crucem, & pro hominibus mor-
„tuus est, quid nos quiescimus. Eja omnes
„Angeli descendamus de cœlo. Ideo & mul-
„titudo militiæ cœlestis erat laudantium Deum,
„quando natus est Christus. Omnia Angelis
„plena sunt. Veni Angele, suscipe sermone *Invocatio*
„conversum ab errore pristino, & quasi medi- *Angeli*
„cus bonus confove, atque institue: parvulus *Custodis.*
„est, hodie nascitur senex repuerascens, & su-
„scipe tribuens ei Baptismum secundæ regene-
„rationis, & advoca tibi alios socios ministerii
„tui, ut cuncti pariter eos, qui aliquando de-
„cepti sunt, erudiatis ad fidem.

4. „*Et factus est sermo Domini ad Ezechielem* *Visionis*
„*filium Buzi Sacerdotem in terra Chaldæorum.* *Ezechielis*
„Etiamsi de Salvatore hæc dicta volueris intel- *expositio.*
„ligere, habet & sic allegoria intellectum suum. *n. 9. 10.*
„Venit sermo Domini ad eum, qui de Virgine
„nascebatur, id est, hominem; sermo semper
„in Patre manens, ut fierent utraque unum,
„& consociaretur homo, quem ob salutem uni-
„versæ humanitatis induerat, Divinitati ejus,
„& naturæ unigeniti Dei. . . . *Et vidi, &* n. 11.

n. 12. „*ecce Spiritus surgens veniebat ab aquilone.* Quo-
„modo ponitur spiritus surgens, seu auferens?
„Deus spiritus, & spiritus auferens cernitur.
„Quid a me aufert, & ab anima mea? Utique
„mala, & tunc sentio bonitatem ejus, si a me
„pessima quæque sustulerit. . . . Secundo
„Propheta vidit *nebulam magnam in eo* spiritu
„auferente. Quando enim purgatus fueris ab
„auferente spiritu, ut auferatur omne malum
„a te, tunc incipies etiam magna nebula frui,
„quæ proxima est ei nebulæ, quam in Evan-
„gelio legimus, de qua venit vox: *Hic est Fi-
„lius meus dilectus &c. Matth.* 3. Tertio sequi-
„tur *splendor in circuitu ejus.* Ablatum est a te
„malum: data est tibi nebula magna, ut pluat
„imbrem super vineam tuam, succedit *splen-
„dor in circuitu ejus.* Et quarto *ignis refulgens.*
n. 13. „Et quinto *in medio ejus quasi visio electri.* Du-
„pliciter aufert a nobis mala Deus, spiritu, &
„igni. Si boni, & intenti ad præcepta Dei
„simus, & sermonibus illius erudiamur, spi-
„ritus mala nostra aufert: si vero spiritus ma-
„la non abstulerit a nobis, purgatione ignis
„indigemus. Idcirco diligenter observa con-
„junctiones singulas. Prima est spiritus, &
„nebulæ: secunda ignis, & luminis: tertia
„electri, & splendoris, ac singula, quæ quasi
„tristia videntur, jucundiorum vicinitate pen-
„santur. . . . *Et in medio ejus similitudo qua-
n. 14. „tuor animalium. . . . Et quatuor facies uni &c.*
„Quid sibi volunt quatuor facies? Quæ salvan-
„da sunt, genuflectunt Domino Jesu, & ab
„Apostolo tripliciter nominantur, cœlestium,
„terrestrium, & infernorum. *Philipp.* 2. *v.* 8.
„Quæ

„Quæ autem genuflectunt Domino Jesu, sub-„jecta sunt ei. Quid est autem quartum. Nem-„pe illud: *Laudate Dominum cœli cœlorum, & „aqua, quæ super cœlos est &c. Ps.* 148. 4. Om-„nia ista reguntur a Deo. . . . *Quocunque spi-„ritus ibat, ibant & animalia.* Hæc ipsa ani-„malia sunt quatuor facierum, & significant „tripartitam animam. Per faciem hominis ra-„tionale ejus indicatur: per faciem leonis ira-„cundia: per vitulum concupiscentia: spiritus „vero, qui præsidet ad auxiliandum, super „omnes tres facies consistit, & per aquilam „significatur. Spiritus autem hominis dico, „qui in eo est. Atque ita efficimur nos om-„nes Cherubim, qui sub pedibus Dei sunt, qui-„bus conjunctæ sunt rotæ, & subsequitur ea. „Non sub rota, neque sub sæculi ditione ver-„samur, cum jam per passionem Christi sumus „a mundi negotiis liberati. *Et rota in medio „rotæ.* Si consideres, quomodo per contrarios „eventus solvatur universitas rerum, sive in „his, qui putantur errare, sive in his, qui di-„cuntur ab errore alieni, videbis, quomodo „rota in medio rotæ sit. Hæc autem regit „omnia, & quocunque vult, torquet totius „universitatis Deus in Christo Jesu, cui est „gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen. n. 15.

HOMILIA II.

De eo: Fili hominis propheta super Prophetas &c. Jer. 13. v. 2.—9.

1. „*Factus est sermo Domini ad Prophetam Eze-„chielem, dicens ei: Fili hominis, pro-„pheta* *Quinam sint falsi Prophetæ,*

& Doctores. *n.* 2. „*pheta mihi super Prophetas Israel. Jer.* 13. *v.* 2.
„Fuerunt quidem & Prophetæ Israel nomine „potius, quam veritate. Sunt autem & hodie in Ecclesia quidam Pseudo-Prophetæ, & „falsi magistri, quibus hic sermo prænuntiat, „super quos, si aliter, quam poscit veritas, „doceant, præsens sermo potest congruere. „Siquis enim ea, quæ Jesus Christus Dominus „locutus est, ipsa æque doceat, non de corde „suo, sed de Spiritu S. loquitur sermones Filii Dei Jesu. Si consentit S. Spiritus voluntati ejus, qui in Apostolis locutus est, non „de corde proprio loquitur, sed de corde Spiritus sancti, qui est locutus in Paulo, Petro, „& in cæteris Apostolis. Siquis vero legens „Evangelium proprium sensum aptat Evangelio, non ita intelligens, ut Dominus locutus „est, iste falsus Propheta est, loquens de corde „proprio in Evangelio. Et de hæreticis quidem nihil absurdum est, hæc dicta intelligere. „Si vero & ego invenio in Moyse, & in Prophetis sensum Christi, non de corde proprio, „sed de Spiritu S. loquor. Si autem nihil „congruum inveniens, mihimetipsi confingo, „quæ loquar, fluctuans in sermonibus, qui „sunt alieni a Deo, de meo potius corde, „quam de Dei sensibus loquor.

Prædicatores rationem de sua doctrina in judicio reddent. *n.* 3. 2. „*Propheta, & dices Prophetis, qui prophetant de corde suo. . . . Audite verbum Domini.* „Hæc ad me, hæc ad eum dicuntur, qui doctorem se esse promittit, ut timor Dei major „oriatur in nobis; novi quippe, quia, cum in „judicio ille ordo consederit, de quo prophe-

„tavit

„tavit Daniel *cap.* 7. & libri fuerint aperti, „omnes mei conatus, omnes meæ expoſitio- „nes proferentur in medium, ſive in juſtifica- „tionem, ſive in condemnationem meam; in „juſtificationem quidem mihi erunt, quæ bene „dicta ſunt: in condemnationem vero ea, quæ „ſecus quam veritas poſcit, explanata. *Matth.* „12. *v.* 37. . . . *Hæc* ergo *dicit Adonai Domi-* „*nus: væ iis, qui prophetant de corde ſuo, qui* „*ambulant poſt ſpiritum ſuum.* Duo peccata „ſunt, unum cordis, aliud ſpiritus. . . . Spi- „ritus enim, & ſenſus eſt in nobis, & quomo- „do ſanctus orat ſpiritu, orat & ſenſu; ſic iſte, „qui eſt falſus Prophetes, de corde proprio „prophetat, & ambulat non poſt ſpiritum Dei, „ſed poſt ſpiritum ſuum: unde etiam hi Pro- „hetæ non vident, & eſt ambigua ex ſermone „eorum ſententia, licet ſibi ex parte quadam „videantur videre,

Pſeudo-Prædicatores vulpes. n. 4.

3. „Videamus autem & alium ſermonem, „per quem Pſeudo-Prophetæ, & falſi magiſtri „corripiuntur: *Sicut vulpes in deſerto, Prophetæ* „*tui Iſrael.* Animal vulpes nequam eſt, ver- „ſutum, indomabile eſt, ferum eſt. Iſtiusmo- „di ſunt falſi magiſtri, verſuti, maligni, & „beſtiis ſimiles. Si talis ſum, vulpes ſum in „deſertis, in parietinis, in rupibus; ubicun- „que enim anima habitatur a Deo, & Spiritu „S. plena eſt, ibi non poteſt hæreticorum do- „ctrina penetrare; ubi autem ſolitudo Chriſti „eſt, ubi deſertum juſtitiæ, ibi nequiſſimæ di- „ſciplinæ venena verſantur. Idcirco *ſicut vul-* „*pes in deſerto Prophetæ tui Iſrael, non ſteterunt*

„*in firmamento*, quia sunt infirmi, instabiles,
v. 5. „nec robusta radice fundati. . . . *Et congre-*
„*gregabant greges super domum Israel*, quos do-
„cent, sive hæretici dogma impium prædican-
„tes, sive falsi magistri decipientes eos, quo-
„rum aures pruriunt, colligunt greges schis-
„matum adversum Ecclesiam Dei. *Non surre-*
„*xerunt, qui dicerent, in die Domini falsa viden-*
„*tes*, id est, necdum resurrectionis Baptisma
„consecuti sunt falsi Prophetæ, & falsi magi-
„stri: neque aliquando possunt conspicere ve-
„ritatem. Dicunt: *Hæc dicit Dominus, & Do-*
„*minus non misit eos. Ezech.* 13. *v.* 6. Audi hæ-
„reticos, quomodo traditionem Apostolorum
„habere se dicant. Audi falsos magistros,
„quomodo affirmant, doctrinam suam Domini
„esse, sensum suum congruere sensui Prophe-
„tarum. Sed *visionem falsam vidistis, & divi-*
„*nationes vanas locuti estis . . . dicit Dominus, &*
„*ego non sum locutus. v.* 7. Orate pro nobis, ut
„sermones nostri non sint falsi, licet quidam
„homines ignorantia judicii eos asserant fal-
„sos. Dominus non dicat, & recte nobiscum
„agetur, si vero mille hominum eos dixerint
„veros, judicio porro Dei fuerint falsi, quid
„mihi proderit? Hoc est, quod quæritur, ut
„Dominus sermonum meorum testis assistat,
„ut ipse comprobet sanctarum testimonio Scri-
„pturarum. Propter hæc ad nos dicit Adonai
„Dominus: *Extendam manum meam ad Prophe-*
„*tas, qui vident mendacia: in disciplina populi*
„*mei non erunt, neque in Scriptura domus Israel*
„*scribentur, & in terram Israel non intrabunt.*
„*v.* 9. Extra repromissionis terram hæretici
„mo-

„morabuntur, quæ eſt terra valde bona, & „in quam ut introducamur, oramus, in libro „viventium ante conſcripti a Jeſu Chriſto, cui „eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. „Amen.

Homilia III.

De eo: Fili hominis obfirma faciem tuam &c. Jer. 13. v. 17. — Jer. 14. v. 8.

1. „Primum de eo: *Obfirma faciem tuam*, re„quirendum. Et quod ſit alia facies „præter hanc corporis noſtri faciem manife„ſtum eſt ex Apoſtolo: *Nos revelata facie glo„riam Domini ſpeculantes &c.* 2. *Cor.* 3. *v.* 18. „Hanc faciem corporalem omnes homines ha„bemus revelatam, niſi forte calamitatibus „premimur. Vultus autem ille, de quo ſermo „Apoſtoli eſt, in multis tectus eſt, & in pau„cis revelatus; qui enim fiduciam habet in vi„ta immaculata propter puram conſcientiam, „revelata facie gloriam Domini contemplatur. „Hæc pauca de facie, ut poſſimus intelligere „id: *Obfirma faciem tuam ſuper filias populi tui.* „Oportet ergo volentem intelligere habere fa„ciem cordis in eo, quod intelligere nititur, „obfirmatam: ut noſtram autem & nos poſſi„mus obfirmare faciem in Evangelio, in lege, „in Prophetis, in Apoſtolis, obfirma eam ſu„per Chriſtum, non ſuper ſæculi negotiis. Sed „cum in mundialibus curis anima noſtra ver„ſatur, non obfirmamus faciem noſtram ſuper „ea, quæ imperavit Deus, ſed ſuper ea, quæ „Dei adverſa ſunt præceptis.

Rebus divinis ſerio intendendum. n. 1.

 2. „*Ob-*

Prædicator auditoribus non blandiatur.

n. 2. 2. „*Obfirma igitur faciem tuam super filias* „*populi tui*, quæ aſſumentes cervicalia conſue„bant, & non ponebant ea ſub capite, ſed ſub „*omni cubito manuum*, *ſive manus*, quæ requi„runt quaſi amatores luxuriæ, & non amato„res Dei, ſemper in corporalibus eſſe deliciis.
n. 3. „Cum ergo aliquis aptus moribus populi, ut „placeat eis, quibus aures pruriunt, loquitur, „quæ vicina ſunt voluptati, talis magiſter con„ſuit cervicalia ſub omni cubito manus, & *fa*„*cit amictus ad velandum caput omnis ætatis*, ſci„licet cum docuerit ea, quæ aurem populi „mulceant, & ſtrepitum potius laudatorum, „quam gemitum moveant: ſi blandus inimicus „palpaverit potius, quam ſecuerit vulnera, „talis homo amictus contexit in capite. Cum „autem in luxurioſam orationem dicentis ſe „ſermo effuderit, contexit velamen ſuper ca„put omnis ætatis, non modo juvenum, ſed „& ſenum. . . . Et quia effœminatæ ſunt ho„rum magiſtrorum & animæ, & voluntates, „qui nihil utile, nihil forte, nihil Deo dignum „prædicant, idcirco omnes *filias* potius, quam „filios dixit affluentes cervicalia.

Deus falſas doctrinas diſſolvit.

3. „Verum *hæc dicit Dominus Adonai*: *Ec*„*ce ego ad cervicalia veſtra*, *in quibus vos convertitis illic animas in diſſolutionem*. *Ezech.* 13. „*v.* 20. Aperuit ænigma, quod latebat, per-
n. 4. „ſpicue oſtendens conſuta cervicalia in diſſolu„tionem animarum fieri, *quæ*, ait, *ego diſ*„*rumpam a brachiis veſtris*, *& emittam animas*, „*quas vos ſubvertitis*. Diſrumpit ergo, qui hæc „comminatur, ſermo Filius Dei conſutiones ne-

„quiſſi-

„quissimas. *Et velamina disrumpam*, ut caput n. 5.
„nudum fiat, & ut accepta fiducia, & revela-
„ta non solum facie, sed & capite constanter
„vir Ecclesiasticus possit orare: *Liberabo popu-*
„*lum de manu vestra*, per conversationem auste-
„ram, & a voluptatibus recedentem. . . . Ora- n. 6.
„mus, ut & nos liberet Deus de manu talium
„magistrorum, qui ubicunque fuerint ad vo-
„luptatem audientium loquentes, scindunt,
„ac dividunt Ecclesiam: quia plures sunt ma-
„gis amatores voluptatum, quam amatores
„Dei.

4. „Sequitur: *Et venerunt ad me viri senio-* *Vanæ cogitationes & curæ vitandæ.* n. 7.
„*rum Israel, & sederunt ante faciem meam. Ezech.*
„14. *v.* 1. Ea, quæ præcesserunt, dicta sunt
„de magistris, idcirco consideremus & de
„Presbyteris, quid dicatur, excutientes nos-
„metipsos, ne quis nostrum Presbyter talis sit,
„qualis infra exponitur, scilicet: *Annon viri*
„*isti posuerunt cogitationes suas in cordibus suis*
„*&c.* Qui mundum habent cor, cogitationes
„suas non ponunt in cordibus suis, sed magis
„habent in sermone Dei. Qui autem laborant
„in sæcularibus curis, hi cogitationes ponunt
„in cordibus suis; ut puta, si videris homi-
„nem nihil aliud cogitantem, nisi mundi ne-
„gotia &c., alimoniam cum dolore requiren-
„tem, hic pœnam cogitationum suarum posuit
„in corde suo. . . . Nemo vestrum existimet
„cruciatus nobis ab alio, quam a nobis irro-
„gari. Deus non facit pœnas, sed ea, quæ
„patimur, ipsi nobis præparamus: *Ambulate in*
„*flamma, quam accendistis. If.* 50. *v.* 11. Non

„eſt ignis alterius, niſi veſter, qui ligna, qui
„ſtipulam, qui materiam futuro incendio coa-
„cervaſtis. Dicit ergo de Presbyteris: *Homo*
n. 8. „*homo ex domo Iſrael*: non omnes homines ſu-
„mus. Oſtendamus ex Scripturis: *homo* . . .
„*comparatus eſt jumentis*. *Pſ*. 48. 13. Iſte non eſt
„homo homo, ſed homo jumentum. *Genera-*
„*tio viperarum &c. Matth*. 3. *v*. 7. Talis eſt ſer-
„pens homo. Abſit igitur, ut non ſimus ho-
„mines homines, ſed aliud quid præter homi-
„nes. Tunc autem nomen hominis duplicabis,
„quando interior homo juxta imaginem perſe-
„veraverit Conditoris; tunc enim naſcitur ho-
„mo, & fit iſtiusmodi ſecundum exteriorem,
„& interiorem hominem bis homo homo. . . .
„Poteſt autem fieri & hominem hominem aba-
„lienari; ſiquidem & juſtus aliquando conver-
„titur à juſtitiis ſuis, & peccat, & tunc in-
„quit Dominus: *Ego reſpondebo ei in ipſo, in*
„*quo detinetur*, ut inſtar medici variis languo-
„ribus varie medentis, iſta curem, in quibus
„mens detinetur: ſi autem non curatus fuerit.
„& in delicto perſeveraverit, ait: *Obfirmabo*
„*faciem meam ſuper hominem illum, & ponam il-*
„*lum in deſertum, & in exterminium, & tollam*
„*eum de medio populi mei*. Juſte autem proji-
„citur, qui digna facit abjectione, ut aufera-
„tur a populo Dei, & eradicetur ab eo, &
„tradatur Satanæ. Et in præſenti quidem
„poteſt quis egrediens de populo Dei rurſum
„per pœnitentiam reverti: ſi vero eradicatus
„fuerit cum illo in Evangelio, qui non habe-
„bat veſtem nuptialem, *Matth*. 22. *v*. 11. dif-
„ficillime in locum priſtinum revertetur. Sed
„nos

nos non eradicabimur, verum & in præsenti & futuro sæculo in Domino nostro Jesu Christo plantabimur, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia IV.

De eo: Terra cum peccaverit mihi &c. *Ezech.* 14. *v.* 13.

„Sermo Domini de peccatrice terra loqui- *Imitatores Sanctorum salvantur.* „tur, quomodo propter delicta sua ,variis sit excruciata suppliciis fame, bestiis ,malis, gladio, morte repentina, & dicitur, *n.* 5. *& si fuerint tres viri in medio ejus, Noe, Da-* ,*niel, & Job, & ipsi justitia sua liberabunt ani-* ,*mas suas. Ezech.* 14. *v.* 14. Et nos possumus ,fieri Daniel, & ut non enumerem omnes ,Sanctos, possum esse Paulus, si fuerim imi- ,tator ejus: si cauterium, quo signatus est ,Paulus, habuero, si eamdem figuram, qua ,ille figuratus est, in Christo possedero. Si ,vero ex dissimilitudine signaculi coarguor, ,quia aliam formam habuerit Paulus, quam ,ego in anima habeam, meipsum decipio di- ,cens: Filius meus es tu, semen Pauli. Noli ,mirari, quod filius Apostoli fias: habeto vir- ,tutes, & eris filius Christi. *Joan.* 13. *v.* 33. ,Cum autem fueris Christi, eris & omnipo- ,tentis Patris, quia unum sunt, unitæque na- ,turæ. Ad hoc laborat Justus, ut Danielis, ,& Job, & Noe, & Abrahæ filius ostendatur ,ad adoptionem Dei, & jam non vocetur ho- ,minum nominibus, sed vocabulis filiorum ,Dei.

2. „*Ve-*

Unusquisque ob sua merita, vel demerita judicatur. n. 8.

2. „*Verumtamen ipsi soli*, Noe, Daniel, & „Job, *salvi erunt*, *dicit Adonai Dominus*. Scilicet, justitia justi super eum erit, & iniquitas iniqui super eum, & unusquisque in proprio peccato morietur, & in propria justitia „vivet. Nihil mihi conducit martyr Pater, „si non bene vixero, & ornavero generis mei „nobilitatem, hoc est, testimonium ejus, & „confessionem, qua illustratus est in Christo. „Nihil prodest Judæis dicentibus: *Abraham* „*pater noster est*. *Joan*. 8. *v*. 39. Quæcunque „dixerint, si non habuerint fidem Abraham, „incassum gloriantur; neque enim ideo salvabuntur, quia sunt filii Abraham. Nemo ergo nostrum confidat in justo patre, in matre „sancta, in fratribus castis. Beatus homo, „qui spem habet in semetipso, & in via recta. „Ad eos autem, qui in Sanctis fiduciam habent (*scilicet non imitando eos*) proferimus „exemplum: *maledictus homo*, *qui spem habet* „*in homine*. *Jerem*. 17. *v*. 5. Quodsi necesse sit „in aliquo sperare, omnibus derelictis speremus in Domino.

Tria tempora justorum.

3. „Alia hic etiam quæstio oboritur: quare cum tanti sint justi, tres nominantur, „Noe, & Daniel, & Job. Audivi quondam „a quodam Hebræo, ideo hos nominatos, „quia unusquisque eorum tria tempora viderit, lætum, triste, & rursum lætum, ut „ex S. Scriptura patet. . . . Eodem modo & „tria tempora vident justi, præsens, & commutationis, quando judicaturus est Deus, & „futurum post resurrectionem mortuorum, id

„est,

„eſt, vitæ cœleſtis perpetuitatem in Chriſto „Jeſu, cui eſt gloria, & imperium in ſæcula „ſæculorum. Amen.

Homilia V.

De quatuor ultionibus, gladio, fame, beſtiis malis, & peſte. Ezech. 14.

1. „Quis eſt iſte gladius, quem formidare „debemus, nequando mittatur ſuper „terram noſtram? Gladius dividit, & ſecat „eum, in quem infertur, & ſi igneus & candens „fuerit, duplicem tribuit cruciatum, aduſtio„nis, & cædis. . . . Utrumque defert Sal„vator, gladium & ignem. . . . Neque enim „medici ex diſciplina artis ſuæ rationabiliter „eos, quibus medentur, ſecant, urunt, dant„que poculum amariſſimi temperamenti, mul„taque alia, prout cauſa poſtulat, faciunt; „Deus autem univerſitatis ſine rationabili qua„dam ſapientia pœnas tantum infert peccato„ribus: quippe non ad hoc tantum adhibet „ſupplicia, ut torqueat, ſed quaſi pater ſcit „vulnera omnium noſtrum, ſcit, qua ex cauſa „ulcus quodque natum ſit, qualis ſpecies do„loris, ex quo peccato veniat, ſcit formas, „modos, & numeros peccatorum, & ſupplicia, „quæ ab eo irrogantur. Sic vult nos intellige„re, quaſi digna diſpenſationi ejus, non tan„tum cruciari.

Deus gladio pro meritis punit. n. 1.

2. „Pœna noviſſima in enumeratione pœ„narum eſt mors, *inimicus noviſſimus*. 1. *Cor.* „15. *v.* 26. Fuit quidem ante mortem inimi„cus,

Deus inimicos ſuos punit. n. 2.

„cus, gladius, bestiæ pessimæ, fames. Hæc „omnia inimica sunt religionis inimicis. Si „enim non vis amicus fieri Dei, invitanti te „ad reconciliationem, quid de Deo causaris, „cum in causis sub inimicorum imperio esse „voluisti? . . . quidquid enim dictorum sup- „pliciorum fuerit illatum, ad eos venit, qui „inimici Dei sunt: amicos ejus præterit, nec
n. 3. 4. „audet eos contingere. . . . Hæc propter „quatuor ultiones pessimas, quæ inducuntur „super Jerusalem. Est autem & magna di- „stantia, ut in reliqua terra, sic & in ipsa Je- „rusalem. Omnes enim, qui in Ecclesia pec- „catores sunt, merentur supplicia: verum pro „modo graduum unusquisque torquebitur. „Majorem pœnam habet, qui Ecclesiæ præsi- „det, & delinquit. An non magis misericor- „diam promeretur ad comparationem fidelis „catechumenus? non magis venia dignus est „laicus, si ad diaconum conferatur? rursum „comparatione presbyteri diaconus veniam „plus meretur. Idcirco formidans judicium „Dei recordor dicti illius: *Noli quærere fieri* „*judex, ne non valeas auferre iniquitates. Eccles.* „7. *v.* 6. Quid mihi prodest, quia prior sedeo „in cathedra resupinus, honorem majoris ac- „cipio, nec possum habere dignitate mea ope- „ra condigna? nonne majori pœna cruciabor, „quia honor justi mihi ab omnibus defertur, „cum peccator sim?

Doctores mali severius puniuntur.

3. „Videamus autem & sequentia. Ait „ergo sermo divinus *Ezech.* 15. quia ut pal- „mes vitis honorabilior sit cæteris lignis, si „affe-

afferat fructus, sic ab omnibus inferior judicetur, si id non habeat, unde præcellit. Atque in hunc modum eos, qui imbuti sunt eloquiis Dei, honorabiliores esse omnibus, cum afferant fructus salutis: si autem non attulerint fructus, tunc multo deteriores inveniri lignis, quæ licet viliora sint, tamen suos afferunt fructus. . . . Quantum ergo malum est, & quale discrimen, ut ligna quondam vilia inveniantur in magna patrisfamilias domo, & palmes vitæ meæ inutilis in domo sit, & in ignem projiciatur. Hæc in Ezechielem. Salvator vero hujus parabolæ sensum in Evangelio ita perstrinxit: *Ego sum vitis, vos palmites, Pater meus agricola &c. Joan.* 15. . . . Quomodo autem boni agricolæ est, excidere & computare, quæ sicca sunt, & tradere in escam ignis infructuosos ramos: sic boni Dei est de omnibus vitibus infructuosos palmites amputare, & igni tradere in perditionem. Verum nos ipsi nos ludimus, & decepti pariter, ac decipientes volumus magis errare cum plurimis, quam ab errore converti, cum magis id quærere debeamus, quod ædificet, quod timorem Dei augeat, quod ad pœnitentiam revocet, quod in confessionem sceleris adducat, quod nos faciat diebus ac noctibus cogitare, quomodo Domino placeamus, ut fiamus in vera vite Christo Jesu fructiferi palmites, & radici ejus adhærentes, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen. n. 5.

HOMI-

Homilia VI.

De eo: Fili hominis notas fac Jerusalem abominationes suas. Ezech. 16.

Jerusalem, & animae peccantis miser status.
n. 1.
n. 3.

1. „Cum Ezechieli fuisset imperatum, ut „notas faceret Jerusalem iniquitates „ejus, non posuit ante oculos suos periculum, „quod ex praedicatione erat secuturum: sed „ut Dei tantum praecepta servaret, locutus „est, quaecunque mandavit. Idcirco testificatus est Ezechiel, & dixit: *Haec dicit Dominus: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorrhaeus, & mater tua „Cethea. Ezech.* 16. *v.* 3. Quae civitatum sic „fuit elevata, ut civitas Dei, & tamen quia „peccavit, arguitur a Spiritu S. ut degener „& extranea: Pater enim ejus Amorrhaeus, „jam non Deus, mater ejus Cethea facta est... „Si in Jerusalem tanta dicuntur, quid futurum „est misero mihi, si peccavero? Quis mihi erit „pater? aut quae mihi erit mater? Ego si „peccavero, qui in Christo Jesu credo, quis „mihi futurus es pater? non utique Amorrhaeus, sed nequior quidam, scilicet diabolus. „*Joan.* 8. *v.* 44.

Cogitationes vanae peccatoris
n. 4.

2. „*In qua die nata es, non alligaverunt „manus tuas, sive non est excisus umbilicus tuus. „Ezech.* 16. *v.* 4. Sciamus haec, ad omnes homines, qui in Ecclesia sunt, pertinere... „Increpat ergo Jerusalem quasi mulierem, cui „non sit praecisus umbilicus. Septuaginta interpretati sunt in hoc loco: *non alligaverunt „ubera tua*, sensum magis eloquii exponentes,

„quam

„quam verbum de verbo exprimentes. Ube„ra autem in Canticis Canticorum aſſumpta „ſunt in cogitationum tuarum, & mentis loco. „Quando ergo ſenſus eſt rigidus, & notio „obſtricta, atque ſolida, nec defluit ſermo, „manifeſtum eſt, quia alligata ſunt ubera tua: „cum vero ea, quæ dicuntur, diſſoluta ſunt, „& defluunt, non ſunt ubera alligata.

3. „*Aqua non es lota in ſalutem.* *v.* 4. Non „lavantur omnes in ſalutem. Qui accepimus „gratiam Baptismi in nomine Chriſti, loti „ſumus; ſed neſcio, quis lotus ſit in ſalutem. „Simon magus lotus eſt, & Baptisma con„ſecutus perſeverabat in Philippi ſocietate: „verum quia non erat lotus in ſalutem, con„demnatus eſt. *Act.* 8. *v.* 20. Ingentis eſt dif„ficultatis eum, qui lavatur, lavari in ſalu„tem. Attendite Catechumeni, audite, ut „lavemini in ſalutem: nec ſic lavemini, uti „qui accipit, accipit aquam, & non accipit „Spiritum ſanctum.

Baptismus non omnibus proficit ad ſalutem.

n. 5.

4. „*Neque ſale ſalita.* *v.* 4. Ego ſi credi„dero Domino meo Jeſu Chriſto, ipſe me ſal „faciet, dicetque mihi: *Vos eſtis ſal terræ.* „Grande opus eſt inſaliri. Qui ſale conditur, „gratia plenus eſt; nam & in communi pro„verbio ſalſus dicitur gratioſus, & inſulſus, „qui non habet gratiam. Si igitur gratia no„bis a Deo venit, ſale ſalimur. *Neque pe„percit in te oculus tuus, ut faceret tibi unum „ex omnibus iſtis.* *v.* 5. Propterea nihil horum „feci, *ut paterer aliquid ſuper te.* Scilicet Sal-

Chriſtus gratia ſua nos donat, & pro nobis paſſus eſt.

n. 6.

n. 7.

„vator noster passiones nostras perpessus est.
„Quæ est ista, quam pro nobis passus est, pas-
„sio? Charitas est passio. Pater quoque lon-
„ganimis, & miserator nonne quodammodo
„patitur, supportando mores nostros, sicut
„passiones nostras portat Filius Dei? . . Quia
n. 8. „autem talis effecta es, *projecta es in faciem*
„*campi.* Quare? *pravitate animæ tuæ, in qua*
„*die nata es.* Si post regenerationem lavacri
„rursum peccaverimus, in die, qua nascimur,
„projicimur. Tales sæpissime reperiuntur la-
„vati lavacro secundæ regenerationis, & non
„facientes dignos fructus pœnitentiæ, neque
„exhilarantes mysterium Baptismi timore ma-
„jore ab eo, quem, dum Catechumeni essent,
„habuerunt, & charitate ampliori ab ea, quam
„exercuerunt, dum auditores sermonis essent.
„Sed vide misericordiam Dei. Licet projecta
„sit Jerusalem, non ita pravitati suæ eam re-
„linquit, ut non ultra elevet jacentem; nam
„sequitur: *Et transivi per te. v.* 6. id est, ego
„rursum veni ad te, visitatio mea non tibi de-
n. 9. „fuit post ruinam. . . . Veni ad te, *& vidi*
„*te . . . & lavi te in aqua . . . & indui te ver-*
„*sicoloria.* Legem intelligo, Prophetas com-
„prehendo, agnosco Evangelia, non me latet
„Apostolus, cautus sum, justus sum, miseri-
„cors sum, & adhuc quæris aliam tunicam
n. 10. „versicolorem? *Et imposui tibi armillas circa*
„*manus tuas*, dando occasiones bonorum actuum.
„*Et catenæ circa collum tuum*, ornando te intel-
„lectu veritatis. *Et dedi inaurem circa narem*
„*tuam*, replendo te odore suavitatis virtutum.
„*Et rotulas in auriculas tuas*, sacris intellecti-
„bus

„bus te imbuendo. *Et corona glorificationis „super caput tuum &c. v.* 10. *sqq.* Quid post „hæc facit magnus hominum amator Deus? „alit eam simila, melle, & oleo. *Et exiit no-* v. 11. „*men tuum in gentibus . . . & confisa es in de-* „*core tuo.* Sed quia alta sapuit, nec se humi- „liavit, nec glorificavit Deum Jerusalem, au- „di, quid dicatur ad eam: *Effudisti fornicatio-* „*nem tuam in omni transitu.* Circuit animas no- „stras fortitudo contraria, & varie perlustrans „quærit locum, per quem possit irrumpere. „Ira suo nomine vult fornicari mecum; tristi- „tia vult me facere mœrentem: avaritia infert „desiderium auri, & argenti, & quorumcun- „que similium. Si me non custodiero, & clau- „sero ostium meum, sed suscepero omnem ora- „tionem inimici, dicitur mihi: *Effudisti forni- „cationem tuam in omni transitu . . . & fecisti „tibi idola futilia.* Vestes divinæ Scripturæ sunt, „& sensus, qui est in eis. Consciderunt has „vestes hæretici, & consuerunt dictum dicto, „verba verbis jungentes, sed non cum oppor- „tuna junctura, aptaque, & consuentes impia „sibi simulacra fecerunt, quibus illexerunt „quosdam credere, & consentire ad cultum „eorum, & fictam suscipere disciplinam. Deus „vero omnes nos ab his, & aliis simulacris li- „beret, ut magnificemur in Christo Jesu, cui est „gloria, & imperium in sæcula sæculorum. „Amen.



Homilia VII.

De eo: Sumens de vestimentis meis fecisti tibi excelsa. Ezech. 16. *v.* 16.—29.

Haeretici sensum S. Scripturae detorquent. n. 1. n. 2.

1. „Catalogus peccatorum Jerusalem, utcun„que fuerit intellectus, ad ea vitanda „aedificat audientem. . . . Sequitur ergo aliud „delictum: *Et accepisti vasa glorificationis tuae*, „scilicet in usum templi, *& fecisti tibi imagi„nes masculinas, & fornicata es in eis. Ezech.* „16. *v.* 17. Secundum allegoriam vasa au„rea, & argentea, thuribula &c. habemus „in sacris litteris: quando ergo torquemus „sensus Scripturae in alterum sensum, qui est „contrarius veritati, verba divina conflamus, „& res Dei in alias mutamus effigies, quae „facientes incidimus in peccatum, quod nunc „commiserat Jerusalem. Vasa glorificationis „nostrae sunt lex, & Prophetae: super his ex„ultamus, & in his efferimur. Quos cum ali„ter exponimus, quam se veritas habet, con„vertimus vasa glorificationis nostrae, & fa„cimus nobis imagines masculinas, & forni„camur in eis.

Haeretici suos errores specie pietatis velantes vitandi. n. 3.

2. „Sequitur: *Accepisti vestimenta varia, & „operuisti illa. v.* 18. Varia vestis est, & hic „unus de Scriptura locus, quo induimur, as„sumentes viscera misericordiae, benignitatis, „humilitatis &c. Has varias vestes, quas no„bis largitus est Deus, si laceramus, & cir„cumdamus falsae doctrinae ad deceptionem „hominum, non dubium est, quin variis ve„stibus operiamus idola. Vide enim alicujus „hae-

„hæresis defensorem, & considera, quomodo „figmenta sua mansuetudine, & castitate ve„stiat, ut in aures audientium facilius ex vi„tæ bonitate ornatus sermo subrepat. Ac „juxta mei quidem animi sensum multo no„centior hæreticus bonæ vitæ, & plus in do„ctrina sua habet auctoritatis eo, qui doctri„nam conversatione maculet; qui enim vitæ „pessimæ est, non facile homines ad falsum „dogma sollicitat, qui vero sermone perver„sus est, mores autem compositos habet, ma„gis decipit audientes. Idcirco sollicite ca„veamus hæreticos, qui conversationis opti„mæ sunt, quorum vitam non tam Deus, „quam diabolus instruxit, ut per istiusmodi „virtutes animas facilius possit decipere.

3. „Sequitur: *Et oleum meum, & incensum „meum posuisti ante faciem eorum. v.* 18. Scri„ptura docente didicimus, quia Sanctorum „oratio sit incensum. *Apoc.* 5. *v.* 8. Si ergo „instituti ad orationem, cum eam Deo de„beamus offerre, illis offerimus, quæ nos „confinximus, idolis incensum proponimus. „Similiter oleum sanctæ doctrinæ commutans, „ponit illud ante faciem idolorum.... Item „*accepisti filios tuos, & filias tuas, quas ge„nuisti, & immolasti illos in consumptionem.* „Quicunque enim nascuntur in hæreticorum „doctrinis, & ibi fidei suæ principia sumpse„runt, hi filii sunt fornicariæ, & peccatricis „Jerusalem. Qui autem natus est in Eccle„sia, & deceptus postea fuerit hæretica fal„sitate, iste, cum Filius Dei sit, apprehensus

Falsa dogmata Deo abominabilia. n. 4.

n. 5.

„est a peccatrice Jerusalem, & positus vistil-
„ma idolis ejus.

Animæ spirituales fornicationes. 4. „Pergit: *Et ædificasti tibi domum meretri-*
„*ciam, & fecisti tibi expositionem in omni platea.*
„*v.* 23. Anima humana multum speciosa est,
„& admirabilem habet pulchritudinem, facta
n. 6. „ad imaginem, & similitudinem Dei. Quidam
„ergo adulteri, & sordidi amatores decore
„ejus illecti, desiderant eam corrumpere, &
„fornicari super eam; nam sensus nostri in for-
„nicatione carnali corrumpuntur, in spiritua-
„libus vero stupris sensus corrumpitur, & ipsa
n. 7. „anima vulneratur: *Et contaminasti speciem*
„*tuam. v.* 25. Quia ingens est animæ pulchri-
„tudo, minorum quoque peccatorum societate
„turpatur. Respice virtutes animæ, inventio-
„nem, elocutionem, memoriam, ingenium,
„intellectum &c., hæc possidens magnæ pul-
„chritudinis est, sed hæreticorum sectis, &
„extranea religionis institutione corrumpitur.
n. 8. „*Et fornicata es in filios Ægypti confines tuos.*
„*v.* 26. *Et nec sic satiata es. v.* 28. prioribus
n. 9. „peccatis nova conjungens. Et *fornicata es*
n. 10. „*tripliciter in filiabus tuis. v.* 30. Si intelligas
„fornicationem carnis, & animæ, & spiritus,
„& videas aliquem fornicari in his omnibus,
„videbis tripliciter fornicantem Jerusalem. Qui
„vero tripliciter castus est, iste ab Apostolo
„meretur audire. *Deus autem pacis sanctificet*
„*nos per omnia, ut integer spiritus noster, & ani-*
„*ma, & corpus sine querela in adventu Domini*
„*nostri Jesu Christi servetur,* 1. *Thess.* 5. *v.* 23.
„cui est gloria, & imperium in sæcula sæcu-
„lorum. Amen.

HOMI-

Homilia VIII.

De eo: In quo constituam cor tuum &c. *Ezech.* 16. *v.* 30. — 33.

1. „*In quo constituam cor tuum. Ezech.* 16. *v.* 30. *Homo hominem ad bona, vel mala provocat. n.* 1.
„Et homo hominem constituere potest,
„malus in malo, bonus in bono: nec dubium,
„quin loquentis sermo auditorem ad pejora sol-
„licitet, cum hæreticus loquens constituat au-
„ditorem suum in hæretica pravitate. Et
„econtra si potest prodesse, qui loquitur, & vi-
„ta ejus cum sermone consentit, in bonis con-
„stituit auditorem suum. Nos, qui minimi
„sumus, si loquimur de pudicitia, auditores
„statuimus in pudicitia, & sic de cæteris vir-
„tutibus. . . . Unde multum peccavit misera
„Jerusalem, quam sæpissime voluit Deus per
„Prophetas suos in melioribus constituere, sed
„quia noluit Dei consilia audire, ait: *In quo*
„*constituam cor tuum, cum tu facias hæc omnia*
„*opera meretricis procacis?* Sæpe etiam a no-
„bis talia committuntur; qui enim a religione
„non penitus recesserunt, vincuntur vero a
„peccato, & peccantes latere desiderant, si-
„milia faciunt meretrici erubescenti: qui vero
„religionem penitus aversantur, in tantum, ut
„non curent de Episcopo, de Presbyteris, de
„Diaconis, de fratribus, sed cum omni proca-
„citate delinquunt, similes fiunt meretrici cum
„fiducia prostitutæ.

2. „*Ædificasti lupanar tuum in capite omnis* *Hæretici falsam Ecclesiam exstruunt.*
„*viæ, & basim tuam fecisti in omni platea. v.* 31.
„Si consideraveris hæreticos omnes alienos a

n. 2. „veritate ædificantes domum ex his sermoni-
„bus, qui in Mose, Isaia, Jeremia, & reliquis
„Prophetis inveniuntur, intelligis novas do-
„ctrinas fornicationem esse Jerusalem, quæ
„ædificat lupunar suum in capite omnis viæ,
„dum eum quærit, qui primum Ecclesiam in-
„greditur, qui fidei elementa suscipit. Qui ru-
„dis est in Sacramentis, eum vult introducere
„in lupanar, suam ædificans meretriciam do-
„mum, sicuti Ecclesiastici, qui in Ecclesia
„sunt magistri, mores purgant, & ex hac di-
„ligentia ædificant domum Dei Ecclesiam. ...
„Interpretemur & basim, quam in omnibus
„plateis posuit meretrix Jerusalem. Per hære-
„sin ædificat lupanar in capite omnis viæ, per
„gentilem vero conversationem basem ponit in
„omnibus plateis; *lata est* enim *& patens via,*
„*quæ ducit ad perditionem. Matth.* 7. *v.* 13. Cum
„ergo moralis locus fuerit dissolutus, & lu-
„xuriosa præcipiens lascivum fecerit audito-
„rem, quid aliud fecit, quam basem posuit
„in omni via.

Peccati merces. n. 3. 3. „*Non est facta ut meretrix congregans*
„*mercedes. v.* 31. Congregare mercedem est
„peccando divitem fieri, peccando gloriam
„in sæcularibus comparare, peccando felici-
„ter in mundo agere. Quando per peccatum
„ista nascuntur, fornicatur anima, & congre-
„gat mercedes fornicationis suæ, gloriam,
„divitias, & reliqua, quæ in perditionem
„conquisivit. Quando vero fornicatur, & non
„agit prospere in sæcularibus rebus, sed etiam
„infeliciter vivit in sæculo, meretrix est, &
„non

„non congregans mercedes, imo fornicariis „mercedes ultro tribuens; nam *& tu dedisti* „*mercedes omnibus amatoribus tuis. v.* 33. Vir „animæ sermo Dei est, sponsus amator ve„rus: qui dedit ei castitatem, dedit cætera „bona. Quando ergo voluerit anima sequi „fortitudines contrarias, id est, decem an„nis pudice vivens ad extremum fuerit for„nicata, accipit bona viri sui, quæ multo „tempore cum labore quæsierat, & dat ea „amatoribus suis, qui sanguinarii amatores „rapiunt ad se virtutes miseræ animæ, & in„cedunt jactabundi super divitiis ejus, & di„cunt: abstuli ei decennalem castitatem, eri„pui ab ea quinquennii justitiam. Oblitus est „omnium bonorum ejus Deus, quæ aliquan„do fecit: quoniam comprehensa est in pec„cato, & tradidit omnia bona nobis amato„ribus suis. Quæ discentes omni custodia „servemus cor nostrum, & attendamus, ne, „quando ea, quæ viri sunt, tradantur ama„toribus suis: quin potius invitemus sponsum „sermonem, & veritatem, ut nobis faciat or„namenta aurea variis expressa signis per va„ria præcepta, & ornati effecti præparemur „Viro nostro Jesu Christo, cui est gloria, & „imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IX.

De ea: Mater vestra Cethea, & Pater Amorrhæus. Ezech. 16. *v.* 45.—49.

1. „Qui legit in principio Prophetiæ Jeru„salem, quomodo increpata sit, quasi

„habens radicem de terra Chanaan, patrem „Amorrhæum, matremque Cetheam v. 3. pu„tabit, eadem nunc repeti. Sed diligens le„ctor videbit differentiam non fortuitam. Ibi „quippe dicitur, *radix tua de terra Chanaam*, „quod in præsenti non dicitur. Ibi primum „ponitur: *Pater tuus Amorrhæus*; hic vero *ma„ter vestra Cethea, & pater vester Amorrhæus*. „Ibi quasi ad unam sermo fit, hic quasi ad plu„rimas; quando enim diffunditur peccatum, „tunc non peccator unus, verum in uno sunt „plurimi. Ubi ergo peccata sunt, ibi est mul„titudo, ibi schismata, ibi hæreses, ibi dissen„siones: ubi autem virtus, ibi singularitas, „ibi unio. . . . Et hæc quidem dicta sunt, „quia hic legitur: *Mater vestra Cethea, & pa„ter vester Amorrhæus, & soror vestra senior Sa„maria . . . & soror tua junior Sodoma. Ezech.* „16. v. 45. Quomodo virtus me facit filium „Abrahæ, sic vitia faciunt me filium diaboli. „Virtus me facit etiam fratrem habere Chri„stum. *Joan.* 20. v. 17. Sed & malitia pluri„mos fratres acquirit, & hos peccatores, & „hæc ipsa tunc mihi fratres generat, cum cre„verit. Sic Jerusalem, cum processit in sce„lere, effecta est media duarum sororum, se„nioris Samariæ, & junioris Sodomæ. Schis„ma, & separatio populi fecerunt Samariam. „3. *Reg.* 12. v. 16. Si ergo spernimus Eccle„siam, & confidimus super verbis tumentibus „hæreticorum, soror nostra fit Samaria. Si „conversationem malam habemus, Sodoma „soror nostra est. Gentiles quippe sunt Sodo„ma. Atque ita fratres sumus hæreticorum,

„atque

„atque gentilium, quando delinquimus: quia „Samaria accipitur in hæresi, & Sodoma in „gentilitate, quæ a dextris habitare dicitur, „quia honorabilius apud peccatorem est pecca„tum, quod facto committitur.

2. „*Verumtamen iniquitates Sodomæ, super„bia &c. v.* 49. Quod inæqualia sint peccata, „nulli dubium est; alia quippe magna, alia „minora dicuntur: majus tamen omnibus pec„catum est inflatio, superbia, arrogantia, quod „peccatum diaboli est; siquando enim Scrip„tura diaboli peccata describit, invenies ea de „superbiæ fonte manantia. Materia superbiæ „sunt divitiæ, dignitas, gloria sæcularis. Fre„quenter causa superbiæ est ei, qui ignorat, „habere Ecclesiasticam dignitatem, sacerdota„lis ordo, & leviticus gradus. Quanti Pres„byteri constituti obliti sunt humilitatis, quasi „idcirco fuerint ordinati, ut humiles esse desi„sterent: quin potius humilitatem sequi de„buerant, quia dignitatem fuerant consecuti.

Superbia omnibus peccatis major. n. 2.

3. „*Justificasti sorores tuas in omnibus iniqui„tatibus tuis, quas fecisti. v.* 51. Sodoma justi„ficatur ab Jerusalem, quia hæc sceleratiora „commisit: & forte Jerusalem ab alia aliqua, „quæ se pejor est, civitate. Minora peccata a „majoribus justificantur: iniquitas mea justitia „est comparatione majoris iniquitatis: sic & „justitia mea ex comparatione multiplicis ju„stitiæ iniquitas reputatur. Fuerit licet justus „Abraham, Moyses, & unusquisque illustrium „virorum, sed ad comparationem Christi non „sunt

Justitia nostra imperfecta. n. 3.

„sunt justi; lux eorum cum ejus luce compo„sita tenebræ reperiuntur. Hæc qui diligen„tius discusserit, non poterit inflari; quid enim „est justitia mea, etiamsi Paulus Apostolus „fiam ad comparationem Dei, & ad eorum, „qui meliores sunt? Ergo, ut diximus, ini„quitas justificat, & justitia aliorum compa„ratione condemnat. Si me vult salvare Deus, „non affert in judicium lumen suum; non „defert lumen Christi sui, alioquin puniet me: „defert vero lumen minorum, comparat mi„hi inferiores quosque. Quanto amplius majo„res mihi contulerit, tanto plus justus ero, „si illi reperti fuerint a me minores.

Divitiæ mater superbiæ. n. 4.

4. „Hæc Sodomorum sororis tuæ superbia „unde nascatur, adjungit: *In saturitate pa„num, & in abundantia affluebant. v.* 49. Si „soli litteræ attendas, multa abundantia an„tiquitus in Sodomis fuit: si vero ad spirita„lem intellectum conscenderis, vide divitem, „& Lazarum panis micas quærentem, *Luc.* 16. „Et videbis, quia & illius maximum pecca„tum inter universa peccata superbia fuerit, „in saturitate panum affluens non habuit mi„serationis affectum ad eum, qui ante por„tas suas confectus ulceribus jacebat. Sed in „tantam superbiam elatus est despiciens pau„pertatem, ut non computaret neque inferio„rum supplicia, neque communia humanita„tis jura: quia oportebat hominem humana „sapere, & in alienis calamitatibus pro simili „conditione sui quodammodo misereri.

5. „De-

5. „Dehinc aliud sequitur Sodomæ deli- *Immisericordia erga pauperes, & jactantia vitanda.*
„ctum: *Et manum pauperis, & egentis non su-* n. 5.
„*scipiebat. v.* 49. Ego ipse, si juxta vires
„meas manum pauperis non adjuvero, So-
„domiticum habeo peccatum. *Et superbe glo-*
„*riabatur. v.* 50. Et jactatio gloriæ sodomi-
„ticum crimen est. . . . Simpliciterque di-
„cendum est, quia nihil sic in arrogantiam
„elevat, ut divitiæ, saturitas, dignitas, &
„potestas. Sed & *scientia inflat.* 1. *Cor.* 8.
„Sæpe etiam de spiritualibus donis superbiæ
„crimen exoritur. Oportet ergo timere eum,
„qui in præsenti luce versatur, ea etiam, quæ
„vere bona sunt, quia magna non possumus
„sustinere. Exhibeo ad probationem præsen-
„tis sententiæ historiam David, in qua con-
„scribitur eum in Uriam commisisse pecca-
„tum. . . . Siquis ergo conscius puritatis
„suæ seipsum glorificaverit, non habens me-
„moriam illius dicti: *Quid gloriaris, quasi non*
„*acceperis.* 1. *Cor.* 4. *v.* 7. relinquitur, & discit
„experimento, quia in his bonis non tam ipse
„sui extitit causa, quam Deus, qui virtutum
„omnium fons est. . . . Idcirco fugiamus a
„Sodoma, & Samaria, & peccatis earum, ut
„in universis Deo nobis fortitudinem mini-
„strante humilitatem, & justitiam consequa-
„mur in Christo Jesu, cui est gloria, & im-
„perium in sæcula sæculorum. Amen.



HOMI-

Homilia X.

De eo: Ergo & tu confundere &c. Ezech. 16. *v.* 52. -- 60.

Pro peccatis erubescendum, & confusio portanda. n. I.

1. „Primum quidem est, nullum opus facere „confusionis; quia vero ut homines sæ„pe peccamus, sciendum, secundam navem „post confusionis opera esse erubescere, vere„cundos oculos dejicere, neque sic procaci „vultu incedere, quasi nihil omnino peccave„rit: quia & sæpe hoc malitiæ artifex inope„ratur, ne peccator ad pœnitentiam redeat, „& sic agat, quasi adhuc in justitia perseveret. „Grande itaque beneficium in Jerusalem con„servatur, si tamen credat dicenti Domino: „*Et tu confundere. Ezech.* 16. *v.* 52. Neque pu„tes, ad Hierusalem tantum hæc esse dicta, „& non ad singulos nostrum, qui delictis tene„mur obnoxii. Unusquisque seipsum conside„ret, quid fecerit confusione dignum, quid „turpe locutus sit, vel cogitaverit; & cum di„ligenter perviderit cogitationes, facta, ser„mones, tunc audiet Prophetam dicentem: „*Et tu confundere, & accipe ignominiam tuam.* Si „forte a judice propter scelera tua in exilium, „vel ex Ecclesia separatus fueris, accipe igno„miniam tuam cum humilitate, & patienter „sustine, & a Deo misericordiam consequeris, „& forte etiam ab hominibus revocaberis in „pristinum gradum. . . . Dum ergo adhuc „licet nobis, debemus minorationem nostram „patienter ferre, ut, cum hic tristitiam forti„ter sustinuerimus, in futuro sæculo movea„mus viscera misericordiæ Dei, ut nos revo-

„cet

„cet in priſtinum ſtatum de ignominia, & con„fuſione: nec imitemur malos blasphemantes „adverſus providentiam Dei, & dicentes: in„juſte iſta perpetior. Si juſtificamus providen„tiam, ſolvimus noſtram infamiam: ſi vero „non ſuſcipimus judicia Dei, multiplicamus „infamiam, & ſupplicia.

Confuſio patienter tolerata miſericordiam meretur. n. 2.

2. „Siquis ergo complevit, quod ſcriptum „eſt: *confundere*, vide, quid repromittitur: „*Avertam averſiones eorum &c. v.* 53. Scilicet „primo Sodomorum, id eſt, gentilium, qui „primo miſericordiam conſequentur: ſecundo „Samariæ, id eſt, hæreticorum, qui ſecundo „loco accipient ſanitatem: tertio Jeruſalem. „Ante ergo gentiles, ante hæretici clemen„tiam conſequentur, quam nos, ſi & nos pec„cata depreſſerint; quanto enim propiores fue„rimus Deo, & ad beatitudinem viciniores, „tanto, cum peccaverimus, longius fiemus „ab ea, proximi maximarum pœnarum, & „audiemus: *Ut feras tormentum tuum, & de„honeſteris de omnibus, quæ feciſti. v.* 54. Eſt „quædam menſura peccati, quam unusquis„que recipiet pro eo, quod peccavit. Maxi„mis peccatis magnus cruciatus adjungitur... „Idcirco quia ignominia, & confuſio æterna „nobis repoſita eſt, ſi peccaverimus, omni „corde precemur Deum, ut det nobis usque „ad finem & animi, & corporis niſu pro veri„tate contendere, ut, etiamſi aliquod tempus „inſtiterit, quod noſtram examinet fidem, „etiamſi perſecutio eruperit, inveniat nos præ„paratos, ne domus noſtra in hyeme corruat, n. 3.

„ne

„ne ædificatio quasi in arena constructa tem„pestatibus dissipetur, ut, cum flaverint ven„ti diaboli, id est, spiritus pessimi, opera no„stra persistant, quæ usque ad hanc diem „perstiterunt, si tamen non sunt occulte sub„ruta, & in expeditionis accinctu manifeste„mus charitatem nostram, quam habemus „ad Deum in Christo Jesu, cui est gloria, & „imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XI.

De eo: Propone ænigma, & dices: Aquila magnarum alarum. Ezech. 17.

Cur Deus in parabolis loquatur. n. 1.

1. „Idcirco in parabolis, & in ænigmatibus „locutus est Deus, ut extenderet se „mens nostra, vel potius in unum colligens, „dictorum intueatur acumina, & a corporis „vitiis recedens, dum intelligit veritatem, „vitæ suæ cursum secundum eamdem dirigat. „Hæc in procemio diximus, quia sermo Dei „factus est ad Ezechielem dicens: *Fili homi„nis narra narrationem, & dic parabolam ad „domum Israel. Ezech.* 17. *v.* 2. Pro hoc au„tem, quod septuaginta Interpretes posuerunt, „*narrationem*, alius de Interpretibus transtu„lit, *propone problema*, alius *significa ænigma.* „Igitur & problema, & ænigma, & parabola „est, quod lectum est.

Aquilæ parabola explicatur n. 2. 3.

2. Refert jam nunc Origenes parabolam aquilæ, prout illa *Ezechielis* 17. *v.* 2. *sqq.* legitur. Deinde quærit: „quare Nabuchodono„sor, & Pharao aquilæ vocantur. Scilicet

„Nabu-

„Nabuchodonosor aquila magnarum alarum n. 4. „dicitur, quia ausus fuit dicere: *Auferam fi-„nes gentium, & virtutem earum depascar. Is.* 10. „*v.* 13. Nec hoc ei sufficit, sed unguibus, & „plumis plenus in Libanum, seu Jerusalem „ingressus, semen regium, & Judæos in Ba-„bylonem transtulit, & sic hæc gens facta est „in vitem infirmam, & in pusillam statura. „Quamdiu in terra sancta fuit, ingens vitis „erat, quando vero translata est in fines pec-„catorum, & infirma, & parva effecta est. „Et tu igitur vitis, quæ me audis, si vis esse „magna, noli exire de Ecclesiæ finibus, per-„mane in terra sancta Jerusalem. Quodsi „propter peccata in pejora corrueris, transfe-„reris in aliam terram, & eris in vitem pusil-„lam, & palmites tui decident, & radices ...æ siccabuntur, in tantum, ut postea desi-...res requiescere super aliam aquilam, ut ...c dicitur magnarum alarum, & plurimo-...n unguium. Bonum est condemnatum in ...ndemnationis permanere sententia, quam-... ei libet, qui damnavit. Non curramus ...lentes ad Pharaonem. Ad Nabuchodono-... enim non tam sponte properamus, quam ...condemnati, & pertracti ad eum sumus.

3. „Sequitur: *Et factum est, aquila altera* Ecclesia „*magna magnis alis, & copiosis unguibus, & ec-* non dese-„*ce vitis ista amplexabitur eam. Ezech.* 17. *v.* 7. renda. „Evenit sæpe, ut ab una contraria fortitudine n. 5. „ad aliam transferamur. Jusserat enim Deus, „ut Israelitarum populus sub Nabuchodonosor „jugum colla submitteret: noluit autem id fa-

„cere, sed palmites ejus extendit ad Pharao„nem, & deserta Ægypto rursum Ægyptum „concupivit, putans se ubertatem pristinam „consecuturam, sed in contrarium omnia re„ciderunt; fructus quippe ejus omnis compu„truit. . . . Venit ad istum Libanum, hoc „est, Ecclesiam, ubi hostiæ Dei, ubi incen„sum orationum ejus celebratur, ista magna, „& vera aquila Nabuchodonosor, id est, dia„bolus, & rapuit. Absit autem a temporibus „nostris, ut de summis cedri, id est, de prin„cipibus, & de regio semine nos in Chanaam „transferat. Oremus, ne fiat, quod sæpe fa„ctum est; assumpti enim sunt quidam, & in „Babylonem translati, qui in Ecclesia princi„pes fuerunt, & propter peccatum suum de „Libani summitate sublati super his dicendum „est, quia aquila magna magnorum unguium „acceperit de cacuminibus Cedri, & derasetit „eos de Libano, & plantaverit in terra Cha„naan. Sed & terræ semen Aquila hæc rapit, „& transfert in terram Chanaan, quando quis „de populo peccat, & de Dei plebe diaboli „laqueis præpeditur. Quapropter diebus, ac „noctibus tam pro nobis, quam pro fratribus „nostris Dei imploremus auxilium, ne quis de „Jerusalem transferatur in Chanaan, ne sen„tentia ejus deserta a voluntate illius, ad aliam „tendamus aquilam, & veniat super nos ira „major, & putrescat universa plantatio, & „fructus pariter cum radicibus crescat. Plan„tatio quippe Jerusalem non potest in alia ter„ra ferre fructus, non facit palmites in fini„bus alienis, sed statim cum gleba siccatur, si

„non

„non perseveraverit in voluntate Dei, & in „Ecclesia ejus, id est, in factis, & sermonibus, „& scientia veritatis Christi Jesu, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XII.

De eo: Fili hominis, dic ad domum exasperantem. Ezech. 17. v. 12.

1. „Dictum est ad Prophetam: *Dic ad domum* „*amaricantem, sive exacerbantem:* non „addidit ad domum exacerbantem me. Si au- „tem volumus videre, cujusmodi peccatum sit „exasperatio, audiamus, quam dulcia ei, qui „intelligit eloquia, Dei sunt, dicenti: *Quam* „*dulcia gutturi meo eloquia tua. Ps.* 118. *v.* 103. „Sin vero quis peccet, iste accipiens dulcissi- „ma eloquia Dei per naturam amarissimi pec- „cati in amarum saporem omnem redigit sua- „vitatem. Sic absinthium melli injectum ama- „ritudine sua vincit ejus suavitatem. Hujus „herbæ vim habet peccatum: si plura pecca- „vero, plus amaritudinis mitto in dulcedinem „sermonum Dei, & siquidem nos, qui semel „credidimus Deo, peccaverimus, exasperare ni- „timur sermonem Dei, qui vero penitus a fide „ejus recesserunt, neque ingressi sunt Ecclesiam, „hi non faciunt amara eloquia Dei, quibus „nondum crediderunt: ideoque alia nobis ser- „vantur tormenta, qui in ipsa credulitate pec- „camus, ab eorum supplicio, qui ne initium „quidem credulitatis habuerunt. . . . Igitur „quicunque peccat, exasperat, & contume- „liam facit, & inhonorat tam Dei eloquia, „quæ suscepit, quam eum, qui docuit.

Peccator sermonem Dei exasperat. n. 1.

Delicta Præsidum & populi diabolo viam capiendi nos aperiunt. n. 2.

2. „Dic: *Cum venerit rex Babylonis ad Je„rusalem, & acceperit regem ejus, & principes „ejus. Ezech.* 17. *v.* 12. Instat ecce verus Na„buchodonosor quærens aliquos capere de no„bis. Et primum quidem cupit, de principi„bus Ecclesiæ captivos sibi ducere: verum „quamdiu Ezechias, Josias, aut certe quicum„que justus regnat in populo, non potest iste „Nabuchodonosor vinctos abducere aut prin„cipes, aut populum de Judæa: si autem nos, „qui videmur Ecclesiæ præesse, peccaverimus, „locum dantes diabolo, quodammodo per de„licta nostra occasionem tribuimus Nabucho„donosor, ut ingrediatur civitatem sanctam, „& abducat, quoscunque voluerit. Ergo om„nibus viribus excludamus Nabuchodonosor, „ut ad beatum istum Ecclesiæ conventum non „appropinquet. Excludamus autem eum, as„sumentes clavem scientiæ: excludamus eum „conversatione, & factis bonis, ut non rapiat „regem Jerusalem, & principes ejus, ut non „abducat eos in Babylonem, id est, confusio„nem; si quando enim viderimus animam a „peccatis, a tristitia, ab ira, a desideriis, ab „avaritia confundi, sciamus, istam esse, quam „diabolus abducat in Babylonem: si vero „principalis cordis tranquillitas, serenitas, pax „fructum fecerit, sciamus, quia Jerusalem „versetur in ea: visio quippe pacis intrinsecus „est.

Testamentum Dei in benedictione,

3. *Et ducit eos ad se in Babylonem, & su„mit de semine regni, & disponit ad ipsum testa„mentum. v.* 12. Omnes, qui sermonem Dei „susce-

uſcepimus, regium ſemen ſumus. 1. *Pet.* 2. *diaboli in maledictione.*
v. 9. Siquis ergo ex nobis per peccatum
uum captivus abducitur a diabolo, haud du-
bium eſt, quin de regio genere ſit abductus. *n.* 3.
n Babylonem, & faciat teſtamentum cum
Nabuchodonoſor; quia jam teſtamentum Dei
ſpreverit. . . . Deus in benedictione nobis-
cum teſtamentum facit, Nabuchodonoſor in
maledictione. Licet & quædam ſit benedictio
a Nabuchodonoſor, quam Deus procul abji-
ciat a nobis: & maledictio, quæ digne ſu-
per peccatores venit. Quando enim aliquis
in mundo iſto locuples fuerit, & omnia ei
„proſpero curſu fluxerint, & ſi univerſam ſæ-
„culi habuit proſperitatem, benedictio Nabu-
„chodonoſor ſuper eum eſt: maledictio vero
„in eo, quando aliquis recedit a Deo, & ni-
„hilominus in parte diaboli conſtitutus miſe-
„riis, ſuppliciisque torquetur. . . . Traditur
„autem tormentis peccator, ut recipiat in præ-
„ſenti ſupplicia, & pro peccatis ſuis cruciatus,
„in futuro refrigerium conſequatur.

4. „*Vivo ego, dicit Adonai Dominus, niſi* *Supplicia pro peccatis patienter ferenda.*
„*in loco regis, qui conſtituit eum, qui ſpernit ma-*
„*ledictionem meam, & transgreſſus eſt teſtamen-*
„*tum meum.* v. 16. Cum quis traditus fuerit
„ſuppliciis, ut caſtigetur, & non ſuſtinuerit, *n.* 4.
„quod præceptum eſt, inhonorat maledictio-
„nem Dei: ſi vero ſuſtinuerit cum omni man-
„ſuetudine, & benedictione, & gratiarum
„actione ad Deum, iſte honorat maledictionem
„ejus, & cum honoraverit maledictionem,
„neceſſe eſt, ut etiam benedictionem illius
„conſequatur.

Apostoli Cedri in Ecclesia. n. 5.

5. „Post hæc prosperiora commemorat, „dicens: *Accipiam ego de electis Cedri . . . & „plantabo ipsum in monte excelso. v. 22.* Intra „memetipsum considerans arbitror, de Apo„stolis prophetari. Isti quippe sunt de electis „Cedri, de summitate, quos dedit Deus in „virorem sæculi, plantans eos in monte ex„celso, Jesu Christo Domino nostro: *Fecerunt* „isti *propagines*, attulerunt fructus. *Et erit* „Ecclesia *in Cedrum magnam, & requiescet su„per eo omnis avis*, id est, assumens pennas „sermonis Dei. *Et cognoscent omnia ligna cam„pi, quod ego Dominus, qui humilio lignum al„tum*, scilicet populum Judæorum, qui nunc „humiliatus sceleris sui pœnas luit: quia in „Deum nostrum Jesum Christum manus ausus „est mittere. *Et extollo lignum humile*, gen„tium: *& arefacio lignum viride* populum cir„cumcisionis, *& revirescere facio lignum aridum*, „scilicet nos per Christi adventum. Quibus „dictis, ut & nos revirescamus, ut fructus va„leamus afferre, ut germinans lignum, & non „siccum efficiamur, ut numquam ad radices „nostras ponatur securis, attentius Jesum Chri„stum Dominum nostrum cum Patre suo pre„cemur, cui est gloria, & imperium in sæcu„la sæculorum. Amen.

Homilia XIII.

De eo: Fili hominis! leva planctum super regem Tyri. Ezech. 28.

Homo in locum Angelorum

1. „Quis est iste princeps Tyri, discamus, ut „cognoscentes lamentationem, etiam

„quod

„quod nunc super ea dicitur, evitemus. Plan- *reproba-*
„gitur princeps Tyri. Quam bonus Deus, qui *torum vo-*
„etiam eos, qui se negaverunt, deflet! & hoc *catus.*
„etiam venit ex amoris affectu; nemo quippe *n. 2.*
„plangit, quem odit, & qui plangitur, plan-
„gitur quidem, ut mortuus, verum quasi ad-
„huc quæratur, quasi vivis desiderio sit, dili-
„gitur. Plangitur Jerusalem *Thren.* 1. Plan-
„gitur & Nabuchodonosor *Is.* 14. . . . Homo
„est Ezechiel, & filius hominis, qui vero ab
„eo plangitur, Nabuchodonosor est rex Baby-
„lonis (*seu Lucifer*). Considera, in quantam
„spem vocatus sis, o homo! Tu, qui de con-
„ditione tua dolebas, vocatus es in eam spem,
„de qua ille cecidit: in locum angelorum, qui
„ruerunt, tu ascensurus es: tu lux factus es
„mundi: tu pro illo factus es Lucifer. Verum
„noli gloriari adversum hujusmodi ramos, qui
„in infidelitate ceciderunt, & fracti sunt: tu,
„qui in fide stas, fide & ascendes: & per hoc,
„quod plangis principem Tyri, edocere, ne
„forte in his bonis repertus, quæ princeps Ty-
„ri habuit, etiam tu incipias ruere, si paulu-
„lum fueris gloriatus, & non custodieris omni
„custodia cor tuum. Vide quippe, quid di-
„cat ad principem Tyri: *Tu signaculum simili-*
„*tudinis. v.* 12. Cum profeceris, accepisti sig-
„naculum: signaculo isto signatus est, qui
„baptizat in Spiritu sancto, & igne, ille, qui *Character*
„largitur imaginem cœlestis, qui format te ad *Baptismi.*
„superiora, ut ultra non portes imaginem ter-
„restris. Cave homo, ne sæculum istud egre-
„diens signaculo diaboli sis impressus. Circuit
„diabolus volens & ipse signare subjectos sibi
„per

„*& ego feci illa. Ezech.* 29. *v.* 3. Scio flumi-„na, in quibus draco sedeat, super quæ hi, „qui de Israel capti fuerant, sedentes, cum car-„men Sion canere non possent, flebant. *Ps.* 136. „*v.* 1. Et scio aliud flumen, cujus impetus „lætificat civitatem Dei. *Ps.* 45. *v.* 5. Hic flu-„vius est Jesus Christus Dominus noster, qui „ait per Isaiam: *Ego declino in vos quasi flu-„vium pacis. Is.* 66. *v.* 12. Scio ego esse quos-„dam fluvios repromissos, qui ex fluvio ma-„nant: *Et flumina de ventre ejus egredientur.* „*Joan.* 7. *v.* 38. Habes igitur fluvios sanctos, „a quibus procul est draco. Est autem qui-„dam fluvius, quem draco fecit; dicit quippe „draco, & comminatur Deus tam draconi, „quam fluviis, in quibus est draco: *Mea sunt „flumina, & ego feci illa.* Audi hæreticum „cum omni versutia, & ingenio prædicantem, „necdum venisse Jesum Christum. Ista sunt „flumina, in quibus versatur draco, & ipse „fecit ea. Idcirco diligenter attende, cum „aquam biberis, ne forte de illo fluvio bibas, „in quo sedit draco, sed bibe ex aqua viva, „& eo fluvio, in quo est sermo Dei, in quo „Dominus noster Jesus Christus, cui est gloria, „& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia XIV.

De eo: Porta hæc clausa erit &c. *Ezech.* 44. *v.* 2.

Deus portas clausas penetrat. n. 1.

1. „*Et ait Dominus ad eum: Porta hæc clausa „erit, non aperietur: nemo per eam trans-„ibit, quia Dominus Deus transibit per eam.* Et „aliam

„aliam caufam addit, cur claufa fit porta, „non folum, quia Dominus Deus tranfibit per „illam, fed quia & dux fedebit in ea; ut co„medat panem coram Domino fecundum viam „Eloam, quod interpretatur veftibulum portæ: „*Et ingredietur fecundum viam ejus, & egredie„tur.* Dominus Deus univerfitatis Conditor „per aliquam portam, quæ ex fenfibili mate„ria eft, atque claufa, femper ingreditur, & „egreditur, & ejus caufa, qui cœlum, ter„ramque fundavit, ingrediens, & egrediens „nusquam porta referabitur.

2. „Verum alia ratio eft portæ exterioris, „& fecundum viam Sanctorum. Quæ eft ergo „illa ratio, ut claufa permaneat? Supradictus „dux ibi fedet, ut nemo videat eum edentem „panem in confpectu Domini. . . . Eft quæ„dam porta & una, & claufa, per quam ne„mo tranfiit. Sunt quippe quædam univerfæ „creaturæ incognita, & uni tantummodo no„ta; neque enim, quidquid novit Filius, hoc „mundo aperuit. Non capit creatura, quod „capit Deus, & ut ad majora veniam, non „capiunt figna æqualiter cognitionem. Plus „erat in Paulo, quam in Timotheo, cum effet „vas electionis: & vere magnum in domo vas „Timotheus rurfus capit, quæ ego capere non „poffum, & eft forfitan aliquis, qui etiam me „minus capiat: funt quædam, quæ folus Chri„ftus capit, & idcirco claufa eft janua templi „Dei. Quæ eft enim ifta, obfecro? Exterior, „quæ extra mundanas res, & incorporeas, & „ut ita dicam, immateriales aperit; neque

Dantur myfteria nulli creaturæ cognita. n. 2.

„enim frustra positum est, exteriorem januam „semper esse clausam. Quæ est ista janua exterior? Sanctorum. Quare clausa? quia Dominus Deus Israel solus ingreditur, & egreditur per eam. Quare ingreditur? ut cognoscatur. A quo? a duce. Quis ad clausam portam dux iste? Salvator est, qui panem comedit, qui portam cum Patre claudit, qui spiritali pascitur cibo, *meus cibus* „*est*, dicens, *ut faciam voluntatem ejus, qui* „*misit me*. Clausa est itaque janua, ut nemo „videat magnum Sacerdotem panem in Sanctis Sanctorum comedentem.... Sunt quip-
n. 3. „pe quidam cibi sacerdotales; quos non comedit Sacerdos in domo sua *Levit*. 7. Non „cum filiis, non cum uxore, sed in loco sancto comedit eos, & comedit ibi escam in „Sancto Sanctorum: sic Salvator meus solus „comedit panem, nullo valente comedere „cum eo. Est autem quidam locus, in quo „comedens & me secum attrahit ad vescendum; *Ecce enim*, inquit, *ad ostium sto, &* „*pulso, siquis mihi aperuerit, ingrediar ad eum,* „*& cœnabo cum eo, & ipse mecum. Apoc*. 3. „*v*. 20. Ex quo apparet, & alium posse cœnare cum eo. Porro quædam esca est, qua „solus tantummodo vescitur. Excellens quippe ab universa conditione natura ejus, & „ab omnibus segregata, facit eum quotidianum panem de Patris natura comedere. „Unusquisque nostrum petit panem quotidianum, & petens quotidianum panem, non „eumdem, nec ejusdem mensuræ eum accipit; verum semper in orationibus puris, & „mun-

„munda conſcientia, in factis juſtitiæ quo„tidianum comedimus panem. Siquis vero mi„nus purus eſt, aliò modo quotidianum co„medit panem. Dominus autem, qui omnium „judex eſt, det nobis panem viventem, ut „cibati eo, & corroborati poſſimus in cœlum „iter facere, glorificantes Deum omnipoten„tem per Chriſtum Jeſum, cui eſt gloria, & „imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Præter hæc exegetica Origenis in vetus Teſtamentum, Euſebius *lib.* 6. *Hiſt. cap.* 36. teſtatur, ſe etiam libros illius in Prophetas minores reperiſſe. Verum de his nihil ſupereſt, niſi fragmentum aliquod, quod exhibet Philocaliæ caput octavum tamquam excerptum e Commentario in Oſeam, & quod videri poteſt *Tom.* 3. *op. Orig. ed. Par. nov.*

Nota. Reliqua opera Origenis in novum Teſtamentum una cum Indice rerum memorabilium in omnibus ejus operibus huçusque analyſi ſubjectis, & adhuc ſubjiciendis reperiendarum Tomus ſequens exhibebit.

FINIS.

U. I. O. G. D.



ERRA-



ERRATA
TOMI QUARTI.

Pag.		*Lin.*	*Errata.*	*corrige.*
14.		8.	in Regis	in Regno.
18.		1.	Origenis	Origeni.
22.		8.	nihil esset.	essent.
29.		2.	ipsi.	ipse.
34.		1.	ejus.	*deleatur.*
84.	ab inf.	10.	difficultas	difficultates.
87.	a. i.	4.	Salvatorum	Salvatorem
91.		20.	Epst.	Eph.
104.	a. i.	6.	S. Hieronymum	S. Hieronymi.
117.		5.	§. 4.	§. 8.
125.		18.	tempere	temperie.
177.	a. i.	4.	convincerint	convicerint.
186.		6.	ecqua	ecquæ.
ibid.		8.	Gentius	Gentibus.
ibid.		11.	volutabuntur	volutabantur.
188.		14.	Conatione	Cognatione.
193.		20.	Mnnmosynem	Mnemosynem.
248.		6.	si admiratus	si non admir.
271.		1.	credirent	crederent.
273.		19.	in	*semel deleatur.*
282.		16.	Cesus.	Celsus.
284.	a. i.	2.	columniari	calumniari.
286.		22.	ob his	ab his.
295.		7.	jenus	Genus.
310.		ult.	ab bella	ad bella.
331.		2.	Euphatem	Euphratem.
345.	a. i.	7.	Manioniti	Marcionitici.
383.		14.	quodam	quoddam.
424.		21.	discite	discedite.
426.	a. i.	4.	spitalis	spiritalis.
434.		6.	Sacra	Sara.

g.		Lin.	*Errata.*	*corrige.*
6.		24.	aufferantur	aufferatur.
o.		22	Apoſtolis	Apoſtoli.
9.		13	intetpretatur.	interpretatur.
5.		20.	exemlo.	exemplo.
8.		2.	appaparuerit.	apparuerit.
2.		5	primigeniti	primogeniti.
3.		1.	ſeptuagintra.	ſeptuaginta.
1.		16.	Sorribus.	ſortibus.
o.	a. i.	6.	quia futuræ.	qui fut.
7.		16.	legit.	legis.
5.		9.	vindemiarum.	vindemiatum.
1.		19.	adviſibilibus.	a viſib.
1.		1.	vidit.	vidi.
9.	a. i.	9.	& Philocalia.	ex Philoc.
7.		3.	Iſa.	Jer.
o.		22.	es	eſt.





